# ACTA
# ACADEMIAE VELEHRADENSIS

QUORUM EDENDORUM CURAM GERIT
AD. ŠPALDÁK

VOLUMEN X

1914-1919

PRAGAE BOHEMORUM 1919

SUMPTIBUS ACADEMIAE VELEHRADENSIS. TYPIS GAULTIER & THÉBERT
ANDEGAVIS

# INDEX

*Disputationes (p. 1-264)*

1. R. Berger, De opificio Dei Quaestiones Selectae ad controversias de natura hominis et de peccato originali pertinentes. Disput. exegetico-dogm. in Rom 5 et 8 p. 1-196
2. V Řepa, De thesauro meritorum disputatio dogmatica complectens quaestiones de indulgentiis, de reparatione pro peccatis, de operibus supererogatoriis p. 197-264

*Synopsis status quaestionum de quibus inter catholicam et orthodoxam ecclesiam disputatur (p 265-483).*

1. P. Duffy, De notione schismatis p. 265-274
2. Aug. Bruson, De causis schismatis p. 274 304
3. M. Lubić, De forma ecclesiae p. 304-331
4. L. Mach et Jul. David, De infallibilitate ecclesiae § 1-6 p. 331-368
5. J. David, De infallib. ecclesiae § 7 p. 368-374
6. E. Campe, De evolutione dogmatis p. 374-379
7. Al. Henriet, De scriptura sacra p. 379-389
8. L. van den Bossche, De processione Spiritus S. p. 390-404
9. M. Chatel, De voce Filioque symbolo inserta p. 404-409
10. J. Senior, Scholion de origine symboli cp. p. 409-412
11. R. F. Colledge, De homine p. 412-421
12. E. Portas, De assumptione Mariae Virginis p. 421-427
13. St. Harent, De merito p. 428-434
14. G. Lanzetti, De sacramentorum aliorumque rituum origine p. 434-440
15. V Sokolov, De vi sacramentorum p. 440-468
16. E. F. Cordignano, De vi sacramenti paenitentiae p. 468-473
17. Luc Delporte, De orthodoxa sacramentorum notione p. 474-478
18. Aug. Bruson, De ratione controversias tractandi p. 478-483

*Conspectus litterarum ad Academiae studia pertinentium (p. 484-508).*

1. *Jan Urban*, Katolicyzm a prawosławie. Kr. 1912 (I. Cehelskyj) p. 484-491

*St. A. Mc Dowall*, Evolution and the Need of Atonement. (Patr. Gannon) p. 492 495

3. *Zeitschrift für katholische Theologie* 31-6 (J. Prenitzer) p. 495-502
4. *Jos. Hörmann*, Untersuchungen z. griech. Laienbeicht (P Galtier) p. 502-505
5. *W. J. Sp. Simpson*, The Catholic Conception of the Church (E. Hocedez) p. 505-506
6. *F. J. A. Hort*, The Christian Ecclesia ; *A. S. Maclean*, Early Christian Ministry (E. Hocedez) p. 506-508
7. *E. E. Genner*, The Church in the New Testament p. 508

*Appendix*

A. Špaldák, Essai d'une orthographe universelle p. I-IX

# NOTAE EXPLICANTUR

AASS Acta Sanctor. (Bolland.)
AAV : Acta Academiae Velehradensis.
A (III) CV Acta (III[a]) Conventus Velehrad.
aep. : archiepisc.
AJTh : The American Journal of Theology
Ann Ph Chr : Annales de Philos. Chr.
AR ou ARW : Archiv für Religionswissenschaft.
Bess. : Bessarione.
Bibl S Bibl. Sacra.
Bib Z : Biblische Zeitschrift.
Bog V Богословскій Вѣстникъ
BZ : Byzantinische Zeitschrift.
cc. circiter.
Cp. vel cp. Constantinop.
CSChO Corpus script. chr. or.
CSEL : Corpus script. eccl. latin.
ČKD: Časopis katolického duchovenstva.
DAChrL (ou D Arch L) : Dictionn. d'archéol. chr. et de lit.
DAp Dictionn. Apologétique de la Foi Cath.
DThC Diction. de théol. cath.
ÉO Echos d'Orient.
EP Εκκλησιαστικὸς Φάρος.
ERE (Hastings) Encyclop. of Relig. and Ethics.
Ét Études.
FchrLDG : Forschungen zur christl. Lit u. Dogmengesch.
Gr chr Schr : Co pus Berol. scriptor. christian. graec.
HJ The Hibbert Journal.
IKZ : Internation kirchl. Zeitschrift.
JThSt : Journal of Theolog. Studies.
KL[2] : Kirchenlexicon (Wetzer u. Welte).
l. c. loco quem commemoravimus.
L'Un Chr Union chrétienne.
M Migne (al Moscov.)
Or chr Oriens christianus.
PG Patrologia graeca ou Petrograd.
P Or : Patrolog. orientalis.
Pr Ob : Православное Обозрѣніе.
RB : Revue biblique internat.
RcathEgl. : Revue catholique des Églises.
RClFr : Revue du Clergé Français.
RDM Rev. des Deux-Mondes.
RE Realenzyklopädie (Hauck u. Herzog)
R e l'Or Roma el Oriente.
RHLR Revue d'hist. et de litt. religieuses.
R I Th : Revue internat. de théologie.
RPA : Rev. pratique d'Apolog.
R Sc Ph Th Revue des Sciences Philos. et Théol.
RSR Recherches de Science Relig.
R Thom Revue Thomiste.
SAW Sitzungsberichte der k. k. Acad. d. Wissenschaften, Wien.
SlLTh Slavor litterae theologicae.
St M L : Stimmen aus Maria Laach.
St Z Stimmen der Zeit.
Th LBl Theologisches Literaturblatt.
Th Lit : Theologische Literaturzeitung.
Th Ltbl Theolog Literaturblatt
ThPQ : Theologisch prakt. Quartalschrift (Linz)
ThQ Theologische Quartalschrift (Tüb )
ThStKr : Theologische Studien u Kritiken
TrKDA Труды Кіевской Дух. Ак.
TSt Texts and Studies.
TU Texte u. Untersuchungen.
V i R Вѣра и Разумъ
Xr Čt : Христіанское Чтеніе
ZKG : Zeitschrift für Kirchengeschichte.
ZkTh : Zeitschr f. kathol. Theologie.
ZNW : Zeitschr f. neutestamentl. Wissenschaft.
ZwTh : Zeitschr. f. wissenschaftl. Theologie.

De modo verba externa scribendi vide appendicem communis utilitatis causa lingua gallica compositum.

## CORRIGENDA

P 3 infra v. 12 adde post *potest* *poni*; p 32 infra v 15 lege : *considerent* ; p. 89 infra v. 18 loco A. lege A; p. 104 infra v 8 loco *b*[5] lege *b.*[5]; p. 139 infra v. 6 loco *Křesťanská* lege *Křesťanská* ; p. 148 infra v. 6 lege *Gumilevskij*; p. 200 infra v. 9 lege : *112-114*; p. 366 infra v. 14 lege BĒLIAEV; p. 399 supra v. 10 lege *ex traditione* ; p. 421 infra v. 6 l. *Ehe* lege : *The*.

# De Opificio Dei Quaestiones Selectae

AD CONTROVERSIAS

# DE NATURA HOMINIS ET DE PECCATO ORIGINALI

PERTINENTES

DISPUTATIO EXEGETICO-DOGMATICA IN ROM 5 ET 8

In doctrina de homine graves quaedam inter catholicos et orthodoxos controversiae exstant, subtiliores et difficiliores quam notiores. Quas eo accuratius tractandas duximus. In ea re inquirentem, non exponentem agere volumus. Etsi quaedam incommoda inde nascentur, tamen cum ad alia tum ad praecipuum propositum assequendum utilior haec ratio nobis visa est. Itaque primum de consilio Creatoris quaeremus, unde quae sit hominis natura patebit, deinde de exsistentia mali, tum de mali origine, denique de ipso peccato originali.

## I

## De consilio Creatoris.

1. Cogitantibus de creatione summas difficultates occurrere constat. Nec solum eae, quae ex imperfecta atque rebus creatis huius mundi quae infra Deum sunt obnoxia cognitione naturae divinae (1), unde a priori ad consequendam notionem creationis procedi possit, oriuntur, impedimento sunt, sed accedunt illae quas imprimis possibilitatis et libertatis notiones pariunt. Ac difficultates quidem quae in concipienda libertate humana inveniuntur, quaeque satis adumbratae videntur esse in AAV VIII 131-3, omittemus, solum quaedam de libertate divina perstringemus et notionis possibilitatis fraudes cavendas indicabimus.

(1) Legis « periagoges » cogitandi (AAV VIII p. 7[8]; 13[13]; FR. MICHELIS, Gesch. d. Philosophie p. 332) inde ab initio conscios fuisse scholasticos etsi nomen ei non indiderint, testatur v. c GUILELMUS abb. s. Theodorici, Aenigma fidei M. 180, 418 B; De corp. et sang. Dom. M 180, 345 BC; cf. J. BACH, Dogmengesch. des Mittelalt. II 89 s.

2. Consentiunt utriusque ecclesiae theologi Deum libere mundum effecisse. Sed in removendis elementis anthropomorphisticae conceptionis laboratur. Negando facile dicitur : coniunctionem inter consilii rationem et ipsum consilium, qualis apud nos necessitatem causae finalis gignit, a Deo esse alienam. Verum difficultas est in ponenda in Deo ulla indifferentia quae nescio qua formalitate posteriore (de qua cf. IAC PLATELIUS, Synops. cursus theol. I c. 4, 1) sublata sit. Essentia divina certe ab aeterno determinata est et ab aeterno vult quae vult (1). Quapropter quidam cogitandi auctores aliam libertatis notionem proposuerunt vel potius decreto divino necessitatem quandam ab essentia divina manantem tribuendam esse censuerunt; velut G. W. v. LEIBNITZ (v. c. Theodicea n. 282), CORN. JANSENIUS (v. c. l. 6 c. 5), Rosminiani (v. c. GIUS. ZANCHI, Osservazioni intorno a una critica sull' ottimismo del mondo. Ver. 1888 p. 12-8). Ceterum etiam Io. DUNS SCOTUS de libera spiratione loquitur (In l. 1 d. 8 q. 4 n. 11; d. 10 q. 1; Quodl. q. 16). Quam sententiam iam FULGENTIUS videtur enuntiavisse Ad Trasim l. 3 c. 23; Ad Monim. l. 1 c. 12 : tantum posse quantum vult et tantum velle quantum potest. Deum autem necessario velle id quod optimum sit, illi theologi orthodoxi statuunt (si sibi constant) qui hominem deesse officio suo dicunt, nisi quod perfectius sit eligat; nam concludendum est sapientiae et sanctitati divinae repugnare quominus velit rem minus perfectam (cf. MANUEL CALECAS, De princ. fid. cath. M. 152, 621 C), quo posito absolute seu metaphysice necessarium videtur esse Deum inter omnes res quae fieri possint solum optimas velle (Ios. KLEUTGEN, Theol. d. Vorzeit I 263). Ceterum hoc etiam catholici theologi concedunt, velut G. DURANDUS, D. VIVA. Sed alii longius abierunt Deumque alia individua efficere potuisse atque effecisset negaverunt (ABAELARDUS, J. WICLIF).

3. Ab abstracta possibilitatis notione proficiscentibus certe facile est non solum Deo facultatem alios mundos procreandi vindicare, individuum annihilatum numero idem restituendi (Io. DUNS SC., In S. l. 4 d. 43 q. 1), sed etiam statuere Deum ne posse quidem optimum ex possibilibus mundum efficere. Argumento utuntur hoc — nulla quidem ratione habita sententiae imponentium hominibus optima quaeque se-

(1) Videri potest sequi, ut mundus aeternus sit, ut non potuerit oriri in posteriore aliqua aeternitatis parte, ut finem mundi iam advenisse necesse sit qua conclusionum fallacia quasi ob oculos ponitur humanae cogitationis, terrena transgredientis, difficultas. Tempus cum mundo creatum est (EUSEB, Praep. evang. l. 11 c. 24. M. 21, 912 B); cf. SCOT. Erig., De divis. nat. III 8 etc. Deum alii mundo prioritatem ante nostrum dare potuisse intellegi potest, non autem eum prius creare potuisse quam creaverit. Neque accurate dici concedendum est quod N. MALINOVSKIJ, Dogm. bog. II 26 dicit, Deum consilium mundi condendi exsecutum esse tempore a se constituto.

quendi officium hominem multa facere posse quae non faciat, etiam bona, et aliter ac faciat; quidni Deus? Cf. THOM. AQ. S. th. I q. 2 a. 24; praeterea efficere conabantur in angelis locum non esse speciei habenti summam perfectionem (de homine, animali, planta, re vitae experte FR. SUAREZ quidem concedit Deum perfectissimum efficere posse: (Met. disp. 30 s. 17 n. 21). Sed adversarios, quominus manus victas dent, illud impedit quod possibilitatis notionem abstracte considerare dubitant, i. e. solius potentiae rationem habere, eamque existimant sumendam esse concrete, i. e. omnium habita ratione quaecumque ad consilium rei efficiendae concurrunt: sapientiae, sanctitatis, etc. Hac freti consideratione negant nos ullam rem pro adaequate possibili habere posse nisi quam exsistere noverimus. Argumenta eorum ad haec fere revocantur: *a*) quidquid natum est natura sua cohaeret cum ceteris omnibus, itaque universum quodammodo in se includit; cf. G. W. v. LEIBNITZ, Monadol. § 56. Omnia tali concentu atque ordine inter se continentur ut mens absoluta vel in minima re particulari ceteras omnes totumque mundum atque ipsum Deum perfecte cognoscere debeat quemadmodum artis peritus operis naturam e fragmento colligere potest. (NICOL. KHRYPFFS de Cusa, De doct. ign. II 11. 12; cf. R. ZIMMERMANN, Der Card. v. Kues als Vorläufer Leibnizens 1852, p. 321). — *b*) e genere providentiae quod nobis ex ipsa rei notione iudicantibus mirum videtur, concludere possumus quid Deus vere possit vel non possit ex iis quae posse a nobis putatur abstractis notionibus innixis. Videmus enim Deum in gubernando mundo, genere humano, homine naturali rerum fluxui se accommodare. — *c*) speciosum argumentum illud est quo ex natura huius mundi colligitur illum mundum, quem efficiendum fuisse ratione e causa effectus colligenti probari possit, effectum esse; velut J. H. PABST guentherianus hoc probare posse sibi visus est (Der Mensch u. seine Geschichte. W 1830, p. 42).

Quae cum ita sint, relicta in medio quaestione de aliorum consiliorum possibilitate, illud quod Deus secutus est consideremus.

4. Deus, ut nostrae menti apparet, est natura quae perfectiones omnes rerum effectarum in se complectitur. Essentia eius non potest in spiritualitate, est enim superior spiritu (cf. A. GÜNTHER ap. F. MICHELIS, Kritik d. Güntherschen Philosophie 1854, p. 105; A. Tuberovskij, Voskresenïe Xristovo. S. Pos 1916, p. 36); nisi res ita esset, materiam procreare non posset. Itaque creatio ut nostrae menti occurrit, non potest esse nisi eius quod in Deo unum est, divisio. « Cum Deus sit complicatio omnis esse cuiuscumque exsistentis, hinc creando explicavit caelum et terram », haec NIC. CUSANI verba (Apol. doctae ignorantiae p. 72; cf. Katholik 1887 II 160) ad nostram sententiam enuntiandam apta sunt. Laudari potest etiam Oleaster quod locis similibus qui apud Iosue et Ezechielem occurrunt allatis illud Gen 1, 1 interpretatus est: in principio divisit Deus caelum et terram. MAXIMUS

Conf. (Ambigua M. 91, 1305) viros sanctos et in rerum divinarum cognitione versatissimos secutus quinque divisiones statuit : inter Deum et creaturam, inter noētǎ et aistētǎ ; in his inter caelum et terram ; in terra inter paradisum et oikouměnēn ; in homine inter marem et feminam ; simulque hominem definivit : ὁ ἐπὶ πᾶσιν ὥσπερ τι τῶν ὅλων συνεκτικώτατον ἐργαστήριον, καὶ πᾶσι τοῖς κατὰ πᾶσαν διαίρεσιν ἄκροις δι' αὐτοῦ φυσικῶς μεσιτεύων.

5. Vel antequam de natura mundi spiritualis et materialis quaeramus, e concilio lateranensi IV (et in hac re cum orthodoxis theologis consentimus : cf. N. Malinovskïj, Dogm. bog. II 45 qui manifesto sententiam eorum respuit, qui animam dicunt esse in confinio inter spiritum et materiam) pro prima divisione habere possumus angelorum et materiae creationem, hominemque pro huius divisionis integratione. Haec est prima ichnographiae mundi linea, prout mundum ex humana rerum consideratione separatione eorum quae in Deo coniuncta sunt contineri sumimus.

6. Quaeritur autem utrum homo seu compositum ex utroque opposito, illud fuerit quod Deus creans spectabat seu (secundum nostram consilii divini analysin) primum intentione operis divini elementum, an solum quoddam oppositorum temperamentum propter ea in opus divinum receptum. Addenda est autem alia quoque operis pars, iunctura qua Deus cum rebus creatis coniungitur, Deum-hominem dico. De quo similiter quaeritur, utrum « occasionaliter » tantum sit « praevisus » a Deo tamquam pons propter creaturas in se ipsis intentas constituendus an « sicut finis » creatori « ab aeterno » propositus fuerit (Io. Duns Sc. In l. 3 d. 19 n. 6). Hac forma quaestionem proponentes et materiam et hominem et Deum-hominem inde ab initio elementa primi (1) consilii divini fuisse sumpsimus, non eventui alicui, rei adventiciae originem suam debere. Multi autem Deum-hominem non esse nisi propter Adami peccatum censuerunt (2) ; eodem modo hominem propter lapsum angelorum natum esse statui potuit spiritum novum materiae praefectum esse, ut statum perfectionis, quo privata esset, tamen consequeretur. Materiae originem a casu repetendam esse, eam ea occasione procreatam esse, ut velut in carcere quodam spiritus illi, qui lapsi erant, punirentur, Origenes putavit (Epiphan. Haer. 64 ; Augustin., De haer. 43 ; De c. D. 11, 16-23 ; Cyrillus Alex. In Io. l 1 c. 9 M. 73, 132 ; Greg. Nyss., De opif. hom. c. 28. 29), cuius sententia

(1) Primum et secundum Dei consilium distinguentes nondum quaerimus, utrum eiusmodi discrimen in Deo vere statuendum sit necne ; quod statui non potest nisi negatur malum esse necessarium consilii divini elementum.

(2) Causam fuisse lapsum angelorum dicit Ignatius ep. (Briančaninov), Sočinenïia III str. 4 esli nēt padšix duxov, to vočelovēčenïe Boga ne imēet ni pričiny ni cēli.

certe cum concilii lateranensis decreto de creatura spirituali et corporali eodem temporis puncto condita (DENZINGER, Ench.[11] 428) et cum dogmate de materia in statum gloria evehenda pugnat (cf. F. SUAREZ, De op. l. 1 c. 1 n. 15).

7. Nobis tenendum videtur esse, etiam Deum-hominem, ideoque ipsum quoque hominem (1), inde ab initio divini consilii partem fuisse · ac Dei-hominis exsistentiam  idealem » (seu decretam) necessariam fuisse condicionem qua hominis deificatio contineretur; sive primum quod Deus voluit, fuit creaturae deificatio, Dei autem inhumanatio solum res ad id necessaria (quem ad modum J. RYBÁK opinatur in Th. pr. Qu. 1912, es ii, qui Deum ad id hominem factum ess aiunt, ut omnis creatura Deo coniungeretur, opinari videntur, velut E. BARBIER, Essai sur la synthèse de la théol. chr. p. 24), sive Christum ante omnes creaturas Deus voluit (ut scotistis videtur). Utrum autem futurum fuerit, ut homo deificaretur sua in novum Adamum insertione, itaque deificatio hominis e primo Dei consilio ita fieri debuerit, ut in participatione hypostaticae unionis inter Verbum et hominem individuum consisteret, cui tamquam capiti generis humani ceteri homines insererentur, ut eodem spiritu animarentur eandemque naturam divinam haberent (id quod naturae generis humani, ut est aliquid unum, convenire dixeris), an aliter, rursus nostra non interest.

8. Ab argumentis afferendis quibus data opera efficiatur Deum-hominem (sane non ut redemptorem nec ut fuit in carne « passibili » ; Io. DUNS SC. In l. 3 d. 7 q. 3 n. 3) non exstitisse casu hic abstinemus (2). Tria tamen videntur monenda esse ; *a*) re ipsa in Deo-homine

(1) Hoc « ideoque  nolumus significari non propter aliud hominem exsistere nisi ut Deus-homo exsistere possit. Nostra parum interest, utrum vera hominis causa fuerit quod Deus materiae quoque creationi se communicare voluerit (Io. L. VIVES, De veritate fidei christianae l. 1., Lugd. 1551, p. 108 « ut se materialibus etiam in quantum eorum vis et facultas caperet, communicaret, adiunxit materiale corporali {*sic*}, nempe hominis corpus animae »), an quod materiae copiam colendi sui destinaverit (VENTURA DE KAULICA, La raison philosophique et la r. cathol.[3] 1854, 482 3), an quod pontem facere decreverit quo divisa iterum coagmentarentur (boulómenos eis hèn pánta sunḗptai THEOD. MOPS. In Rom 8, 19 M. 66. 824 C) ita tamen, ut non absorberetur omnis creatura ab homine, an ex quavis alia causa Nonnullos patres et scholasticos existimasse lapsum angelorum saltem ex parte ad hominem efficiendum pertinuisse notum est (cf. AUGUST. De c D. 22, 1; Enchir. 29; PETR. LOMB. Sent l. 1 d. 1 etc.).

(2) Haud ignoramus inter theologos orthodoxos esse nostrae opinionis adversarios: cf. THEOPH. PROKOPOVIČ Theol. orth vol. III 205-17; SILVESTR ep. Pereiasl., Comp. theologiae classicum didactico-pol. M. 1805 p. 312 5; MAKARÏJ (MIX BULGAKOV), Prav.-dogm. bogoslovïe § 127 II (ed. gall II 24 5); N. GLUBOKOVSKÏJ in Xr. Čt. 1903 II 438; P. L. LEPORSKÏJ in Pravosl. bogosl. enciklop. III 1902, 824-5; etiam inter alios non catholicos adversarios habemus, velut PR. FAIRBAIRN, Typo-

Deum cum universa creatura coniunctum esse (cf. SCOT. ERIG., De divis. nat. II 13; IV 27; V 25. 36) quoniam homo est makrokosmos (HONORIUS SOLIT., Clavis physicae f. 14. 15. 53 cod. lamb. n. 102); *b*) patrum (velut [ATHANASII] De incarn. c. Ar. M. 26, 996) de ratione quae inter inhumanationem Dei et deificationem hominis intercedit sententiam recte exceptam esse ab HONORIO SOLITARIO, cum dicat (Quaest. de angelo et hom. c. 2 M 172, 1187) causa Christi incarnationis fuit praedestinatio humanae deificationis; eorum de necessitudine inter inhumanationem et angelorum deificationem sententias (cf. P. CHRYSOSTOME O. M., Le motif de l'Incarnation. Extr. d. Études Francisc. 1913 p. 27 ss.; Český slovník bohov. I 423) commemorare sufficiat. Quae ex patribus contra opinionem nostram afferuntur explicari facile possunt, paucis exceptis locis (GREG. NAZ. Or. 30 n. 2 quid enim aliud afferri potest; LEO M. Serm. 3 de pentec.: creatura non fieret; ORIGEN. Hom. 24 in Num.: mansisset Deus Verbum) (1); *c*) Hanc quaestionem arte conexam esse cum quaestione instituenda, utrum creaturae status supernaturalis inde ab initio in consilio divino contineatur an postea additus sit. Quidam theologi, ut sibi constent, dicere debent cum hominis destinatio supernaturalis sit fortuita, etiam illud quod ad eam ad effectum perducendam adhibetur, fortuitum sit necesse est. Opinio quam reicimus defendi non potest nisi deificationem redemptionis causa fieri statuatur; atqui hoc certe traditum non est (cf. CHRYSOSTOME, Le motif p. 18 ss.), ne in graeca quidem eccle-

logy of Scripture[4] I 117-35; K. BURGER in RE[3] XI 477-8. Sed cum TRENCH, ROTHE, LANGE, OOSTERZEE, MARTENSEN, EBRARD, DORNER, A. TUBEROVSKIJ (Voskresenie Xristovo 1916, 188. 269), fortasse etiam VL. SOLOVJEV (Istorija i buduščnosti teokratii I 1887, 342) sequimur theologos catholicos RUPERTUM TUIT. (M. 168, 1628-9), ALEX. DE ALES, ALBERTUM M., RICHARDUM DE MEDIA VILLA, RAIM. LULLUM (lib. Apostrophe p. 44), IO. DUNS SC., G. BIEL, IO. VIGUERIUM, AMBR. CATHARINUM, NACL. NACCHIANTE (In Eph 1), F SUAREZ, FR. SALES (De l'am. de Dieu l. 2 c. 4), N. YSAMBERTUM, IO. MARTINONUM, IO. PONCIUM, CL. FRASSEN, N. MALEBRANCHE, FR. HETTINGER, F. MICHELIS, M. SCHEEBEN, J H OSWALD, P. ROSSI, M. MESCHLER, J. B. HEINRICH, JOS. POHLE etc. — contra THOMAM AQ., FR. DE MAYRONIS, BONAVENTURAM, THOMAM DE ARGENT., MARSILIUM DE ING., L CAPREOLUM, DIONYS. CARTH., THO. VIO CAIETAN., L. MOLINAM, M. BECANUM, L. LESSIUM, D. PETAVIUM, L. THOMASSINUM, CAR. WITASSE, H. TOURNELY, NIC. L'HERMINIER, P. G. ANTOINE, CAR. BILLUART, THOM EX. CHARMES, IO. BERTI, TH. HOLTZCLAU, LUD. LEGRAND, IOS. KLEUTGEN, HILARIUM (GATTERER), H. HURTERUM, etc.

(1) Cavendum aeque est, ne temere patres pro testibus nostrae opinionis adhibeantur. Velut cum Christum dicunt inde ab initio in consilio divino munus suum accepisse, rem ita animo concipere potuerunt, ut in eodem consilio iam peccati originalis praevisi rationem habitam esse sumerent. Cf. THEODORET., Qu. 19 in Gen. M. 80, 101. De TERTULLIANI sententia (De carn. resurr. c. 6 CSEL 47, 33) hoc modo disputari potest.

sia (cf. Io. GEOMETRA, Serm. in Deip. annunt. M. 106, 816 : ἀλλὰ καὶ χαρίσασθαι τὴν ἰσόθειαν, etc.). « Die Menschwerdung ist nicht bloss das Mittel zur Wiederherstellung des Menschen, sondern die Grundlage und Vollendung der ganzen übernatürlichen Ordnung und insofern als Selbstzweck zu betrachten ». J.-B HEINRICH, Lehrb. d. Kath. Dogmatik II 387. Dices fortasse alteram rationem, quae praeter redemptionem admitti possit, potuisse minoris momenti esse ita ut per se sola ad decernendam incarnationem satis magna non esset. At, si discrimen inter rationes praecipuas et incitamenta secundaria in Deum infertur, illis assentiendum est, qui velut D. VIVA (Cursus theol. p. VI disp. 3 q. 1, 1 conf. 2) aiunt id quod praestantius sit principalius esse appetendum.

9. Duplex igitur fuit Dei-hominis destinatio, altera primo Dei consilio respondens seu idealis, altera ex rebus quae infeliciter acciderunt orta, seu anormis et extraordinaria ; illa inhumanatione, haec absoluta est incarnatione.

Similiter duplicem hominis destinationem idealem et anormem distinguimus, statum eius empiricum rebus turbatis contineri docturi. Antea tamen aliae quaestiones explicandae sunt ratio quae inter res creatas, spiritus et materiam intercedit ac spiritus et materiae notiones.

## II

## De natura operis divini universi

10. Universum rerum creatarum habendum est corpus apte compositum, non acervus rerum inter se non conexarum. Huius universi partes « primitus in consilio divino omnes inter se destinatae et accommodatae erant ». M. SCHEEBEN, Handb. d. kath. Dogmatik, § 135, n. 144. Cf. J. F. MOLITOR, Philos. d. Geschichte od. üb. d. Tradition 1827, § 123, p. 89-90 ; P. FLORENSKÏJ, Stolp i utverždenïe istiny M 1914, p. 279. Vel, ut patrum genere loquendi rem significemus : « universitatis Deus fecit omnem creaturam quasi unum quoddam corpus, ex multis compositum membris, tam rationabilium ordinum quam sensibilium » THEODOR MOPSU. In Eph 1, 10 (ed. SWETE, I, 128-9) ; cf. In Rom 8, 19 (hèn sôma). HUGO VICTOR. de aliis rebus loquens haec monet huc apte referenda : rerum omnium ordo dispositioque a summo usque ad imum in universitatis huius compage ita sese causis quibusdam rationum genituris prosequitur, ut omnium quae sunt nihil inconexum aut separabile natura externumque inveniatur (De sacram. l. 1, p. 2, c. 2). Itaque verum dicit IORD BRUNUS, De umbris idearum. Berol. 1868, p. 44 (B), cum ait : « nefas est cogitare mundum istum

plures habere principes et per consequens plures habere ordines praeter unum Hac eadem re pro certa posita THOMAS AQ. S. th. Iq. 61 a. 3 ad 2 (cf. M. SCHEEBEN, Handb. n. 144) colligit angelos non ante cetera effectos esse; nam sunt quaedam pars universi Cum F. SUAREZ (De ang. l. 1 c. 3 n. 16) dicit Deum angelos ante materiam procreare potuisse, de abstracta tantum possibilitate loquitur (considerata sola potentia Dei); sc. « quia ex parte effectus nulla potest repugnantia cogitari, cum angelus a corporibus non pendeat »; manifestum autem est etiam in systemate suareziano locum quem angeli secundum consilium divinum occupare debebant, munus eorum, res ab iis agendas postulare potuisse, ut materia simul cum iis nasceretur.

11. Quaeri autem potest, num materia ipsa suam in se habeat rationem cur sit, num etsi pars sit primi consilii Dei creantis, tamen solum propter spiritus sit, vim non habens nisi ut condicio sine qua spiritus esse non possint, quemadmodum in corpore humano pedes sint propter caput (M. SCHEEBEN, Handb. § 134 n. 128: « Die Gesamtgliederung des Universums kann man nach Analogie des menschlichen Organismus so bezeichnen, dass das Geisterreich das lichte, über alles übrige emporragende Haupt, das Reich der materiellen Natur die übrigen Glieder, und der Mensch als die lebendige Mitte des Ganzen das Herz des Universums bildet. ») Sunt qui ita sentiant. Cuius opinionis rationem quandam NICOL. KHRYPFFS de Cusa indicat, cum dicit sentire esse percipere in confuso limitem actionis animi; cum enim animus aliquod exterius obstaculum invenit, i. e. rei physicae occurrit, movetur ad apprehendendum hoc obstaculum (Idiote de mente c. 8 Tractatus 1490? p. II). De limite spiritus quem in corpore offendit, F. MICHELIS loquitur, qui eam rem pro natura conscientiae finitae habet, qua a conscientia divina differt (I. Kant vor u. nach d. Jahr 1770, Br. 1871 p. 58): « Das Bewusstsein (die Person, der Geist) ist nicht das Stoff sein, der Geist nicht der Stoff. Der Geist, das Bewusstsein findet also am Stoffe, als seinem Gegensatz, seine Grenze, das ist das Verhältnis, welches dem Begriff des Raumes untersteht. Das Bewusstsein ist aber ein anderes vom Stoffe nur dadurch, dass es immanent die Zahl, die Vielheit der Momente in sich hat, dass es sich findet in der Einheit der Momente seiner Bewegung (Zu-sich-gekommen-sein. Subject-objectivität); das ist es, was formal gefasst Zeit heisst. Solang wir beim Raum nur an die sinnlichen Dinge denken, die wir dann in den Raum setzen, und bei der Zeit an den Wechsel in der Erscheinung, sind wir eben in der Veräusserlichung des Bewusstseins, welches noch nicht zu sich gekommen ist. Das absolute Sein, in welchem eben die reale Unterscheidung, das Auseinander des blossen Seins (Stoff) und des Bewusstseins (Geist) nicht ist, sondern wo, wie wir die Person nur real finden in der Substanz, so die Substanz nur real ist in der Person (Trinität), kann also nicht

unter Raum und Zeit fallen, sondern wie das endliche Sein nur durch die Schöpfung, so kann Raum und Zeit nur als die dem endlichen immanente aber eben deshalb im Unendlichen in Gott erlöschende Form des Endlichen verstanden werden Cf. etiam Kritik d. Güntherschen Philosophie Pad. 1854, p. 118. 100; Entwicklung d. beiden ersten Kap. d. Genesis 1845 p. 91 s.; AAV VII 57. Haec quaestio quamvis examine digna sit, ad nos minus pertinet.

12. Vel ex unitate operis divini efficitur simul procreatos esse spiritus et materiam. Hoc docet concilium lateranense IV (Denz [11] 428). Nam illud « simul », quod explicatur verbis ab initio temporis et opponitur « deinde » particulae ambiguum non est (cf. M. Scheeben, Handb. § 135, n. 146; Ch R. Billuart, De op. 6 dier. diss. 2 a. 1; E. Amort, De nat. ang. disp. 1 q. 2 etc.). Negabis fortaſse, ullius auctoritatis esse decretum quatenus hoc statuatur; haec enim ad obiter dicta pertinere, in quibus errare concilium potuerit. At verba concilii ea non sunt, quibus doceas hoc esse obiter dictum. Accedit quod decretum illud haberi potest declaratio legitima loci Gen 1, 1 : in principio (absoluto, non relativo cf. J. B. Heinrich, Dogm. Theol. V, 38. 122) Deus creavit caelum et terram, quae declaratio iam in symbolo nicaeno-constantinopolitano indicatur (« statim exponentes quid dixerimus caeli et terrae, subiungimus visibilium omnium et invisibilium Rupertus Tuit., De Trinit. et opp. l. 1 c. 3 M 167, 202-3) verbis visibilium et invisibilium, quibus tum ea significabantur quae lateranense « creaturam spiritualem et corporalem, angelicam videlicet et mundanam » appellat; cf. Greg. Naz., Or. 38 n. 11 etc. Fuerunt qui verba Gen 1, 1 pro titulo capitis haberent (velut Stára in Th. Qu. Tüb. 1884, t. LXVI, p. 185 contra Seisenberger, D bibl. Schöpfungsbericht[2] Freis. 1882), sed nihil afferri potest ad hoc efficiendum. Caelo optime angeli significari potuerunt (cf. Natur u. Offenb. V 228-9; XII 78) ab eo qui « rudi populo loquebatur qui nondum capere poterat incorpoream naturam Thomas Aq. S. th. I q. 61 a. 1 ad 1). Porro si revelatio a Deo hominibus facta esse existimatur, sane eo modo quo eam fieri decebat facta est; fons autem revelationis scriptura habetur. Atqui nisi scripturae initium ad universum refertur, progressus revelationis similis progressui viventium seu is qui iam in fetu universum complectatur, defendi non potest. Cf. P Lomb. Sent. l. 2 d. 12; Petrus Constant. in Hilar. de Trinit. 12, 37 M. 10, 455 C-D; Hon. Augustodun., In Hex. c. 1 M. 172, 254; Car. Bouillus Samarobrinus Quaest. theol. 1513 l. 3, 34 f. XVI[a]; A. Westermayer, Das A. T. I 6; F. Michelis in Kath. Lit. Zeitung 1859 N. 44; Natur u Offenb. 1862, 473 1869, 83 Io. B. Baltzer, D. bibl. Schöpfungsgeschichte I, p. 183-7, etc. Quod quidam patres de hac re aliter senserunt (velut Victorinus M., De fabr. mundi M. 5, 306) profecto explicari potest non solum eo quod singuli in aliis quoque rebus minus accurata

memoriae prodiderunt, sed ipsa priscae de origine mundi narrationis natura.

13. Cum spiritus et materia partes sint corporis apte compositi, certam quandam rationem inter eas statui necesse est. Qua in re M. SCHEEBEN verum assecutus non est cum scripsit § 142 n. 254 : Die Offenbarung führt sie {die Engel} nur in einem Schutzverhältnisse zu den Menschen vor, so dass der etwaige Einfluss auf die rein körperliche Natur diesem Zweck untergeordnet erscheint. Und selbst dieses Verhältnis gründet die Offenbarung nicht auf eine *natürliche* Wechselbeziehung der Engel und Menschen, sondern auf die übernatürliche Bestimmung der letzteren (Hebr 1, 14) und darum auch der Engel selbst (qui vident faciem Patris). Haec scribens malorum spirituum rationem nullam habuit, angelorum munus terrestre solum consideravit. Verius THOMAS AQ. S. th. I q. 61 a. 3 e nexu organico creaturarum collegit materiam gloria indutam non esse (caelum non evasisse) nisi propter rem ab angelis feliciter gestam. IO. DUNS. SCOT. autem scrupulum tollit qui multorum animos videtur turbare : « Quanto aliqua sunt magis distincta et diversa formaliter, tanto sunt magis disposita ad faciendum per se unum i. e. ad constituendum aliquod unum organicum (In S. l. 2 d. 12 q. 1 n. 16). Interiorem intercedere inter spiritus et materiam rationem iam AUGUSTINUS, De gen. ad litt. l. 8 c. 23 s. CSEL 27, 262 ratione e causa effectus colligenti (« a priori ») statuit.

14. Mirum autem non est quod patres cum de angelorum bonorum cum hac terra contactu loquuntur, nihil fere aliud nisi praesidium tutelamque significant. Tamen multi loci generales sunt, etiamsi ad haec citima referuntur; velut IUSTIN. Apol. II n. 5 M. 6, 452; AUG., De Trin. l. 3 c. 4; De civ. D. l. 12 c. 24. Cf. AUG. De div. qq. 83 q. 79 M. 40, 90; ATHENAG., Leg. n. 24 M. 6, 945; ORIGEN. In Ierem. hom. 10 n. 6 ed. KLOSTERMANN, p. 76; In Num. hom. 14 n. 2 M. 12, 680; METHOD., Lib. de resurr. n. 10 M. 18, 280 A (cf. M. 41, 1104); GREG. NYSS. Or. cat. c. 6 M. 45, 28; GREG. NAZ. Carm. S. 1 c. 7 M. 37, 410; THOM. AQ., S. th. I q. 110 a. 1 ad 1 ; C. gent. l. 3 c. 78. Etiam AUG. BISPING, Exegetisches Handb. III 1865, p. 130 patrum auctoritate seductus suum cuique elemento spiritum esse atque omnem naturae incorporeae vim ab angelo moveri credidit. De spiritibus malis alia nobis erit occasio patrum sententias commemorandi.

Complures esse scripturae locos, quibus haec sententia innitatur, constat. (Iob 36, 32-33 ; Hebr 2, 5 ; Apc 7, 2-3; 14, 18; 16, 5 ; Io. 5, 4 etc.)

15. De angelorum in materiam in genere efficientia nulla est difficultas. De materia terrestri quaeri potest, utrum ad eam omnem eorum efficientia pertinere possit, an ad eam tantum quae ad materiae statum iustum propius accedat i. e. ad corpora viventia seu microcosmos, uni-

tatem idealem materiae individualitate sua imitantes. Cf. Natur und Offenbarung X 331 (1). Ad nos haec quaestio non pertinet.

16. Provincia autem materiae, si non solum spiritus agere in materiam, sed etiam materiam in spiritus ponitur (v. quaestiunculam de partibus materiae in universo, quam supra n. 11 tetigimus (2) difficultates quasdam continet. Quae a scholasticis tractari solent imprimis ubi de angelorum cognitione et de igne inferni disputant. THOMAE AQU., magno scholasticorum duci, qui angelos negavit posse species accipere a rebus (S. th. I q. 54. 55. 56), Io. DUNS SC. adversatur (In Sent. l. 2 d. 3 q. 11); de corporibus ut materia desiderii cf. THOM. AQ., In Sent. l. 1 d. 37 q. 3 a. 1. De igne gehennae vix aliter rem explicari posse concedi solet nisi miraculo, quod propter angelos malos fieri aliis non videtur veri simile esse, etsi ratio non habetur accuratae miraculorum notionis, ad quam consequendam quaerendum est qui sit locus miraculi in consilio Dei creantis. (Cf. DUNS SC. In S. l. 4 d 44 q. 2-3; R. LULLUS, Opera, t. IV Mog. 1729, p. 65; Io. GONET, Cl. th. disp. 14 a. 12 § 4 n. 60; E. AMORT, De ang. disp 3 q. 5; [J. JUSTUS] Das Christentum im Lichte d. vgl. Sprach- u. Religionswiss. W 1883, 236 etc. Cf. Český Slovník bohov. I 419[b]). — Adde quaestionem de commercio inter corpus et animam (cf. J. FR. STAPFER, Dissert. theol.-philosophica novam continens hypoth. qua animae et corp. commercium explicatur, in Mus. Helvetico XIII 1749, p. 185-244; A. KOWALEWSKI, Üb. d. Causalitätsproblem L. 1898, p. 94-9, etc.). Sed haec indicasse sufficiat.

17. Quidquid natum est aut esse spiritum aut materiam, nihil inter haec duo medium esse nisi hominem ex utroque genere compositum, concilium lateranense IV testatur. Quod de hac re apud patres (velut AUG., De Gen. ad litt. l. 3 c. 5: subtilius corpus; l. 7 c. 19 spiritui simi-

(1) « Der Mensch trägt in sich, d. h. in seinem leiblichen Organismus, in der scheinbaren Aufhebung der Differenzierung dos Stoffes eine gewisse Einheit, die im Nervenprocess ihren Sitz hat. Der Process des Nervenlebens, den wir nur als die subtilste Reaction des scheinbar der Differenzierung enthobenen Stoffes gegen den differenzierten betrachten, ist an sich etwas ganz Indifferentes, aber er wird organisch differenziert in seiner Wirkung nach aussen durch die verschiedenen Sinnesorgane ».

(2) FR. MICHELIS (Katholische Dogmatik 381) quidem diserte dicit Der Stoff an sich ist so wenig *erkennbar* wie erkennend: er ist weder Subject noch *Object* der Erkenntnis und hat überhaupt mit dem Begriffe der Vernunft gar nichts zu tun, weil Erkennen eine geistige Function des Bewusstseins ist, der Stoff an sich aber nur die Bedeutung hat als das andere Glied in der Schöpfung, als Gegensatz zum Geiste, die Grenze und die Signatur der Endlichkeit der Schöpfung zu sein. Positiver Gegenstand der Erkenntnis wird der Stoff in der Naturerscheinung nur dadurch, dass in ihm der Gedanke des Schöpfers seinen Ausdruck findet. Subject der Erkenntnis oder selbst Erkennendes kann der Stoff nie werden.

liora; quae tamen potius obscura quaedam vel rectius non conscia indicatio est angelos vi sua materiam crassam empiricam non posse proxime attingere, sed certum quemdam habitum eius esse necessarium ut in eam agere possint; v. n. 15) vel scholasticos (de spiritibus vitalibus cf. THOMAS AQ. S. th. I q. 76 a. 7 ad 1) errores occurrunt facile explicari potest. Quod verior sententia obtinuerit, platonismo tribuendum esse existimat CL. BÄUMKER, Witelo 1908, p. 533.

18. Multa de notione spirituum et de notione materiae quaeri possunt. Nobis hic sufficiat a notione vulgari proficisci, quam a concilio lateranensi IV receptam esse sumendum est (1), et duas quaestiones attingere, quae ad argumentum et problema nostrum magis pertinent.

Ac prior quidem est de eo, num inter multitudinem unitate temperatam quae hominum propria est et multitudinem angelorum verum discrimen statuendum sit. Ea quaestio a scholasticis multum agitata est, quaerentibus utrum angeli omnes inter se specie differant an aliqui solum individuo: cf. C. BOVILLUS, Quaestionum theologicar. 1513 l. II, 42-44 (IOS. DIPPEL, Versuch einer systemat. Darstellung 1865, p. 134); VINC. CONTENSON, Theol. ment. et cord. l. 4 d. 2 c. 2; IO. GONET, Clip. th. tr. 7 disp. 2 a. 2 § 4-5; V L. GOTTI, Theol. schol.-dogm. t. I tr. 9 q. 2 dub. 2 § 2 3; D. VIVA, Curs. th.[6] Pat. 1729, p. II disp. 3 q. 4-5; E. AMORT, De ang. disp. 1 q. 6; FR. SYLVIUS, I. p. q. 50 a. 4 etc. Scholasticorum tamen quaestio propter opinionem de principio individuationis alio spectabat. Ut nostram sententiam, quantum necessarium videtur, aperiamus, FR. TOLETUS quidem (In S. th. I q. 50 a. 4) adversarius noster est, cum Deum ait angelos eodem modo redimere potuisse atque homines, id quod fieri non potuerit, nisi angeli aeque ac nos specifice unum essent. Qua in re cur Anselmi Cant. sententia (Cur D. h. II 21) reiciatur non habemus; principium solidaritatis quo in peccato originali explicando utimur, angelis applicandum non est. Cf. AAV VIII 6-7; de unitate materiae cf. A. ŠPALDÁK, Le problème de l'évol. p. 60 ss.

19. Altera quaestio est de notione liberi arbitrii angelorum. Utrum Deus consilio non impedito seu « primaria intentione » creare potuerit

(1) S. STORCHENAU, Psychol. § 147 Schol. 1 Per spiritum vulgo omnes intellegunt ens simplex cogitans habensque potentiam incohandi motum; per materiam ens cogitatione et potentia motum incohandi destitutum, quam notionem experientia suppeditat. Cf. CLEM. ALEX., Strom. l. 4 c. 3 n. 9, 4 (ed. STÄHLIN p. 252, 13). Quod J. B. HEINRICH, Dogm. Theol.[6] § 297 (VI) p. 219 de hac re dicit, errore nititur; sumit enim essentiam animae non posse determinari nisi negative — notione, quae vere ignota est. Non posse definiri ens spirituale ut ens simplex inde a BOSCOVICHIO (quem secuti sunt FARADAY, AMPÈRE, FECHNER, etc.) manifestum evasit, quippe cum saltem metaphysice non repugnet quominus entia simplicia exsistant quae sui conscia non sint. Materia est « exsistens tantum » FR. SUAREZ, Met. disp 30, s 17 n. 21.

naturam mente praeditam quae in singulis casibus cognitionem sequatur *necessario*, necne, ad quaestiones de possibilitate pertinet quas omittendas censemus (cf. AAV VIII 132); res ipsa agitur. Constat autem angelos peccavisse, in perfectione autem cognitionis iis donanda Deum omnino liberum fuisse. Quae cum ita sint, aliter res intellegi non possunt (1), nisi angelos indeterministarum sensu liberos fuisse sumimus. Si cui determinismus verus videatur esse de homine, saltem de angelo ita iudicandi rationes easdem non habet. Ratio humana etiam natura corporea determinatur, ratio nostra, hominum lapsorum, insuper statu naturae lapsae; in nobis gratia redemptionis efficit ne amore nostri absorbeamur, et eorum quoque quae Deo debentur rationem habeamus; in angelis hoc fuit libertatis.

20. Creationem conservatio sequitur quae nihil aliud est nisi « continuata rei creatio » (F. A. STENTRUP, De Deo uno th. 52 contra J. BALTZER, D. bibl. Schöpfungsgesch. I 1867; cf. A. BERLAGE II § 52-53). Cf. Io. DUNS SC., In l. 2 d. 2 q. 1 n. 19 s.; L. LESSIUS, De summo bono l. 3 n. 31 ss.; H. KILBER, De Deo, Append.; J. W WIGAND, Der Darwinismus II 332 s. 341 ss. etc. Neque concursus aliam rem significat nisi Deum velle, ut ea fiant, quae causa creata agat (contra G. MATULEWICZ, Doctrina Russor. de iust. originali, p. 23).

Iam videndum est quae fuerit creaturae destinatio, ac principio quidem creaturae spiritualis et materialis; de homine enim postea agendum erit.

(1) Cum hac sententia non accepta omnia ruere videri possint quae ei superstruuntur, animadvertamus obici posse contra hoc argumentum rem posse hoc modo intellegi creaturam aliter ius exsistendi non habere, vitam aeternam consequi non posse, nisi sui demissione, magnanimitate. Cuius rei ratio esse potest aseitatis divinae imitatio omne ens, ut esse, manere possit, ipsum sui causa esse debet. In Deo aequatio est haec $1 = 1$; in creatura iusta, velut in angelis bonis, haec: $1 - 1 = 0$; $1 - 1$ est ratio creaturae; 1 non potest esse sine $- 1$ et hic processus aeternus sit necesse est; id quod esse non potest, nisi ens creatum moraliter absorbetur a Deo atque ad nihilum redigitur. — In Deo homine ideali aequatio est haec: $1 + (1 - 1) = 1$; in Christo autem haec: $(1 + 1) - 1 = 1$. — Sed si hoc accipitur, statuendum est angelos lapsos ideo fingi puniri et pati, quod rei veritas hominibus aliter exhiberi non possit, cum veritas pura, anthropomorphismo exuta a virtute eos revocaret. Nam si quicquam, iustitia Dei affirmanda est. *R.*

## III

## De munere creaturae universae.

21. Statuere posse nobis videmur, secundum consilium divinum mundum a Deo effectum crescere, viribus uti debuisse seu evolvendum fuisse idque non progressu infinito sed eo, quo ad perfectionem perveniat (cf. THOM. AQ. S. th. I q. 62 a. 9). Primum de progressu loquemur, deinde de perfectione; qua in re tractanda notiones naturalis et supernaturalis explicandae sunt.

Dicimus 1) in primo consilio divino ut munus spirituum contentum fuisse liberam spirituum ad Deum conversionem.

2) ibidem peccatum eorum contentum non fuisse.

3) contentam ibi fuisse consecutionem certi, decreto illo libero consequendi, finis, cum beatitudine coniunctam.

4) contentum ibi fuisse illorum qui finem naturalem attigissent ad statum supernaturalem producendorum divinum decretum.

5) gradibus ab angelis percurrendis gradus similes in materia respondere.

Perceptio speculativa veri revelati quae his 5 thesibus enuntiatur non subito nata est; maximus progressus apud Augustinum factus videtur esse. K. PELZ, Die Engellehre d. hl. Aug. 1913, p. 60-7, cf. 17, existimat demum ultimo suae vitae tempore Augustinum tenuisse bonos angelos propter fidem servatam felicitate perfecta quae amitti non potest donatos esse.

22. **1)** A posteriori facile probari potest spiritus debuisse a partibus Dei consistere. Hoc doctrina de lapsu spirituum efficitur, quae et in revelatione continetur et, ut infra viderimus, tamquam hypothesis absolute postulatur ad mundi naturam lumine rationis ita illustrandam, ut omnia cohaereant. Nobis autem plus dicendum videtur esse; concedimus enim A. LEBEDEV (Raznosti c. vost. i. zap. v uč. o presv. Děvě Marïi. Varš. 1881, p. 221. 230) ceterisque orthodoxis qui cum eo consentiunt (T. A. TIXOMIROV, Dux otnošenïia meždu blagodatïiu i svobodoiu. Xr. Čt. 1894 I 299; A. TUBEROVSKÏJ, Voskresenïe Xristovo 1916, 185; S. GLAGOLEV in Voprosy fil. i psix. M. 1893, 5 = kn. 20, otd. spec. p. 17 (1) Deum mentibus liberis hoc decretum remittere, eos

(1) Зло существуетъ въ настоящее время въ мірѣ не потому, что оно есть нѣчто прекрасное а потому что прекрасенъ, можетъ быть лишь тотъ міръ, въ которомъ существуютъ свободныя твари. Богъ по своей всеблагости и сотворилъ таковой міръ. Но разъ въ мірѣ существуютъ свободныя твари, то, значитъ, законы добра могутъ быть и осуществляемы и нарушаемы.

eo liberare non potuisse. Fuerit liber in procreandis naturis liberis, cum creandum esset, — diximus nos ab eiusmodi quaestionibus abstinere, potuerit mentem non liberam (libertate indeterministarum) statim in statu beatitudinis aeternae creare, itaque consilium creandi capere, a quo rerum creatarum gradus percurrendi abessent, verum si libera libertate indeterministarum viventia procreavit, copiam iis dare debuit se a Deo vel ad Deum convertendi (Cf. BARDESANES, Liber legum regionum n. 8 Graffin col. 547; F. W NEWMAN, Thoughts on the existence of evil 1872, p. 6 etc.). « Die Erreichung der natürlichen Vollendung ist wenigstens der freien Creatur vorgesteckt als Endziel ihres eigenen Strebens und Wirkens, so dass sie durch ihre eigene freie Tätigkeit dasselbe erreicht ». M. SCHEEBEN, Handb. § 157 n. 588; cf. J. KLEUTGEN, Th. d. Vorz. I. T. 5. Abh. 360-1; J. H. PABST, D. Mensch u. s. Geschichte 1830 § 11 p. 56. Eatenus creatura natura impeccabilis nasci non potuit (1) et eatenus LEIBNITIO et SOLOVIEVIO assentiendum est, cum negant copiam mali a consilio Dei creantis abesse potuisse contenduntque Deum malum morâle in optimo mundo admittere debuisse (2). Quodsi libertas peccandi a cognitionis vitio repetenda est (cf. AAV VIII 132; G. DURANDUS, In Sent. l. 2 d. 23 q. 1; Io. DUNS SC. In l. 2 d. 7 n. 7; Io. GONET, Clyp. th. th. tr. VII disp. 13 a. 4 n. 129; B. MASTRIUS, In Sent. l. 2 disp. 3 q. 2 Ven. 1675, p. 179-87; W. KAHL, D. Lehre vom Primat d. Willens bei Aug., Duns Sc. u Descartes. Str. 1886, p. 125-6; M. DE WULF, Etude sur la vie, les œuvres et l'influence de Godefroid de Fontaines. Brux. 1904 p. 101-112 etc.), negamus Deum sive iustitia sive caritate sive sapientia obstrictum fuisse ad eam cognitionem angelo dandam qua cognosceret sibi, creato, melius esse vel suae rationi magis respondere Dei partes sequi, aut providere eum debuisse, ut aliud ab angelo cognosceretur quam non decere eum a Deo se avertere, ratione id comprobari, si ad Deum se

(1) De hac quaestione (num Deus facere possit voluntatem creaturae rationalis impeccabilem per naturam) exponunt interpretes In P. Lomb. Sent. l. 2 d. 23 (Io. MAIOR, GABR., DURAND., BONAVENT., RICHARD., SCOT., ARGENT., BASSOL., etc.); GREG. DE VAL. t. I, d. 4 q. 14 p. 1; D VIVA, Curs. th$^{e}$. 1729 II d. 5 q. 2 p. 102-8) etc.; Io. GONET, Cl. th. th$^{e}$. Antv. 1733 tr. VII d. 13 a. 1 n. 1-32, etc.

(2) Cf. S. GLAGOLEV in Strannik 1904 p 238. — Quam necessitatem nos quidem ab essentia decreti liberi repetimus, non extrinsecus, acsi Deus qui peccata aucto auxilio impedire posset, ideo ea non impediverit, quod id alicui legi sapienter agendi (velut legi de minima actione) repugnaret, ut vult v. c. ANT. ROSMINI-SERBATI, Teodicea. Torino 1857 II p. 89; « Si nel concetto del mondo, che servi di tipo alla potenza creatrice, vide Iddio che i peccati, e la perdita di quei che si dannano, erano mali necessari ad ottenere che il massimo bene ne risultasse dalla minima azione, egli non potea non permetterli, senza scostarsi dalla legge della sapienza e della bontà, da cui non può scostarsi nelle opere sue, perchè è egli stesso sapienza e bontà ».

converteret. Quamvis difficile nobis sit consideratione in mentem nostram intenta cogitare nos posse praeferre rem dubiam meliorem rei certae bonae quin conscii nobis simus nos simplicissimum rationis praeceptum transgredi, hoc tamen praeceptum cogitationis in se ipsam conversae proprium est, cuius conscii non sumus dum directe decernimus. Concedi potest nos dum videamus aliquid nobis melius esse, non posse eligere rem deteriorem, nec posse nos eligere bonum, si errantes aliquid melius esse putemus; ac de homine, si malum elegerit, statui re facta posse eum de bono falsam opinionem habuisse. Verum, si non cognoscitur esse aliquid melius, id quod accidit cum eligendum est inter rem certe bonam et rem dubie meliorem, i. e. cum deest copia cognoscendi rem certe bonam nobis meliorem esse, aliter nisi *libere* decernere non possumus, nisi antea animum ad secum reputandum converterimus Potest autem postulari, ut decernatur antequam nobiscum reputemus. Sequitur ut necesse non sit statui angelos verum errorem commisisse qui ad liberum arbitrium revocari non posset aut eos facultatem non libere errandi habuisse, sed solum experiendos fuisse sine plena mentis intentione.

Cum creata aseitatis imitatione (cf. THOM. AQ. S. th. III q. 19 a. 3; GENNADIUS, De praedest. l. 1. M. 160, 1111) ipsa suam sortem eligere debere doceamus, apokatástasin pánton tollimus.

Antequam ad alteram partem transeamus animadvertendum nobis videtur nec ad exemplum hominis posse statui de rebus angelorum nec de rebus hominis ad exemplum angelorum, non solum quod ad hoc antea cognoscendum est, num ad eius cursum quaedam res secundariae pertinuerint, id quod in angelum non cadit, sed etiam quia homo est unum in multitudine, unde vis omnino diversa tribuenda est decretis singulorum hominum a decretis angelorum et quia anima humana in conscientiae usu e corporis incrementis pendet.

23. **2**) Etiam haec thesis rebus factis — lapsu angelorum — probatur, si ad peccandum necessariam esse plenam voluntatis libertatem sumimus. Sed adversarios habet eos qui angelos peccavisse non negant et tamen statuunt Deum voluisse ut malum esset quia hoc ad pulchritudinem mundi pertineret. Quapropter imprimis ex ipsa rei notione argumentandum est.

Dicimus autem, consentientes cum orthodoxis, velut M. GRIGOREVSKIJ in Xr. Čt. 1906 II 262) a) ad pulchritudinem mundi non pertinet, ut peccatum quod fieri potest fiat; b) Deus velle non potuit, ut mens creata peccaret; c) Deus — saltem consilio non impedito — neminem efficere potuit vel saltem effectum sine auxilio conservare, cuius natura non peccando par non esset.

24. Quod ad a) et b) attinet, infra docebimus nullius mali exsistentiam creatoris consilio contineri, ergo ne peccati quidem originem. Nunc illud tantum monemus hanc sententiam cum reformatorum sen-

tentiis maxime convenire (J. CALVIN, Inst. 1, 18 n. 1; U. ZWINGLI, Provid. 5-6; M. LUTHER, De servo arb. ad Erasm.; cf. J. A. MÖHLER, Symbolik § 4), rationes autem quae afferantur (nisi quis a falsa Dei notione, velut ab ea, in qua potentia a sanctitate separatur, proficiscitur) (1) eo contineri quod Deum creantem illud spectasse sumatur, ut ea, quae nos a rerum veritate profecti concipimus ut in omni condicione vel abstracte possibilia, re exhiberentur; acsi v. c. magnanimitas (2), quae in caritate inest secundum potentiam tantum, re emergere debuerit, i. e. id a Deo expetitum sit, eaque ratione malum et peccatum ad propositum mundi creandi pertinuerint (idem de iustitia vindicativa dici potest); vel acsi bonum comparationis (velut beatorum cum damnatis, sanctitatis divinae cum infirmitate humana, pulchritudinis infinitae cum bufonis cadavere dirupto) eo modo bonum salvationis omnium superet ut comparatio non inter rem et notionem seu inter rem quae sit et rem quae abstracte fieri possit, sed inter rem et rem instituenda fuerit. Cf. ČKD 1906, 466.

Addamus ostendi non posse notione creationis necessario postulari varietatem inter singulos spiritus, differentiam inter eorum vires etc. Nihil aliud e notione creationis concludere possumus nisi spirituum esse multitudinem numericam, multitudinem individuorum conscientia, mente, voluntate praeditorum, quorum munus sit Deum amplecti et destinatio beatitudo in Deo consequenda. Multo minus sane concedere possumus causam propter quam pars feliciter munus impleverit, pars infeliciter muneri defuerit, in Deo solo ponendam esse; etsi AUGUSTINI (De c. D. l. 12 c. 9 amplius adiuti; cf. Io. GONET, Cl. tr. 7, d. 12 n. 17) aut aliorum auctoritas nobis contraria est.

25. Illud quod sub c) posuimus manifestum videtur esse. Deus enim non potest velle nos ab omni peccato (intellegitur autem peccatum voluntarium) liberos esse et simul nobis eius rei copiam negare. Hoc solum is potest non videre qui sumit Deum prius efficere naturam quam secum reputet quid consequendum ei statuat. Ad hunc errorem

(1) P. JURIEU quidem, Apologie pour la morale des réformés... I ch. 19 (Quév. 1675 p. 245-6) haec scripsit « Tant s'en faut, que cette opinion des Supralapsaires conduise à l'Athéisme, qu'au contraire elle pose la divinité dans le plus haut degré de grandeur et d'élévation où elle peut être conçue ».

(2) M. S. GILLET O. P. (Revue des sciences philos. et théol. VIII 1914, 277) dicit maiorem certe caritatem esse deificare eos qui peccaverint quam iustos. Non puto tamen eum credere Deum, si homo non peccavisset, eum minus dilecturum fuisse; itaque illud solum agi potest, ut caritas magis appareat. At contra hoc vetera illa exempla afferenda sunt de medico qui proli crura frangit, ut artem suam in ea curanda exhibeat vel de rege qui tumultus in regno excitat ut dexteritatem in iis exstinguendis prae se ferat. Nemo rusticus ignorat bonitatis maioris esse cavere ne quis in fossam cadat quam ea neglecta lapsum ex ea post horam extrahere. Cf. F. GARASSE, La somme théol. 1625 p. 430; CICERO, De nat. deor. l. 3 c. 32-33.

pervenitur si natura humana a posteriori consideratur, cur talis sit non quaeritur, sed eam a Deo primaria voluntate constitutam esse ponitur, illud solum attenditur, utrum haec natura in se habeat, unde peccatum vitari possit necne, quid in natura humana primum spectatum sit — liberum dico decretum — neglegitur. BECANUS quidem, cum sibi obiecisset : debetur humanae naturae ablatio gravium impedimentorum, quibus ab honesta vita et naturali beatitudine avertatur, at huiusmodi est interior pugna et colluctatio inter partem superiorem et inferiorem, haec respondet : « Nego maiorem, quia cum hic defectus sit naturalis et sequatur concursum duorum appetituum ab hominis essentia naturali emanatione proficiscentium, non magis debetur eius propulsatio quam aliorum defectuum naturalium ut corruptibilitatis, lassitudinis, sitis etc. Immo, cum Deus titulo causae primae et universalis debeat homini generalem concursum ad omnes operationes propriis eius facultatibus connaturales, et motus appetitus sentientis, quibus voluntatis arbitrio praeit vel resistit, sint genuinae ipsius operationes, tenetur Deus debito congruitatis et providentiae naturalis ad hoc exercitium et consequenter ad positionem impedimenti, ab honestate morum et naturali beatitudine hominem deducentis, generali concursu cooperari ».

26. Theologi russi in hac re minime errant cum docent omnem creaturam prodiisse e manibus Dei natura sua perfectam, hoc est ad suum finem consequendum omnino aptam, viribus facultatibusque ad illud necessariis praeditam, natura sua suae altae destinationi plane correspondentem, proportionatam, sufficientem G. MATULEWICZ, Doctrina Russorum de statu iustitiae originalis p. 21. Cf. ANSELM., Cur Deus h. II 1 ; Io. B. FRANZELIN, De trad. et script. 1870 p. 556 ; DOM. PALMIERI, De Deo cr. et el. 1878 p. 404 ; M. SCHEEBEN, Handb. § 204 n. 381 ; S. SCHIFFINI, De gr. n. 55 ; Český Slovn. bohov. II 197[a] ; ČKD 1906, 458.

27. Quaeri hic potest, num ad id, ut mens libere decernere posset, donum necessarium fuerit quo creatura filius Dei fieret ita ut Deus liberam mentem nullam efficere potuerit quae filii Dei honore non donaretur. Fingi res ita potest, ut ad amandum summum bonum super omnia et eligendum, non propter aliud, sed propter ipsum, id quod consequendum erat (cf. ANSELM. CANT., Cur. D. h. l. 2, c. 1 ; De casu diab. c. 9) necessariam fuisse dicatur creaturae in filium Dei adoptionem. Ad quam quaestionem iis quae ad 4) exponemus negando respondebimus, quippe cum huius elevationis naturae locum in eo statu non ponamus qui decretum voluntatis creatae praecedit, locum dico iustum, i. e. a Deo primitus destinatum.

28. **3)** Praetermissa quaestione quae fieri potest, iustumne sit aliquem procreari qui innocens aeterno maerore afficiatur, dicimus : cum Deum spiritui libero partes pro se vel contra se sequendas reliquisse

doceamus, simul docemus spiritum, si Deo se dederit in eo finem suum ac beatitudinem esse consecuturum. Qui enim Deum loco sui posuit eo ipso attigit quod natura sua petierat ac beatitudine fruitur. Felicitatem enim collocare absolute solum in appetitu rei quae obtineri numquam possit (SCHELLING, FICHTE, HEGEL, LESSING, GOETHE) est naturam appetitus sensitivi, qui ad explendum desiderium, quod semper renovatur, spectat, pro absoluta habere, i. e. cum notione appetitus confundere ac sumere bonum infinitum esse summam bonorum finitorum, non unum aliquid, quod bona finita perfectissime seu eminenter in se contineat.

Dubitari potest, sitne haec beatitudo ultima, ad quam creata mens perveniri possit. Dubium autem non est quin ultimus finis operis quem rebus a Deo effectis tribuere possumus, sit gloria Dei. Cf. N. MALINOVSKÏJ, Dogm. bog. II, 36-40 etc.

29. Quaestione hac absoluta nondum exploratum est decretum quo mens ad Deum convertitur non fieri per gradus aut paulatim vel per aliquod temporis spatium, quemadmodum apud nos homines fiat, neque ullas alias vires, ulla alia negotia menti effectae dari nisi quibus ad hoc ipsum munus explendum opus sit. Perperam autem res hominis ad mentes corporis expertes transferrentur neque thomistae errant cum docent in angelis uno decreto toti aeternitati provisum esse. « У каждаго изъ такихъ существъ все его бытіе и вся жизнь уже опредѣлены безусловно и всецѣло однимъ внутреннимъ избраніемъ, единымъ и нераздѣльнымъ актомъ его воли. Небесныя силы или добрые духи разъ навсегда отдали Богу всю свою волю и жизнь, сдѣлали добро своею природою... Съ другой стороны адскія силы или злые духи отреклись безповоротно отъ послушанія Богу, сдѣлали зло какъ бы своею природою ». VL. SOLOVIEV, Istorïja i buduščnosti teokratïi. Zagr. 1887 p. 84. Cf. Č. Slov. boh. I 422[a]; J. B. GONET, Cl. th. II p. 374 etc. contra CASSIAN. Coll. 8 c. 10 s. AEGID. COL. In S. l. 2 d. 7; F. SUAREZ, De ang. l. 4 c. 9. 10; scotistas (1). Nec minus perperam pro explorato quispiam haberet, perfectionem finemque rei creatae ex ipso primo rerum efficiendarum instituto non consistere nisi in der vollkommenen Entwicklung und harmonischen Tätigkeit seiner Kräfte » (JOS. KLEUTGEN, Th. d. V II p. 137), si vires intelleguntur pertinentes ad negotia quae menti dum ad finem suum tendit casu addi sumitur.

30. Contra cum hac thesi non solum opinio malorum ad beatitu-

(1) In homine praeter rationem corporis — solidaritatis — considerandum est decretum eius esse decretum redempti, ideoque concurrere cum voluntate se salvandi. Qua ratione efficiatur, ut hominis voluntas constans et fixa evadat (cf. T. A. NALIMOV in Xr. Čt. t. 215 (1903) p. 33 etc.) hic non quaerimus.

dinem aliquando perducendorum (de apocatastasi quae vocatur) (1) conciliari non potest, sed ne illa quidem, manifesto ab hominum exemplo petita, opinio eorum qui Deum spiritibus lapsis veniam obtulisse putant (cf. ISIDOR. THESS., In annunt. Deip. n. 7 M. 139. 80 A; A. SALMERON, In 2 Pet 2 disp. 3 dub 3-6 Madr. 1602 p. 156-60) et eorum (cf. IGNAT. ANTIOCH. Smyrn. 6, 1 ed. J. B. LIGHTFOOT[2] II 303; CLEMENS ALX. Strom. 7, 7, 46 ed STÄHLIN, p. 35; ORIG. In Lc. hom 35 M. 13, 1890; [ATHAN] Dial. de Trin. I 24 M. 28, 1153; GREG. NAZ. Or. 38, 9 M. 36, 321; BASIL. In Ps. 32, 4 M. 29, 333; AMBR. In Ps 118 s. 8, 29; HIERON., Mich 6, 1 M. 25, 1206; MAXIMUS, Ad c. 11 cael. hier. M. 4, 93; NEMESIUS, De nat. hom. 41 M. 40, 777; SYNESIUS Ep. 57 M. 66, 1396) qui angelis potestatem nunc quoque peccandi tribuerunt. Liberum enim angeli decretum natum est ad complendum opus Dei ita, ut sine illo decreto opus imperfectum esset (PR. GAY, Vue philosophique de la chute 1858 p. 67); tollere autem sortem tali decreto constitutam esset rem creatam ad nihilum redigere. « So ist dieser Vorgang wie ein zweiter (secundärer) Schöpfungsact des Geistes anzusehen, der zwar von letzterem selbst vollbracht wird, aber ein notwendiges Complement des göttlichen Schöpfungsactes ist, und das Licht oder die Finsternis, die dieses verhängnisvolle Fiat in demselben setzt, muss notwendig *ewiges* Licht oder *ewige* Finsternis sein, indem Gott, der nicht mit sich selbst in Widerspruch kommen kann, die Selbstentscheidung seines freien Geschöpfes, weil dieses selbst stehen und bestehen lassen muss, — die nun so vollendete Creatur aber ihren entscheidenden und nunmehr entschiedenen Schöpfungsact ihrer selbst so gewiss nicht zurücknehmen kann oder will, als sie sich selbst nicht vernichten oder aufheben kann oder will. » J. PABST, D. Mensch u. s. Gesch. p. 59. Itaque Deus statum mentis creatae ad finem tendentis in infinitum producere non potest nec beatitudinis immutabilis consecutionem negare. Aversio autem « poenam » immanentem aeternam (IO. L. VIVES, De verit. fidei chr. L. 1551 l. 1 p. 120) fert. Iam apud hominem aliter res esse atque apud angelos inutile videtur dici; ubi locus esse potest opinando hominem, cum omnis aliquotiens peccet, beatitudini *aeternae* renuntiare debere, felicitate temporali compensari qua finita status viae denuo incipiat.

31. Sed etiamsi concederemus ne angelos quidem decreto suo naturaliter in statum transire, a quo peccare alienum esset, tamen saltem postulandum esset, ut Deus aliquo modo efficeret, ut appetitus boni a

(1) Quae opinio effectus est meditationis non satis subtilis neque in traditis haerentis; inter Russos recentiores eam impugnat A. TUBEROVSKIJ, Voskresenie Xristovo 1916 p. 266 qui tamen ipse p. 180-1 etiam de angelorum redemptione loquitur. Cf. etiam P. FLORENSKIJ opinionem de solis umbris (eidola) beatitudine exclusis: Stolp i utveržd. istiny. M. 1914 p. 247-55.

libera voluntate conservaretur. Nisi enim hoc fieret, beatitudo rei creatae numquam obtingeret, finis libertatis moralis, perpetuam dico ad Deum conversionem, numquam attingeretur. Quod auxilium divinum, si statuitur, sane ad primarium Dei consilium pertinere existimandum est. Cf. M. SCHEEBEN, Handb. § 157 n. 585; J. KLEUTGEN, Th. d. V. II. Bd 1. Hauptst. p. 6. — Io. DAM., De f. o. 2, 3; THOM. AQ. S. th. I q. 62 a. 9.

32. 4) Diximus in primario Dei consilio contentam fuisse voluntatem eos qui se ad Deum convertissent deificandi (1). Diximus decreto mentis effectae aliquo modo compleri opus divinum; quo complemento facto rursus aliquid a Deo additur, ut opus ad perfectionem perducatur. Fieri enim non potest, ut elevatio naturae putetur aliquid postea adiunctum, emendatio quaedam consilii primi, superposition », « intrusion (Ann. de philos. chrét. a. 84, 1912-3 t. XVI p. 177); non magis quam inhumanatio. Non afferimus Mt 25, 34, cum sententiae nostrae auctoritatem revelationis vindicaturi non simus; theologica ratione continemur. Qua si nitimur, negari non potest quod M. SCHEEBEN dicit Handb. § 173 n. 972 Natur und Gnade stellen zusammen ein organisches Ganze oder eine Gesamtnatur als Ausdruck einer Gesamtidee des Schöpfers, nämlich der Idee von seinem creatürlichen Gleichbilde dar « vel quod etiam accuratius significat F. MICHELIS (Plato mordens 1863 p. 100): « In Wirklichkeit ist nicht das Uebernatürliche ein nur rein accidentell zu dem Natürlichen Hinzukommendes, sondern umgekehrt, das Uebernatürliche ist der Grund des Natürlichen, soweit in dem Schöpfer die Idee ist, wonach er schafft und diese Idee zugleich das Ziel ist, wozu er schafft, widrigenfalls man ja annehmen müsste, dass diese Idee erst hinterher wie zufällig sich eingestellt hätte.

(1) Qua in re deificatio consistat hic non quaerimus. Certe alii aliter ea de re sentiunt, velut H. SCHELL, Apologie d. Christentums[2] 1902 I 210-1, cum dicit « die Erhebung des Geschöpfes in die unmittelbare Gemeinschaft Gottes Teilnahme an der Allwirklichkeit und Wesensfülle Gottes durch Gottes Selbstmitteilung als der Inbegriff alles Wahren und Guten (im Logos) und Teilnahme an der Geisteslebendigkeit und höchsten Tatvollkommenheit Gottes (durch die Sendung des lebendig machenden Geistes », ea statuit quae ab A. LHOTZKY (Die Teilnahme des Begnadeten an Gottes Natur gemäss 2 Petr 1, 4. W 1911), J. RYBÁK (in Th. pr. Quartalschr. L. 1912) accurata non iudicantur. Cf. etiam Recherches de sc. th. 1917 (VIII) 154-5. Ne in discrimen quidem inter angeli et hominis deificationem inquiremus (Io. DAM., De imagin. or. 3 c. 26; F. PRAT, La théol. de St. Paul[6] I 405 il ne communique pas l'influx vital aux anges qui n'appartiennent pas à son corps mystique »). Illud solum negamus deificationem consistere simpliciter in dono immortalitatis; ne HERMETIS quidem TRISMEG. (I 4 n. 7; 10 n. 7 8) apoteosis ita accipienda est ut sit sine elevatione ad similitudinem moralem, sine rerum caducarum renuntiatione — Cf. L BAUR. Untersuch. üb. d. Vergöttlichungslehre i. d Theol. d. gr. Väter, in Th. Qu. 1916, 467-91 etc.

Das Natürliche, d. h. das in der Schöpfung Gesetzte muss also in Gott wieder aufgenommen werden, nicht um vernichtet, sondern um durch die innigste übernatürliche Vereinigung mit Gott zur Verklärung erhoben zu werden, sowie die Vernunft in den Glauben; und diese Umsetzung des Natürlichen in das Uebernatürliche ist der normale von Gott in der Schöpfung eingeleitete Lebensprocess der Creatur, der von Seiten der Creatur moralisch ausgedrückt durch das Opfer ihres Eigenwillens. mystisch ausgedrückt durch das Opfer ihres Eigenseins, philosophisch ausgedrückt durch die Umkehr des Denkens, d. h. durch den Ausgang des Denkens nicht von sich sondern von Gott und der göttlichen Idee als dem realen Grund ihres Seins bedingt ist ». Cf. CESL. SCHNEIDER, D. kathol. Wahrheit Bd XII p. I-XLII; J. GRANCOLAS, La tradition de l'Égl. sur le péché orig. Par. 1698 p. 256 etc. Prius esse desideratum a Deo ordinem supernaturalem quam naturalem plurimi docent THOM. AQ. S. th. I q. 62 a. 6 Primo; Io. CAPREOLUS, In S. l. 3 d. 1 q. 1 a. 3; FR. ARETINUS In Gen fol. 454 c. 3; PETRUS TARTARETUS In S. l. 2 d. 20 (Vm. 1607: Deus vult prius beatitudinem Iacobi quam opera meritoria et opera meritoria quam nativitatem ipsius Iacobi).

33. Ex his quae diximus apparet secundum primum Dei consilium elevationis, deificationis locum esse in fine motus rei creatae ad finem, eam non simul cum vita effici posse, nec viventi antequam ad finem perveniret dari debuisse. Id a theologis orthodoxis bene urgetur contra eos qui nulla ratione explicant, cur primi parentes divinae naturae consortio donati sint (velut N. TIXVINSKIJ, Čtenija po pravosl. xrist. bogoslovïju. Iarosl. 1894 II 128-9; ep. SILIVESTR { ST. V MALEVANSKIJ }, Opyt pravosl. dogmatič. bogosl.[2] K. 1892 III § 58 p. 416-7). Quae res vel ipsis vocibus consummationis, teleioseos quibus patres utuntur significatur (Io. DAM. De f. o. l. 2 c. 3 ἐκτίσθησαν καὶ ὑπὸ τοῦ ἁγίου Πνεύματος διὰ ἁγιασμοῦ ἐτελειώθησαν); hoc velut fundamenti instar ponit THOMAS AQ. S. th. I q. 23 a. 1 ad illud autem, ad quod non potest aliquid virtute suae naturae pervenire. oportet quod ab alio transmittatur; et I q. 62 a. 1, ubi certe quod J. B. HEINRICH (D. Th. Bd. V § 289 p. 700) concludit concludendum est, etsi ipse dubitat (1). Quodsi cognitio haec obscurata est, temeritas accusanda est, qua inter primum hominis et primum angeli statum similitudo extorquetur. Quae aporiai inde nascantur v. ČKD 1906, 456. 593; Č Sl. boh. I 422[a].

34. Hanc deificationem, cuius locus proprius est in termino, supernaturalem vocamus notione naturae sumpta e statu viae, seu supernaturalem si comparatur cum natura « viatoris ». Natura enim et effectus

(1) Etiam homini accommodabatur a scholasticis effatum primum naturale, deinde supernaturale; velut ab ALEX. DE ALES (p. II q. 96 memb. 1), a BONAV. In S. l. 2 d. 29 a. 2 q. 2.

creationis (cuius perfectio est elevatio) definiuntur consilio Dei creantis. Itaque nisi duo consilia fingimus, prius naturae, posterius supernaturalitatis, supernaturale nihil dici potest nisi id quod est supra naturam rei creatae in statu viae positae ut imperfecta est; ita sane, ut perfectio quatenus ipso decreto mentis effectae fit, naturalis ipsa quoque appellanda sit. Solum si naturalis nominum vis neglegeretur, supernaturale dici posset id, quod in filio Dei est supra illud elementum quo discrimen inter hominem et angelum continetur; at natura non pars rei effectae alii parti opposita dicenda est, sed res effecta, sive cum alia re, sive cum alio rei statu comparatur.

35. Ad rationem quae inter naturale et supernaturale intercedit accuratius definiendam statim quaeri potest, utrum ea, quae nihil sibi volunt nisi in statu transitus, etiam in termino conserventur sive ut erant sive in melius mutata an evanescant. Quaestio haec in homine alicuius momenti est, nisi quod cogitari potest, rei momentum a statu hominis redempti repetendum esse. Ac certe omnino (i. e. etiamsi sumitur, velut a Mich. Georgel, Annal. de phil. chr. 1900 t. 140 p. 498 (1) id quod Deus creans peteret supernaturale fuisse) negandum est supernaturale ita desiderari, eam finis rationem habere, ut angelus, homo desinant esse angelus, homo, nihil nisi filii Dei evasuri. Hoc modo verum est res creatas habere varias vires naturales ac varios pro variarum virium exercitio fines, qui ordine supernaturali non tollantur. Cf. Ambr. In Lc 13, 21 M. 15, 1751 et ad hoc Scot. Erig., De div. nat. V 8 M. 122, 878. Itaque praeter finem supernaturalem aliud quoque petitur, illud quod ratio fuit, cur Deus triplex genus conderet. Si autem praeterea quaedam necessaria sunt in statu transitus, ea cur sint in statu termini non apparet. Ut aliis verbis utar, cogitari potest ideam rei creatae ita (saltem secundum primum Dei consilium) ad effectum perduci, ut dum in via sit, alias vires habeat atque in termino, sicut eruca alia membra ac papilio, ita ut vires ad naturam (in transitu) pertineant, quae in natura elevata — in termino — desint; nec sane finis supernaturalis ita intellegendus est, ut sit eorum quae in transitu ad ideam rei in mundo rerum ponendam pertinent, quasi quaedam inauratio. Qui hoc statueret, sumeret naturam praeter, extra supernaturale intendi nec supernaturale posse cogitari nisi ut omnium eorum quae ad naturam pertinent glorificationem.

36. Naturale et supernaturale non semper idem apud omnes significant quod apud nos, etsi saepe ab aliis quoque eadem sententia his vocibus subicitur. Ambrosius, ut exempla afferam, cum negat angelos esse immortales naturaliter (De f. l. 3 c. 3 n. 19) notionem rei supernaturalis latissime videtur accipere; J. W. Wigand, Der Darwinismus

(1) Il a créé surtout pour se donner la gloire de déifier les esprits fidèles et la matière qui participera à la vie de ces esprits.

III 210 (« nach allgemein geltender Begriffsbestimmung versteht man unter Naturkräften oder Atomkräften lediglich solche, welche an die Materie und das Gesetz von der Erhaltung der Kraft, d. h. an das Causalgesetz gebunden sind, unter metaphysisch aber solche, welche davon unabhängig sind ») et alii huius mundi investigatores res materiales tantum naturales vocant. Omnem progressum perfectione obtenta superiorem LEONTIUS BYZ. (C. Nestorianos et Eutych. l. 2 M. 86, 1333; Adv. Nestor. l. 1 c. 50 M. 86, 1511) supernaturalem appellat, cui opponit praeternaturale seu naturae in deterius mutationem et naturale seu perseverentiam in naturali. Apud alios, ascetas potissimum, supernaturale dicitur quidquid praecepta huius mundi (quae e contagione rerum citimarum nascuntur) excedit ac vincit. Saepissime supra naturam, supra hominem idem est ac supra vires hominis in statu nostro empirico positi (CYRILL. HIEROSOL. Catech. 16 n. 16; Io. CHRYSOST. In Gen c. 1 hom. 4 n. 3); iis quae in notione hominis continentur, seposita ratione status in quo versatur, superiora supernaturalia appellantur a CYRILLO ALEX., De Trin. dial. 6 M. 75, 1072[a]). — Etiam scholastici discrimen illud vario modo explicant. Apud antiquos supernaturale solet esse illud quod est supra vires a Deo creante in re creata positas; occurrit haec definitio : « naturale ex parte principii activi dicitur quod habet naturalem ordinem activi ad passum, supernaturale quod excedit omnem ordinem naturalem (agens creatum est naturale, increatum solum supernaturale); ex parte passi dicitur naturale moveri, quando movetur ab agente naturaliter sibi correspondente (i. e. quando recipit ab agente naturalem ordinem habente ad istud agendum); supernaturaliter, quando ab agente supra totum ordinem agentis naturaliter proportionato isti (IO. DUNS SC., 4, 43, 5) (1). Postea in notione ordinis supernaturalis ratio indebiti magis emergebat (« status naturae purae excludit omnia dona gratuita » J. B. GONET Cl. th. t. II tr. 8 d. 6 a. 1 § 1; cf. Cursus theologicus Coll. Salmant. tr. 12 disp. 3 d. 1 § 1 n. 1 et 3). Quae immutatio controversiis baianis debetur. Cf. J. V. BAINVEL, Nature et surnaturel 1903 p. 144.

37. E notione supernaturalitatis quam explicavimus intellegitur, liberum decretum certa quadam ratione referri ad elevationem supernaturalem. Minime autem e pura creationis notione effici potest hanc rationem consistere in dispositione quae meriti instar elevationis mercedem poscat. Contra, si quidem eius modi dispositionem supernaturalem esse, mentis in statum supernaturalem elevatione contineri

(1) Similia occurrunt ap BONAV. In. S. l. 2 d. 29 a. 1 q. 2 ad 5 (cf. CONST. v. SCHÄZLER, Natur u. Uebern. 1865 p. 130), ap. DION. CARTH., Sum. fid. orthod. l. 1 a. 32 etc. Postea ap. J. v. KUHN (Das Natürl. u. Übern. 1864, p. 62; Kathol. Dogm.[2] I 1859, 17-20), G. HERMES, Christkath. Dogm. III 1834 § 208 p. 26), Čtenịja v obšč. lịubitel. dux. prosv. XIV 1876 noịabrị p. 433. 449 etc.

oportet, eam a primaria creationis idea alienam esse necesse est. Qua de re cf. Č. Sl. boh. I 422; ČKD 1906, 456. 593-5 (1). Quae cum statuamus disputandum nobis non est de erroribus jansenianis vel baianis qui opinionem de dispositione seu merito sequuntur, si elevationem in statum supernaturalem postulari in termino iustitia providentiali sumitur.

Statuentes autem illa sumimus deificationem non moralem tantum, sed mysticam esse tenendam; si enim moralis tantum esset, i. e. si in eo consisteret, ut Deum loco nostri poneremus, nihil aliud supernaturale in rebus primae Dei creantis ideae conformibus dici posset nisi concursus divinus. At sufficiat nobis hic ad repellendam eam opinionem commemorare traditionis testimonium, nexum cum dogmate de unione hypostatica, rationem illam, secundum quam fingi non potest Deum postquam mens creata eum suo loco posuerit, non moveri ad dandam ei copiam fruendi eo, quod ipsa donaverit, aliter quam rei natura fert.

38. Iam ad quaerendum de ratione debiti indebitique accedamus. Quaestio autem non est, num mens effecta — seposita divina promissione,— ius habeat ad accipienda haec vel illa dona, sed utrum iustitia providentialis quam Suarez appellat Deum iubeat ea dare aut id suadeat an res ad misericordiam tantum pertineat; vel etiam utrum ratio humana e sola humanae naturae cognitione colligere possit hominem (et angelum) ad filiationem elevatum iri, eiusque rei necessitatem logice in natura humana, non in idea creationis sitam esse, necne.

Elevatio quam spectata natura status viae propria supernaturalem diximus, estne indebita? Si confertur saltem ex parte in statu viae, certe indebita est neque conveniret, si id sine ratione fieret; quippe locus eius in termino est. Sed estne indebita etiam ita, ut Deus eam menti creatae terminum consecutae negare possit? Si solum iustitiae commutativae ratio habetur, ideoque de potentia imperfecta ad negandum donum quaeritur, responsum manifestum est; promissio enim facta in consilio Dei creantis per se non continetur. Verum si de potentia perfecta loquimur, nihil habere videmur, unde ratiocinari possimus, nisi cum H. Rashdall (The theory of good and evil. Oxf. 1907 II 341) dicimus : nothing is really possible but what is or will be actual; certe negationem talis potestatis refellere non conabimur. Hoc statuere possumus nondum proposita quaestione de necessitate elevationis inde oriunda, quod sine ea mens creata vere beata fieri non posset, ita ut

(1) Cf. Athan. Or. 2 c. Arian. n. 59 M. 26, 273 αὕτη δὲ τοῦ θεοῦ φιλανθρωπία ἐστίν ὅτι ὧν ἐστι ποιητής, τούτων καὶ πατὴρ κατὰ χάριν ὕστερον γίνεται; Greg. M. Moral. l. 32 c. 23 qua {gratia} si repleri voluisset; Aug., De corrept. et gr. c. 10 n. 27 quapropter saluberrimum confitemur, quod rectissime credimus, Deum... sic ordinasse angelorum et hominum vitam, ut in ea prius ostenderet quid posset eorum liberum arbitrium, deinde quid posset suae gratiae beneficium iustitiaeque iudicium.

elevatio iustitia providentiali posceretur. Ad hanc autem quaestionem negando respondere possemus, si docere possemus Deum mentem efficere non posse quae suo decreto ipsa perpetuum immunitatis a peccato statum occupare non quiret (1); rursus aiendo respondere possemus, si docere possemus, nullam vim naturalem parem esse voluntati liberae ad Deum perpetuo convertendae (cf. Č. Sl. boh. II 197). Ab utroque conatu abstinebimus, ad nostram rem gerendam quaestio haec nullius momenti est et eatenus otiosa, quatenus in regione versatur quae ordine divino non vero continetur (2).

(1) Quae opinio reicitur a FULG. De fide ad Petr. c. 23; ISID., De summo bono l. 1 c. 12; etc.

(2) Hominem appetitum naturalem (innatum) habere ad intuitivam visionem Dei existimarunt Io. DUNS SC. (Prol. q. 1; l. 3. d 14 q. 2; l. 4 d. 49 q. 10), G. DURANDUS (In l. 4 d. 49 q. 10), PETRUS DE PALUDE (q. 7. a. 1 conf. 2), DOM. SOTO (De nat. et gr. 1 c. 4), F. TOLETUS (In p. I q. 1 a. 1), DID. RUIZ (De vol. Dei disp. 1 s. 2 n. 7), IO DE BASSOLIS (In l. 4. d. 49 q. 6 a. 2), GREG. DE VAL. (t. 2, 1592, d. 1. q. 5 puncto 1 p. 119-25), G. BERTI (Theol. hist. d. s. t. IX 1749 p. 103-7), M. MARCELLIUS (Instit. th. t. III 1846 p. 347-8); A. J. A. GRATRY (De la connaiss. de Dieu[2] II 312), PR. GAY (Vue philos. de la chute 1858 p. 65), H SCHELL (Apologie des Christent.[2] I 204 7), AL. SCHMID (Apologetik 1900, 194-210) etc.; idem THOMAS AQ. videtur sensisse (S. th. I q. 12 a. 1. 8; q. 5 a. 3, II I q. 3 a. 8; C. gent. l. 3 c. 50-51; de sola « velleitate » eum explicat C. v. SCHÄZLER, Natur u. Uebernatur 1865 p. 257 s.). — Contra dicunt THO. VIO CAIETAN. (In p. I q. 1. a. dub. 2); IO. CAPREOLUS (In prol. q. 1); B. M. DE RUBEIS (De pecc. orig. c 38 : in natura, quocumque demum intellegas modo appetitum, id unum praestare potest, ut suapte natura ac vi inclinet homines mentesque creatas in bonum commune communemque beatitudinem sive etiam in ipsum Deum sub confusa boni communis et communis beatitudinis notione), J. KLEUTGEN (Th. d. V. I Abt. 6 c. 5 [[2] II 147-51]), FR. SILVESTER FERR. (C. gent. 1 c. 5); L. MOLINA (I q. 12 a. 1, disp. 2 con. 2); F. SUAREZ (Met. d. t. II d. 43 s. 4 n. 10); G. VASQUEZ (II I d. 22 c. 2 n. 10); J. MARTINEZ DE RIPALDA (De ente sup. disp. 9) etc.

Multi appetitum (desiderium) secundum aptitudinem et appetitum secundum « exigentiam » distinguunt; cf. FR. LICHETUS ad Scot. In l. 3 d. 13 q. 4 (n. 15) n. 22; G. MATULEWICZ, Doctrina Russor. de st. iust. orig. 1903 p. 83. At ut ex appetitu beatitudinis aliquid concludi possit id quod plurimi scholastici volunt (velut THOM. A., C. gent. l. 3 c. 48) discrimen illud faciendum esse non videtur. Praeterea qui appetitum naturalem ad rem supernaturalem non admittunt, in Rom 8 explicando laborant (cf. A. SALMERON, Ad Rom. disp. 17 p. 557).

Cum innatus ad intuitivam visionem appetitus statuitur, concludendum videri potest bonum quod est naturale quoad appetitum esse naturale etiam quoad consecutionem, quia appetitus innatus non est sine potentia sufficienti ad bonum comparandum. Verum R. BELLARMINUS (De gr. pr. hom. t. 4 c. 7) aliique (cf. Io. DUNS SC., Quodl., q. 17 n. 1 etc.) ex sua rationis supernaturalis definitione id negant. H. SCHELL (Apol.[2] I 205-6) putat etiamsi res finem naturalem non consequeretur, eam felicem esse posse, amorem videlicet omnis proprii commodi neglegentem postulans ab eo qui finem attingere mereatur (« obgleich der Geist von Natur zum

39. His rebus explicatis videmus notionem rationis supernaturalis pura creandi notione contineri. Notioni praeternaturalis autem locus hic non est.

Distingui solent condiciones necessariae ad id ut res sit ab iis quae necessariae sunt, ut bene sit. Quamvis perspicua haec distinctio videatur, si res ex parte praesentis condicionis humanae consideratur, tamen pura creationis notione spectata, claritate caret. Ut res efficienda esse possit eam cum idea divina convenire necesse est; si omnia implentur quae ideae divinae respondent, res illa vere exsistit pro variis statibus in quibus secundum ideam collocatur. Si non esset bene, eius loco res alia, cum idea divina non conveniens, constitisset. Si ipsius rei creatae oculis rem consideramus, sane status perfectionis acquirendae minus bonus appellari potest quam perfectionis acquisitae; beatitudinis enim expers est. Sed per se, ratione habita, uti diximus, purae ideae creationis, condiciones distinguere non possumus quibus positis res in statu viae bene vel melius esse possit. Ubi ex solo Deo pendet utrum idea res evadat necne, ea idea res evadat necesse est quam Deus rem fieri voluit (1), et alia res exsisteret si meliore vel deteriore loco esset quam est, i. e. quantum res e Deo pendet (libertatis enim quae mentis creatae propria est, rationem non habemus cum de meliore vel deteriore condicione quaerimus); quodsi ex bonis rei creatae unum alterumve in

höchsten möglichen Wahrheits-und Vollkommenheitsbesitz angelegt ist, schuldet ihm der Schöpfer denselben nicht; denn er legte selber jene Gesichtspunkte in der Natur des Geistes nieder, vermöge deren er sich über alle Schicksalsbestimmungen zu erheben vermag »).

Multi recentiores ad beatitudinem satis esse existimarunt cognitionem abstractivam coniunctam cum particulari praesentia Dei. At, si modo haec praesentia plus putatur quam omnipraesentia Dei, videtur ferre, ut obiectum actu possit movere intellegentiam ad sui notitiam intuitivam (cf. Fr. Lichet. ad Scoti Quodl. q. 14 n. 41; Thom. Aq. S. th. II II q. 5 a. 1 ad 1).

Harum opinionum aestimationem instituere nolumus. Monemus solum dubitari posse vel de eo quod sumitur, in termino etiamsi decretum iusto modo factum sit (in angelis), ad non peccandi certitudinem seu impeccantiam peculiari Dei cognitione opus esse (cf. M. Scheeben Handb. § 157 n. 587); quod certe ideo sumitur quia res humanae ad res ulteriores transferuntur; et simul in memoriam revocamus Io Duns Sc. negavisse cognitionem eiusmodi ad illum effectum gignendum sufficere (In l. 1 d. 1. q 4; l. 4. d. 49 q 6; q. 16; contra Tho. Aq., S. th. I II q. 10 et Henr. Gand. Qu. 3 q. 17; 4 q. 11). Cf. Č. Sl. boh. II 197.

(1) « Id enim erit cuiuscumque rei naturale, quod ille fecerit, a quo est omnis modus, numerus, ordo naturae » Aug, C. Faust. 26, 3; cf. Retract. l. 1 c. 10 n. 3 « Qualis sine vitio primitus condita est, vere ac proprie natura hominis dicitur. » — Baius cum dixit quod cum creatione donetur id esse naturale non supernaturale, non erravit nisi quod statum idealem a praesenti non distinxit ideoque sententiam suam de homine valere voluit, ubi per accidens non valet.

poenam maioris vel minoris infidelitatis auferretur, naturale aliquid auferretur, nec aliud dici posset nisi hoc vel illud bonum non pertinere ad peccatores.

40. Ad notionem doni praeternaturalis non pervenimus nisi sumimus Deum in natura ad vitam status viae instruenda rationem habuisse non solum primae suaė ideae, quae in illa re incarnanda erat, ad exsistentiam perducendae, sed aliarum quoque rerum. Ita natura exstitit quae primae ideae non omnino respondebat; cuius habita ratione quaedam addi potuerunt. Haec additamenta, si differunt a statu elevationis ex parte concesso iam ante terminum, quod donum supernaturale esset, praeternaturalia vocari possunt. Aliter notio doni praeternaturalis teneri non potest. Velut Adamo procreato, si rerum quarum Deus in eo procreando rationem habere potuit, considerationem omittimus, nullam rationem habemus dicendi duos oculos, memoriam quae Deus ei donavit, ad naturam eius pertinere, integritatem, quam ei aeque donavit, ad naturam non pertinere. Num quia pugnet cum concupiscentia, quae ad eius naturam pertinet? Unde enim scimus concupiscentiam, non integritatem ad eius naturam pertinere? Inde quod haec nunc desit? At, ut cetera omittamus, unde constat hominem non esse laesum in naturalibus? Dices concupiscentiam necessario nasci ex animae cum corpore coniunctione. Demus hoc nunc quidem (ab orthodoxis hoc negatur, velut a M. Grigorevskïj in Xr. Čt. 1906 II 264), sed nonne ita solum, ut Deus facultatem neget, qua hic effectus tollatur? Concludatur igitur, si placet, hominem tum non ex anima et corpore compositum fore sed ex anima, corpore, integritate. Haec omnia inepta sunt ad docendum integritatem esse praeternaturalem. Constare oportet nihil aliud ad ideam hominis pertinere nisi spiritus cum praesenti vel potius cum empirica hac materiae conformatione coniunctionem; id autem quominus dicatur obstat, si sumimus puram creationis ideam exsecutioni tradi, integritatis facta additio. Res ita se habet: idea hominis est spiritus cum pura et integra materia coniunctio, unde integritas nascitur similiter atque in caelo; in qua idea incarnanda coniunctio propter causas quasdam exteriores facta est non cum materia pura sed cum corrupta; inde integritas non nascebatur, sed addita est.

41. Forsitan dicere quispiam possit: Praeternaturale illud voco quod Deus a natura a se effecta auferre potest (in pœnam leviorum vel graviorum peccatorum) ita, ut rem condemnare non debeat ad pœnam aeternam, quod igitur alligare potest alicui condicioni implendae. At, si a posteriori colligit quid Deus possit cum negat Deum alia dona auferre potuisse, causam indicare debebit, et ni fallor ad consentiendum nobiscum adducetur. Nam pro eo ut genus humanum omnino perderet Deus nonnulla tantum bona auferre non potuit nisi propterea quod nos salvare voluit; haec autem, non alia dona tollere potuit proxime sane

ideo, quod homo salvandus iis non indigebat. Ita iam conceditur discrimen inter naturale et praeternaturale secundario consilio contineri: homo suae sortis ipse faber, homo salvandus duae naturae sunt diversae, si de verbo non certatur. Sed etiam longius adversarium perducemus. Ratio ei afferenda est, cur haec dona necessaria non fuerint, alia fuerint alia debebit dicere pertinuisse ad naturam, alia non pertinuisse, et explicandum erit, cur Deus aliquid homini dederit, quod ad naturam eius non pertineret. Quodsi a priori putat se statuere posse quid Deus tollere queat, quid non queat, oculum, odoratum, delectationem e mundi pulchritudine visa nascentem etc., obscuritate notionis laborat (cf. CLEM. SCHRADER De triplici ordine 1864 p. 205), quae notione naturae humanae ab experientia petita continetur, abstractam cogitandi possibilitatem cum obiectiva rerum possibilitate confundit (1), consilii Dei creantis nullam rationem habet ideoque ad controversias in hoc fundamento insolubiles ducit, quaerendo utrum Deus saltem aliud auxilium dare debuerit necne. Si quis denique naturam definiat id quod reliquum est post condemnationem, verum est angelum et hominem etiam condemnatos manere debere angelum et hominem; sed e viribus quae tum manent concludi non potest quomodo haec angeli, hominis idea sine condemnatione res fieri possit, non magis quam e statu praesenti (i. e. empirico) corporum concludere licet ad materiae naturam pertinere, ut in atomos divisa sit, legi gravitationis, crystallorum formationis etc. subiciatur.

42. Item frustra discrimen inter naturale et praeternaturale ita definiretur, ut naturale diceretur id quod in statu viae effectus est virium naturalium cum concursu divino (2), praeternaturale autem illud quod tum ipse proximus actionis divinae effectus est. Cf. G. DURAND. In S. l. 2. d. 19 q. 1 a. 3; G. HERMES, Christkath. Dogm. III p. 26. 38. Nam si id ponitur, aut natura praesens (empirica) consideratur quae certis donis caret et secundum eam definitur quae sit natura et quae sit vis naturalis atque hoc modo petitio principii committitur, quatenus non inquiritur, utrum praesens status laesione naturae contineatur an naturam puram exhibeat (3), aut natura paulo abstractius sumitur i. e.

(1) Velut P. FOURNIÉ, Instit. Philos. Lut. Par. 1854 p. 383 cum dicit : bonitas Dei non postulat, ut faciat tantum boni quod *potest*.

(2) ANT. CASINIUS, Quid est homo a. 1 § 6 ad 2 « Quod aliqui doctores catholici supernaturale definiant quod naturae vires exsuperat, id ita intellegendum est, ut a re supernaturali vinci velint non eas dumtaxat naturae vires, quibus pollet ipsa per sese, sed etiam eas, quas ex suamet condicione sibi advocat atque adiungit extrinsecas ».

(3) « En supposant que, par l'étude de l'état réel et actuel de notre être, nous connaissons la nature pure, on pèche à la fois par excès et par défaut ; on méconnaît aussi bien la destinée qui urge au plus profond de nous-même que les traces de la chute et les rappels intimes qui rendent impossible tout équilibre ». Ann. de ph. chr.

intellegitur illud quod ex materiae cum anima coniunctione nascitur, et tum secundariis rebus tribuendum est decretum divinum addendi homini alia dona praeter id quod notione huius coniunctionis continetur et concedendum integritatem in caelo non propterea esse supernaturalem quod a Deo ipso efficiatur et non ex idea animae cum corpore coniunctionis fluat (nam a Deo efficeretur, etiamsi natura idealis, quam integritas secuta esset, res evasisset), sed quod licet ad naturam idealem pertineat, tamen ad praesentem non pertinet. — Cf. SILIVESTR (ST. V MALEVANSKIJ), Opyt pravosl. dogm. bog.[2] III 1889 § 58 p. 415-8; N. TIXVINSKIJ, Čtenija po pravosl. xrist. bogosl. II. Jarosl. 1895 p. 127-9.

Ceterum idem de rationis supernaturalis definitionibus dici potest quae aliunde quam nostra proficiscuntur : saltem obscurae sunt similiter atque omnem definitionem notionis singularis obscuram esse necesse est, si ad notionem generalem extenditur, i. e. si loco rei quae essentialis est, illud essentiale habetur, quod symptoma habendum esset. Cf. M. SCHEEBEN, Handb. § 159 n. 597; D PALMIERI, De Deo cr. et elev. 1878 thes. 31 (p. 279); H. J. D. DENZINGER, Vier Bücher v. d. religiösen Erkenntnis. Bd. I 1856 p. 84.

43. Iam ulterius quaerendum est, primum quae ratio statuenda sit inter praeternaturale et indebitum. Nota est antiqua controversia quae est, utrum Deus hominem creare potuerit cum concupiscentia necne. Sententia huius quaestionis alia non est nisi, utrum integritas debita fuerit necne (1). Responsum ad hanc quaestionem differt nonnihil a responso ad quaestionem de supernaturali. In condicione, in qua Adam positus erat, dona illa fuerint non solum convenientissima sicut donum adoptionis et sicut, ut Suarez opinatur, ornamenta humanitati Christi ratione unionis collata (Op. 6 de iust. Dei s. 4 n. 10), sed etiam neces-

a. 84, 1912-3, p. 177. Tamen aliqua proportio inter statum empiricum et normalem seu iustum concedenda profecto est ac potest dici « Das irdische Leben ist ein obwohl entstellter Abdruck des geistigen Lebens, daher in demselben nichts Wesentliches vorgeht, was nicht in den ursprünglichen ewigen Urverhältnissen zu finden ist. » J. F. MOLITOR, Philos. der Geschichte od. üb. Trad. 1827 p. 113 (§ 150).

(1) Inaccurata tantum locutio est, ex usu loquendi intellegenda (cf. AUG. De lib. arb. 3; DUNS SCOT. In S. l. 2 d. 5 q. 2 n. 3), cum BAIUS dicit: Deus non potuisset ab initio creare hominem qualis nunc nascitur; quae sententia eo sensu reiecta est quo concepta erat; quo decreto quaestio non tangitur, utrum illud non potuisset abstractam significet possibilitatem an obiective perfectam. Ceterum de huius decreti vi cf. G. VASQUEZ, In S. th. I II. disp. 190 c. 18 ; ENR. NORIS, Vindiciae August. c. 3 § 1 (1673 p. 35-7); G. L. BERTI, Augustinianum systema de gratia... vindicatum p. I (R. 1747) diss 2 c. 1 § 7 9 (p. 222. 233); J. DU CHESNE, Histoire du baianisme, Douay 1731 p. 359-61 ; Bref de N. S. P. le Pape BENOÎT XIV au Grand Inquis. d'Espagne (31 Iul. 1748) p. 6-9; Ordonnance de M. l'Archevesque de Pharsale, Grand Inquisiteur d'Esp. Madr. 1758 p. 8.

saria, si Deus id semper facit quod optimum est; nostro tamen statui contrarium conveniebat; nostro igitur statui, redimendorum lapsorum, absolute indebita sunt, Adamo indebita fuerint per iustitiam, saltem quatenus a gratia supernaturali manabant, aliquod tamen auxilium debitum erat etiam per iustitiam providentialem, si Adamo munus redemptorium commissum erat, quod rerum difficultates ferebat a iusta hominis condicione alienas, et cui exsequendo vires quas ei natura a prima idea discrepans concedebat impares erant. (Cf. M. MARCELLIUS, Inst. theol. t. III p. 347; CESL. SCHNEIDER, Die unbefl. Empfängnis u. d. Erbsünde p. 37-8; N. MALINOVSKÏJ, Dogm. bog. p. 358). Homini lapso nullum auxilium ex iustitia debitum fuit, quia ne redemptio quidem ex iustitia debita erat. Quae tamen naturalia sunt (praesentis naturae propria), in statu innocentiae debita sunt, etsi non eadem necessitate absoluta qua copia liberi decreti (quia hoc decretum finis est liberae mentis et ratio, cur sit), tamen vera necessitate, quatenus munus praesenti naturae commissum ea poscit : Deus hominem qualis nunc est creare non potuit, nisi ei mundum crearet, in quo haberet, unde aleretur etc.

44. Deinde quaerendum est, quae ratio intercedat inter praeternaturale et transnaturale, gratias dico redemptionis. Praeternaturale non continetur decreto redemptionis sed nexu inter sortem rei creatae eiusque proprium decretum. Qua de causa gratias redemptionis, ut ratio earum ad naturam praesentem voce significetur, transnaturalia appellamus. Ex earum numero orationem seu linguam esse statuit E. DE MARIN DE CARRANRAIS, Études sur les origines. Nim. 1875 p. 721 aliique velut traditionalistae et logistae. Praeternaturale prodiit e patris erga filium adoptivum favore; transnaturalia e creatoris erga creatum benevolentia; ea tamen iam in statu viae supernaturalia tulerunt primum in Deo homine et per concorporationem etiam in ceteris hominibus, quotquot voluerunt. Cf. infra De thesauro merit. c. VI.

45. Tum rationem inter naturale et indebitum statuendam explicemus. Ac primum quidem dicere possumus : liberum est Deo creare, itaque omne naturale hoc sensu indebitum est, etiam integritas, si in re creata ad naturam pertinet (1); ita A. GÜNTHER (Der letzte Symboliker. W. 1834 p. 27-39) iustitiam originalem videtur gratiae tribuisse.

(1) RAIM. LULLUS, Quaest. sup. lib. Sent. l. 2 q. 66 Utrum angeli creati sint in gratia : « Diversimode communicavit {Deus} in ipsis suam gratiam unus modus fuit, in quantum creavit angelos et produxit de non esse ad esse; alias nisi ipse creavisset in *gratia*, conveniret de *necessitate* quod angeli antequam fuissent, meruissent esse. Item Deus creavit angelos in gratia ratione finis, sc. ratione suae fruitionis et eorum beatitudinis; item creavit ipsos in gratia, in quantum iis dedit potestatem et libertatem eligendi beatitudinem et evitandi poenam, ut possent acquirere caritatem; et haec omnia Deus dedit iis immediate sine merito, quod non habebant antequam habuissent caritatem. »

Verum etsi postquam res creata est, ratio adest, quatenus in ea durationem (in statu viae vel in statu perfectionis) et creationem, naturam et actionem distinguimus, naturam et exsistentiam ipsam pro re indebita habendi, i. e. pro re extra iustitiam providentialem posita, durationem autem et facultatem agendi pro re debita i. e. postulata a iustitia providentiali. Praeterea etiam partes naturae distingui possunt aptae nataeque ad finem essentialem aliarum partium attingendum; hoc modo ad notionem rerum a iustitia providentiali commendatarum, non postulatarum pervenimus; velut quod duos oculos habemus, utile sed non necessarium videri potest ad videndum, visus autem rursus ad spiritualem cognitionem gignendam aptus. Quae rerum consideratio (etiamsi utilitatis solius ratio habetur, ubi, velut in numero oculorum, alia quoque spectanda sunt) admitti potest ita, ut abstineatur a dicendo Deum potentia omni ex parte spectata hominem etiam sine illis rebus creare potuisse, quae ad ideam hominis exhibendam necessaria non videntur et a fingendo id, quod nobis in idea hominis necessario contineri non videtur, etiam a Deo iudicari ab ea idea separari posse. Haec, si extra notiones non progredimur, de pura natura valent. Quodsi discrimen faciendum est inter naturam idealem et naturam rebus turbatis innixam, re a priori considerata, status huius haberi potest effectus rerum perturbatione ipsa vel mutatus divino interventu; quae immutatio si fieri existimatur huius naturae iuvandae causa, quaeritur rursus num iustitiae providentialis iussu fiat. Quapropter etiam hoc modo quaedam quae ad praesentem hominis naturam pertinent indebita haberi poterunt. Ceterum fingi a nobis etiam illud potest Deum de perfectione modo naturali oriunda, quae beatitudinem ferat, promissionem facere. Sed haec hactenus.

Itaque, cum theologi orthodoxi discrimen inter beatitudinem naturalem et supernaturalem non faciant, sed hanc ut homini congenitam connaturalemque considerant (G. Matulewicz, Doctr. Russor. de st. iust. or. 1903 p. 86; cf. p. 20-21. 91) nec praeternaturale distinguant, ita explicari possunt, ut a vero non aberrent.

46. **5)** Diximus gradibus ab angelis percurrendis gradus similes in materia respondere. Cum notione materiae pugnat eodem modo evolvi quo spiritus procedit. Sed ut membrum in corpore rerum creatarum spiritui oppositum censeri non potest spirituum motu non tangi. Natura enim eius in patiendo posita est ideoque eius cursus ex ipsa materiae notione principio agendi, spiritui dico, obnoxia est. Iam etiam revelatione certiores facti sumus esse caelum et nostrum quoque mundum visibilem in statum gloriae esse transferendum. A priori colligitur caeli exsistentiam bonorum angelorum decreto deberi. Eodem modo Thomas Aq. id e corporis rerum creatarum nexibus concludit (S. th. I q. 66 a. 3; cf. Greg. de Val. t. I disp. 5 q. 2 p. 2 q. 5; F. Suarez, De myst. vitae Chr. disp. 58 c. 2; Ben. Fr. X. v. Baader, Sämtl. Werke B. VIII

149). Eadem conclusione efficitur, aliam materiae partem ea perfectione privari quam materia quae caelum evasit consecuta est; quam ut ad perfectionem perduceret pars muneris redemptoris fuit. Mundus visibilis in statum caelestem elevabitur non propter spirituum (lapsorum) elevationem sed propter hominem qui finem consecutus erit; rursus igitur materia patiens, non agens, perfectionem attingit.

Sunt qui (velut J. BALTZER, Die bibl. Schöpfungsgesch. I. 1867 p. 74-89) AUGUSTINI auctoritatem afferentes (De gen. ad litt. impf. lib. c. 15 § 51 CSEL 28, 495 etc.) contra scholasticos (1) statuant ne materialem quidem creaturam in se mortuam esse sed vires habere quibus vivere ac formari possit. Praeteriisse eos videtur ne cogitari quidem a nobis posse formationem quae idea non regatur, ad ordinem non redigatur; idea, ordo autem aliunde nisi a mente repeti non possunt. Praeterea non intellegitur, cur res liberae voluntatis expers in se ipsa aptitudinem habeat ad se evolvendam; eiusmodi aptitudo in re non libera intellegi non potest nisi ex nexu universi. Cf. M. SCHEEBEN, Handb. § 179 n. 1113.

47. Difficilius est eruere, qua in re materiae formatio consistat. Revelatione et traditione (et hebraica et christiana) (2) nihil nisi metaphoras suppeditari (3) certum est, quae omnes de materia gloria

(1) J. BALTZER putavit scholasticos propterea quod materiam statuissent solum formabilem, non praeditam definita potentialitate, vivam, formam tueri debere; animam vegetativam et sensitivam ab iis esse tenendas; unde universum quadripartitum nasci; praeterea nisi Augustini potentiae accipiantur, opinionis creationis loco opinionem emanationis esse sequendam; eadem de causa Thomam Aq. docuisse non cognosci nisi per fidem mundum aeternum non esse, conservationem esse creationem continuam.

(2) Mt. 19, 28 (ἐν τῇ παλιγγενεσίᾳ), Act 3, 21; 2 Petr 3, 10 13 (W. BOUSSET, Der Antichrist 163 s stoae vel orienti hunc locum in acceptum refert; de mundi conflagratione et conflagrati renovatione in cultu Mithrae cf. J. CUMONT, Les mystères de Mithra 1902, 122; de mundi interitu et palingenesia cf. HERMES TRISMEG. l. 2 c. 9-|-LACT. 7, 18-|; Apc 21, 1; Rom 8, 19; 4 Esra 7, 30-31 (E. KAUTZSCH II p. 370). E. SCHÜRER (Gesch. des jüd. Volkes im Zeitalter J. Chr. II 1898, 545) quem sequitur C TOUSSAINT aliique, spem novi caeli terraeque maxime a Ies 65, 17; 66, 22 repetunt ubi de fine mundi non agatur (65, 20 diuturna, non aeterna vita); item primitus renovationem illam exspectatam esse regno Messiae ineunte futuram; neque in N. T. saeculo futuro ('wlm hb' = olam habbā) aliud quicquam significari nisi felix tempus Messiae futurum (p. 546). Cf. J. G. MEUSCHEN, Nov. Test. ex Talm. ill. 1736 p. 1116-83; JOHN LIGHTFOOT, Horae hebr. ad Mt 12, 32; E. C. A. RIEHM, Lehrbegriff des Hebraeerbriefs 1858 I 204 ss., etc.

(3) Maxime luminis imago ad id adhibetur (cf. Henoch c. 45, 4, trad. F. MARTIN Par. 1906, p. 93-4; Bereš. rabba c. 91 etc.). Ceterum scholastica caeli empyrei notio ut loci luce repleti, interpretationi in littera haerenti quorumdam verborum scripturae sacrae inniti videtur, e quibus, si sibi constarent, concludere deberent esse materiam quae a Deo effecta non esset, cum scriptum legatur 1 Tim 6, 16 lucem inhabitat

ornanda ac de eius natura perficienda explicari possunt. Nonnumquam negatur etiam mentem (non solum phantasiam) vim habere ad attingenda ea quae trans hunc mundum sunt (1). Tamen non solum quaedam de illo statu negari possunt, sed etiam indicari potest saltem ratio generalis quam formatio illa sequi debet. Qua in re scholastici sive prudentes sive imprudentes caput quoddam eruerunt : immobilitatem et immutabilitatem (THOM. AQ. S. th. I q. 66 a. 3 ; cf. de hoc. C. SCHLÜTER in Nat. u. Offenb. XIV 131-2 ; E. AMORT, De pecc. orig. disp. 2 q. 3 v. fin. ; cf. infra n. 103). Id quod in notione spiritus materiae opponitur (multitudo individuorum) apparet extra rationem debere esse quae iustae evolutionis creaturae corporeae propria sit. A priori cognoscitur iustam materiae formationem convenire oportere cum eo, quod materiae, spiritui oppositae, proprium est, i. e. cum eius unitate ; fore igitur formationem naturae corporeae universae, non eam quae differentiis in materiam introducendis introductisque gregatim superandis contineatur, non eam in qua aequilibrii appetitus, sed eam in qua ipsum aequilibrium obtineat, non eam in qua vita cum morte certet, sed eam in qua semper vivatur. Unde animalia (2) et plantas (3) exsules debere esse manifestum est.

## IV

## De idea hominis.

48. Idea hominis est secundum conc. later. IV (cf. GREG. NAZ. Or. 45 in s. Pascha 7) : coniunctio rerum creatione inter se oppositarum. Non est putandum animam corpore indigere, « unio animae ad

inaccessibilem ; Ps 103, 2 : amictus lumine sicut vestimento. Sed etiam gustus ('APREM, Evangelii concordantis expos. c. 5. Ven. 1876 p. 56) et alia adhibentur ad futuram huius mundi pulchritudinem describendam. Quod septimus creationis dies symbolum est renovationis mundi ([BARNABAS] Ep. 15 FUNK I 84) de similitudine cum quiete sabbati explicari necesse non est ; potest enim ratio huius rei sita esse in modo quo Deus se ad id quod natum est habet ; in hexaëmero enim se ad res turbatas demittens operabatur, renovatione autem mundi creatura perfecte cum idea conveniens nascetur.

(1) CYRILLUS ALX. In Is. l. 4 or. 2 M. 70, 940 s. (ὑπὲρ νοῦν).

(2) Cf. 'APRAHAṬ. Dem. 12 n. 2 ; contra JAC. BALMES, C. GUTBERLET (Gott u. d. Schöpfung 161), alios ; cf. Ios. BAUTZ in Katholik 1877 II 135 ; id. Der Himmel 1881 p. 178 ss. ; Weltgericht u. Weltende 1886, 272 ss.

(3) Quamquam contra dicit IREN. V 33 n. 3 (cf. Apoc. Baruch 29, 5 ; RENDEL HARRIS in Expositor III 1895 p. 448 s. ; V 1897, 261) etc. Cf. M. SCHEEBEN Handb. § 179 n. 1116.

corpus non est finaliter propter perfectionem corporis nec solam perfectionem animae, sed propter perfectionem totius consistentis ex istis partibus; et ideo licet nulla perfectio possit accrescere huic parti vel illi, quae non posset haberi sine tali unione, tamen non fit frustra unio, quia perfectio totius, quae principaliter intenditur a natura, non posset haberi nisi in illo modo. » Io. Duns Sc. In S. l. 4 d. 45 q. 2.

Synthesis corporis et animae non facilius intellegitur a cogitatione nostra empirica quam synthesis inter divinitatem et humanitatem in Deo homine (cf. F. Michelis, Kritik d. Güntherschen Philos. 227-8), cui similis est (cf. L. Tonetti in Riv. stor.-crit. delle sc. teol. VI 1910, 561-79), sed e conscientia evelli non potest, quatenus et spirituale, id quod in homine cogitat, et materiale, corpus eius compositum reperiuntur coniuncta in uno quod vocatur ego atque ita coniuncta ut utrumque sit, ut partes maneant inter se distinctae, etsi una sit inferior et determinata, altera superior et determinans (F. Michelis, Kathol. Dogmatik 174). Haec rei conscientia omnes cogitandi actus praecedit. Rei intellegendae difficultas aliunde non oritur nisi quod spiritum cogitatione in se ipsam conversa ut substantiam a corpore distinctam i. e. ut rem visorum formis indutam cogitamus (1).

49. Sequitur, ut homo secundum ideam suam sit medius inter spiritum et materiam (Greg. Nyss., De eo quid est ad imag. D. n. 1 M. 44, 1328 ὥσπερ τινὰ μικτὸν κόσμον συγγενῆ τῶν δύο κόσμων; Proc. de Gaza Or. 38 n. 11 M. 36, 321; Theod. Mops. In Rom 8, 19; Eph 1, 10 « quasi quoddam amicitiae pignus totius creaturae fecit esse hominem, utpote omnibus in eum coadunatis » ed. Swete I 129 ⊢cf. supra n. 10⊣; Io. Chrysost., Ad. Stagir. l. 1 M. 47, 428; Max. Conf. Amb. M. 91, 1096 A.; cf. Č. Sl. boh. I 418[a]), non tamen angelis inferior (quod quidam statuerunt velut ⟦Hieron.⟧ ⟨Autpertus ?⟩ Ep. ad Paulam et Eust. M. 30, 138), vel etiam materia inferior, sed ut kŏsmos mikrŏs (P. Mogila, Conf. orth. I q. 18 ap. E. J. Kimmel p. 77), ut résumé du monde créé (Procop. de Gaza EO 1911, 337; M. 87, 116. 117) est imago Dei, quae superior est oppositis inter se spiritu et materia, motu et esse, multitudine et unitate, et est ad altiora destinatus quam angeli (Vl. Soloviev, Opravd. dobra[2] M. 1899; cf. Č. Sl. boh. I 421[b]; Scot. Erig., De divis. nat. II 24; Hermes Trismeg. I c. 10 n. 24; II c. 8.)

50. De imagine Dei Gen 1, 26 (b̄ẹsalẹmenw̄ k̄idẹmw̄tenw̄) conferendum est cum Gen 5, 3 (b̄idẹmw̄tw̄ k̄ẹsalẹmw̄). Notum est similitudinis vocem a patribus saepe intellectam esse de sanctitate (velut Ambros., De dignit c. h. c. 2, 3; Paulin. Nol. Ep. 2; Maximus M. Cent. 3, c. 25) vel de Spiritus S. communicatione (Hieron. In Eph. 4,

(1) Definitio animal rationale bona non est. Cf. Č. Sl. boh. s. v. Aristot.; melius Edm. Purchotius in arbore sua corpus humanum corporibus inseruit, animam ad substantiam spiritualem rettulit.

30; Cyr. Alx. Thes. 34; Basil., C. Eunom. l. 5, 6 etc. Cf. D. Petav., De op. 6 dier. l. 2 c. 3 s.) Imaginem autem intellegendam esse de natura ipsa vel de donis naturalibus manifestum est e Gen 9, 6; Iac 3, 9.

Imaginem non posse secundum opinionem visionis explicari ita, ut Deus Adamum formaverit ad imaginem figurae qua indutus ab eo visus est vel ut Deus speculi munere functus sit, apparet e locis Gen 5, 1; 9, 6; Sap 2, 23; Eccli 17, 1; 1 Cor 11, 7; Iac 3, 9 etc. — Contra P. A. Boetticher-Lagarde (Orientalia II p. 62), P. v. Bohlen (Die Gen. hist. kritisch erklärt 1835 I 26), H. Gunkel (Genesis übers. u. erklärt 1901 p. 102 s.), anthropomorphitas, Symmachum, Eugubium (Cosmop.), Oleastrum (Gen. 1) tenendum est imaginem non esse ponendam in corpore. Cf. Ez 1, 26; Aug., De gen. ad litt. l. 6, n. 12; F. Suarez, De op. 6 d. l. 3 c 8 n. 13; V. Zapletal in ČKD 1903 (44) p. 394. — Ceterum autem tradita in ecclesia doctrina non decernitur, in qua parte situm sit id quod est secundum imaginem (Epiphan., Haer. 70).

50. Imago Dei potest cogitari: imago imperfectae notionis quam de Deo habemus vel habuerunt olim; vel imago ipsius notionis obiectivae, Trinitatis dico; vel imago unius personae divinae (Verbi Fr. X. Dieringer, Lehrb. d. kath. Dogm. § 37, 2; Clem. Strom. 5, 4; 7, 3; Orig., C. Cels. 6, 63; Athan., C. Arian. Or. 1 n. 49; Rup. Tuit., De div. offic. l. 11 c. 17; In Gen l. 2 c. 3 c. 14 etc.) vel imago Christi Dei-hominis (Tertull., De resurrect. carnis c. 6; Hildegardis, Div. oper. p. 2 vis. 5 n. 43); Christi imago homo esse potuit non sensu anthropomorphitarum acsi ideo haberemus caput quia Christus id esset habiturus, sed quatenus hominis idea pendere potest ex idea Dei-hominis, i. e. quatenus homo creatus esse putatur ut sicut Christus creatum et creatorem coniuncturus erat, ita duas creaturae partes inter se coniungeret.

Imago differt a simplici similitudine: est similitudo expressa ad imitationem prototypi secundum aliquid proprium prototypi; dicimus ad imitationem; nam liber hic non est imago illius eiusdem licet editionis; sed haec definitionis pars est extra quaestionem, solum additur, ut appareat cur etiam ex hac parte imaginis vox usurpari possit. Dicimus secundum aliquid proprium. Haec pars necessaria est et in ea sola insistendum; nisi enim brevitatis causa et ob scripturae auctoritatem adhiberemus vocem imaginis, sola attendenda esset. Sane qui volens facere imaginem Benedicti XV pingeret virum sinensem, exprimeret similitudinem in ratione hominis et viri, sed non in iis quae sunt eius propria (velut forma exterior) neque opus eius imago esset nisi per denominationem ab eo quod intenderat. Cf. Greg. de Val. t. I. disp. 7 q. 3 p. 1 etc. — Imago potest esse perfectior vel imperfectior. Ideo aliquid quod imaginem esse cognoscitur, vocari potest imago non similis prototypi.

51. Iam in Deo complures rationes sunt, ob quas aliqua res dici

potest ei similis. Quantum Deus est, omnia quae sunt, sunt ei similia; ut est creator, omnes causae sunt ei similes; homo ut principium generationis (Aug. De civ. D. 12, 26; De Gen. ad lit. 9, 13; Hugo Vict., De sacram. 1 p. 7 c. 34). Ut est immortalis, non solum homo (cf. Faustus Reg. De lib. arb. 1 c. 1; Maximus M. Cent. 3, 25; Prudentius, Apotheos.), sed etiam materia; ut est invisibilis angeli et anima; ut est intellegens, angeli, anima et totus homo, quatenus intellegentia etiam corpus afficitur (cf. Aug., De Gen. ad litt. 6, 12); ac multi quidem in hac re imaginem Dei ponunt, velut Rup. Tuit., De div. off. l. 11 c. 27; Aug., Tract. 3 in Io. n. 4; Clem. Alx., Strom 6, 14; Pererius, In Gen p. 163-70; Thom. de Argent. In l. 2 d. 16 a. 2; theologi Russi (ap. G. Matulewicz, Doctr. Russor. de st. iust. or. p. 57); duobus autem modis haec sententia probari solet : quatenus ponitur essentiam Dei metaphysicam esse intellectionem subsistentem (« secundum similitudinem illius naturae intellectualis quae est in Deo ultima differentia et quasi species » Ch. Billuart, De op. 6 d. d. 3 a. 5; huiusmodi ultima completa et quasi specifica perfectio sive in Deo intellecta sive in rebus communicata est intellectualitas » G. Durandus In S. l. 2 d. 16 q. 1 a. 2; « si deitas posset definiri, definiretur per intellectualitatem. » Fr. Lichetus In Scoti In l. 1 d. 8 q. 4 n. 142; cf. Io. Duns Sc. Quodl. q. 1 a. 1 n. 10; D. Petavius, De op. 6 d. l. 2 c. 2 n. 6) vel quatenus Trinitatis imago in mente ponitur (Aug., De Trin. l. 14 c. 7. 8. 11; l. 15 c. 6. 7; Hilar. De Trin. l. 4; Thom. Aq. S. th. I q. 93 a. 7 ad 3; Io. Duns Sc. In S. l. 2 d. 16 n. 20; cf. Alex. de Ales, S. I q. 61 memb. 3; Richardus M. In. S. l. 1 d. 3 a. 1 q. 1. 2; a. 3 q. 1 etc.) (1). Praeterea ut Deus est liber, viventia libera sunt eius similia (cf. Tertull., C. Marc. l. 2 c. 5. 6; Macarius, Hom. 15; Io. Dam., De f. o. 3, 14 etc.); ut est sanctus boni angeli et omnis homo « viator », quatenus aliquid honestatis in quovis invenitur (cf. Plato, De legg. l. 4 c. 8 p. 716 C. D; Col 3, 10; Clem. Alx., Strom. l. 2, 22; Tit. Bostr., Adv. Manich. l. 2, 5; Ambr., De bono mortis c. 5; Petr. Chrysol. Serm. 120 etc.); ut est finis rerum creatarum homo totus est eius imago, quatenus ipse est finis huius mundi sensibilis (propter intellegentiam suam) eiusdemque dominus (cf. Ovid., Metam. I 76 s.; Clem. Alx., Strom. 2, 19; Theophil., Ad Autol. 2, 27; Basil., In Ps. 48 n. 8; 'Aprem, In Gen. 1, 26; Greg. Nyss., Hom. de opif. c. 3. 4; Io. Chrysost., In Gen. hom. 8, 3 M. c. 72; De virgin. l. 1 c. 46; In Ps. 11 n. 3; 143 n. 2; Theodorus ap. Theodoret., In Gen. q. 20; Theodoret. In 1 Cor 11, 7; Isid. Pelus., l. 3 ep. 95; Io.

(1) Phantasiam pro imagine Dei habet Ambros., Hexaëm. 6, 8; fabricandi et architectandi scientiam Theodor. Mops. ap. Io. Philopon. De mundi creat. l. 6. c. 14; mentem rationi oppositam Io. B. v. Helmont, Im. Dei II Fr. 1707, p. 666.

Philopon., De mundi op. l. 6, 7. 12; Io. Dam., De 2 Chr. vol.; Matth. Cantacuz., In Sap. M. 100, 411-2; Ph. van Limborch, Theologia christiana[3] 1715 II 24 (p. 133); H. Holzinger, Genes. erkl. 1898 p. 12 (ob Gen 9, 6; contra : V. Zapletal in ČKD 1903, 44 p. 509 s.); M. Scheeben, Handb. II § 147 n. 352 (quem, cum ea re angelos ab homine distingui putaret, praeteriit non hunc solum mundum empiricum esse, sed etiam mundum corporeum qui ad angelos referretur), maxime vir (cf. 1 Cor 11, 7 : Io. Chrys., In Gen. hom. 10; In Hebr. hom. 2; Isidor. Pelus. l. 3 c. 95), anima vero, quatenus imperium materiae habet (J. Fr. Stapfer in Museum Helveticum XIII 1749 p. 227-30); ut est supra rationem materiae et supra rationem spiritus homo est eius imago ut ex utroque compositus, ut unum et multum, aliquo modo etiam omnia quae arte divina facta sunt et unitatem quandam in se ostendunt (cf. Aug., De Trin. l. 6, c. 10; l. 5 c. 9; De vera relig. c. 7. 43. 55; Scot. Erig., De divis. nat. II 4-6. 9; M. Scheeben, Handb. II § 147 n. 354 mikrŏteos; J. B. Heinrich, Dogm. Theol. § 299 VI[2] 274; Vl. Solovjev, Istor. i buduščnosti teokr. Zagr. 1887 p. 17 : не по той или другой идеѣ божественнаго ума...)

52. Manifestum est non omnia haec aeque proprie esse hominis neque aeque vere imaginis rationem continere. Porro homo est Dei imago simpliciter homo totus (« denn nach der Redeweise der h. Schrift *hat* der Mensch nicht bloss ein Bild und Gleichnis Gottes, sondern *ist* es » M. Scheeben, Handb. § 146 n. 327; « die gesamte Menschheit zu *einem* Bilde » id. § 152 III p. 195; cf. § 148 n. 376; cf. D. Petav., De opif. 6 d., 2 c. 4 n. 7) et homo solus (« *das* Bild Gottes in der Schöpfung » M. Scheeben, Handb. § 147 n. 355; cf. Ambr., Serm. 10 in Ps. 148 : angeli ad ministerium, homo ad imaginem; Tertull., C. Marcion. l. 2 c. 8 : fortior angelo; Theodoret., In Gen. q. 20; Macar., Hom. 15; contra Greg. M., Hom. 34 in evang.; [Dionys. Areop.], De div. nom. c. 7 et scholasticos). Ex altera parte essentia Dei est eius superspiritualitas et supermaterialitas. Qui enim dicunt Deum esse ens a se, Deum subsumunt sub ente ut sic, eoque abstracte, indeterminate (si non hypothetice si habet perfectionem spiritualem vel materialem vel utramque, potest exsistere; num habeat, non dicitur in notione entis quae nihil aliud dicit nisi potest exsistere) considerato; si consideratur concrete et positive, haec notio entis est disiunctiva : aut spiritualis aut materialis aut utraque superior perfectio. Deus igitur non potest definiri : est tale possibile (potens exsistere aut ratione spiritualitatis aut ratione materialitatis...) quod necessario exsistit, sed est ens supraspirituale et supramateriale; per hanc perfectionem Deus est et possibilis et necessarius.

53. Notio hominis, e spiritu et materia compositi, continet notionem essentialis communitatis multitudinis personalis individuorum unitate organica comprehensorum, igitur singulorum in toto subsistentiam,

Hoc enim e diversa spiritus cum materia natura efficitur. Haec notio contraria fere est sententiae Averrois ('bn ršd) (1), quam etiam 'Ibn Ṭofajl et 'Ibn Baṭšaj aliique (cf. MABILLON ap. ZACCARIA, Thes. IX 366-7) professi sunt, qui solum sensitivae animae e materia eductae individualitatem tribuebat, sed intellegentiam unam a materia separatam omnium hominum communem statuebat. Cuius opinio rerum specie empirica haud parum commendatur. Hoc modo homo ut est individuum a bruto non distinguitur nisi gradu, eius propria non sunt nisi phantasia, sensualitas, peccatum, mortalitas; cognitio spiritualis ei non communicatur nisi modo transindividuali. A nostra tamen sententia rerum speciei non innixa ea opinio abhorret.

54. Cum multitudinem, individualitatem cum spirituali naturae humanae parte coniungimus, thomistarum de principio individuationis opinioni adversamur (cf. G. W. VON TUNZELMANN, God and the universe 1912 p. 163). Quae etiam aliunde refutatur. Nam obstat ei quod anima manifesto indifferens est, ut potius huic quam alii materiae uniatur; si enim hoc eius non nihil interesset, mutatio materiae in corpore humano contra requisita animae fieret (cf. DOM. VIVA, Curs. theol.[6] 1729 p. II d. 3 q. 5 n. 4; IO. MALDONATUS, Traicté des anges et demons. P. 1605, 45-7). THOMAE AQ. rationes (S. th. I q. 50 a. 4; cf. GOFFREDUS ⊢GODEFROID DE FONT.⊣, Quodl. 6 q. 16 ed. Lov. 1914 p. 259; Aegid. de Colonna Quotl. 1481, 1 q. 5 a. 1) quas THOMAS VIO CAIET., De ente et ess. c. 5 a Io. DUNS SC. (In l. 2 d. 3 q. 4 n. 12-20; q. 6 n. 9-23; 7 n. 6-12) et a G. DURANDO (In l. 2 d. 3 q. 2 et 3) defendebat, quaeque impugnari (velut a FR. LICHETO, In Scoti In l. 2 d. 12 q. 2 n. 28 etc.) et afferri (V. REMER, Summa prael. phil. schol.[2] I 1900 p. 304-11 etc.; cf. M. GLOSSNER in Philos. Jahrb. 1886; G. v. HOLTUM ibid. 1902 p. 440-8) semper perguntur, aristotelica materiae et formae opinione continentur, qua vere esse non putantur nisi individua quae a nobis percipiuntur. Cf. A. LESCHBRAND, Der Substanzbegriff in d. neuer. Philos. v. Cartes. bis Kant p. 15 s.; IORD. BRUNUS, De umbris idear. ed. S. TUGINI 1868 p. 47; Č. Sl. boh. s. v. Aristot. etc. Re ipsa praeter angelos solum homines sunt individui (cf. S. TROICKÏJ in Strannik 1904 p. 294-6).

55. Iam in genere humano — secus atque in angelis — unitatis ratio additur. Cf. F. A. STAUDENMAIER, Die christl. Dogmatik III 1848 § 84 p. 373-413. Individualitas tamen certe incolumis maneat necesse est; homo individuus numquam a specie absorbendus est (cf. TH. DE RÉGNON in Etudes 44, 1888, p. 439 contra IOS. BONNIOT). Quo igitur modo unitas, ab idea hominis postulata, vera esse potest?

Reapse genus humanum unum est a) morali individuorum subordi-

(1) De an. 3 comm. 36 t. 6, 160-81; cf. SIGER DE BRAB. (contra THOM. AQ.), Quaestiones de anima intellectiva c. 7 ed. MANDONNET p. 164-8.

natione et coordinatione; hoc M. SCHEEBEN, Handb. § 152 n. 500, similitudine templi visibilis e vivis lapidibus constituti videtur significavisse; angelos non componere rem publicam, cum quivis autarkes sit (ARISTOT., Polit. l. 1 c. 2 p 1253 a) fere agnoscitur (cf. FR. SUAREZ, De angelis l. 8 c. 21 n. 14). — b) physica individuorum inter se coniunctione; idem enim omnium est caput. — c) spirituali individuorum inter se dependentia; nam sine oratione omnes nos impotentia naturae corpora essemus.

56. Iam quaeritur a) utrum haec notione ipsa hominis contineantur, an ut A. BURGOV opinatur (1), e statu nostro empirico per accidens nascantur. Tria illa elementa prout abstracte considerantur, ab idea aliena esse statuendi ratio ulla vix occurret, etsi apud Mt 3, 9 scriptum legitur Deum Abrahae posteros etiam ex lapidibus excitare posse; sed si considerantur qualia nunc apparent, aliud videtur dicendum esse, qua de re sub b) agemus. Tamen fuerunt qui etiam abstracte considerata ad empiricam tantum hominis naturam pertinere censerent; velut [J. JUSTUS], Das Christentum im Lichte d. vgl. Sprach- u. Religionsw. 1883) futurum fuisse putavit, ut homines omnes simul nascerentur neque ex uno capite penderent, nisi iustus rerum ordo perturbatus esset.

57. Quaeritur deinde b) num ea quae in statu praesenti invenitur unitate artior cum ideali hominis statu conveniat. Qua in re MAXIMUS CONF. (Ambig. M. 91, 1305; cf. J. BACH, Die Dogmengesch. d. Mittelalt. I p. 28) haec docuit: moraliter et physice homo ante peccatum fuit unus, harmonica vitae unitas. Egoismo schisma morale et physicum in hoc uno homine ortum est, quod in dies augebatur eadem peccatorum radice, quoque discrepantia in singulis et in genere in dissolutionem, separationem, excidium vertit. Similiter SCOTUS ERIG., De divisione nat. II 9 dicit: Quoniam prius homo in felicitate permanere neglexerat et in infinitas partitiones varietatesque naturae humanae unitas dispersa est, divina clementia assumpsit novum hominem, in quo ipsa natura, quae in vetere homine dispertita est, ad pristinam unitatem revocaretur. Cf. IV 23. Eius sententia (Comment. in Io. M. 122, 310. 315) peccato originali tribuendum est quod Adam ante nos natus est, seu individuorum successio: ille siquidem singularis Adam {i. e. singularis homo} non nasceretur in hunc mundum corruptibilem per generationem, si naturae humanae non praecederet delictum. Mittimus opinionem quam Io. B. VAN HELMONT proposuit (Venatio scientiar. n. 11. 20. 42; Mortis introitus n. 15) qui hominem idealem lapsu

(1) Pravoslavno-dogmatičeskoe učenïe o pervorodnom grēx̱ē 1904 p. 217: земная естественная неизбѣжная солидарность въ будущей жизни замѣнится свободною нравственною солидарностью, нравственнымъ взаимообщенiемъ членовъ небесной церкви между собою и съ Главою церкви Христомъ.

multum evasisse et corpus materiale induisse existimavit; notionem enim hominis, compositi dico e spiritu et materia, videtur tollere; commemoremus tamen a R. C. Moberly afferri 2 Cor 12, 2-5; Gal 2, 20, ut doceat in caelo individualitatem esse desituram. Verum praeter eos, qui maiorem unitatem physicam ad hominis naturam idealem pertinere credunt, sunt qui maiorem unitatem moralem natura hominis postulari censeant, qualis ne nunc quidem per Christum perfecte restituta sit. Vl. Solovjev, L'idée russe. P. 1888 p. 19 s. Tous les zoologistes connaissent des animaux (appartenant pour la plupart à la classe inférieure des actinozôa : meduses, polypes, etc.) qui ne sont au fond que des organes très différenciés et menant une vie isolée, de sorte que l'*animal complet n'existe qu'en idée.* Telle était aussi la manière d'être du genre humain avant le christianisme, quand il n'y avait en réalité que des disjecta membra de l'homme universel, des tribus et des nations séparées ou partiellement réunies par la force extérieure, quand la vraie unité essentielle de l'humanité n'était qu'une promesse, qu'une idée prophétique. Mais cette idée prit corps au moment où le centre absolu de tous les êtres fut révélé en Christ. Désormais la grande unité humaine, le corps universel de l'Homme-Dieu, existe réellement sur la terre... Hoc modo conexio explicatur quae est inter concupiscentiam vehementem, illam egoismi vocem signumque, et peccatum originale.

58. In ordine physico egoismo individualismus respondet. Maior autem unitatis gradus varius fingi potest. Fingi enim potest α) multitudinem spiritualem esse in uno corpore materiali, quocumque modo haec unitas intellegatur. Huc pertinet corporum animorumque mutua penetratio, quam Vl. Solovjev in homine perfecto poscit (Opravd. dobra[2] 1899 gl. 7, VIII p. 193 Вмѣсто духовно-тѣлеснаго взаимнопронпкновенія и общенія двухъ человѣческихъ существъ, является здѣсь {i e in concubitu} лишь соприкосновеніе органическихъ оболочекъ и смѣшеніе органическихъ секретовъ (выдѣленій) и это поверхностное, хотя и секретное единеніе только подтвереждаетъ, усиливаетъ и увѣковѣчиваетъ глубокое фактическое раздѣленіе или раздробеніе человѣческаго существа... Цѣлость или солидарность человѣка нарушена и въ глубь и въ ширь и въ даль. Praeterea huc pertinet opinio eorum qui totum genus humanum in Adamo exstitisse posuerunt, si modo multitudinem individuorum a notione hominis alienam esse non putarunt. β) Posito homines vivere in corporibus separatis fingi potest 1) multitudinem individuorum hominum quae idea hominis contineatur non esse multitudinem individuorum determinatorum sed posse veram fieri in his vel illis individuis (unde si Adam non peccasset, alii fortasse homines nati essent quam nunc nascuntur, nec tamen notio talis, qualis prima Dei volun-

tate ad exsistendum perducenda erat, ad exsistendum non pervenisset); vel, ut aliis verbis utar, hanc vel illam certam individualitatem non pertinere ad naturam hominis sed ad statum eius. — 2) fingi potest differentiam sexuum non contineri nisi statu hominis empirico, sive Adami status iam cum ideali discrepavisse sive Adam sine sexu vel utriusque sexus putatur fuisse. — 3) addi potest hominum individuorum exsistentiam non fuisse conectendam cum corporis incrementis et generatione.

59. Ex his quaestionibus explicandis pendere potest opinio amplectenda de vi decreti hominis vel hominum in statu viae iusto constitutorum. Si ANSELMI CANT. sententia « videtur quod, si primi parentes sic vicissent, ut tentati non peccassent, ita confirmarentur cum omni propagine, ut ultra peccare non possent » prout iacet accipitur (de eius opinione cf. v. c. J. J. M. BELORGEY, De pecc. originali 1890, 104-7) et si tenetur ab idea creationis abhorrere, ut mens libera decreto libero Deum non amplectatur, restat, ut omnes posteros in Adamo re ipsa ita fuisse statuatur, ut proprie peccare possent, vel saltem Adami decreto etiam decreta individuorum nescio quo modo comprehensa esse. Iam quid de his sentiendum sit paucis videamus.

60. De maiore unitate morali quam VL. SOLOVIEV poscit, dubium non est quin concedendum sit eam ad iustum hominis statum pertinere.

Quaestio de natura humana in Adamo inclusa eadem est atque quaestio de ea in Deo-homine inclusa (1); posterior autem frequentius proposita est quam prior. Ut aliquos viros afferamus qui Christi naturam, quocumque modo, fuisse universalem credidere, haec opinio fuit HILARII P., In Ps 51 n. 16. 17; In Mt c. 4 n. 12; PROSPERI A., Respons. ad cap. Gallor. c. 9 (neque enim emphasis, qua enuntiatur nullum omnino esse ex hominibus, cuius natura in Christo suscepta non sit, aliter explicatur); [ATHANASII] De incarn. et cont. Arian. n. 8 M. 26, 997 (τοὺς πάντας ἡμᾶς φορεῖ); GREG. NYSS. (A. HARNACK, Lehrb. d.

(1) Ut rem ab instituto nostro alienam perstringamus, perperam quidam theologi dixerunt in Deo-homine secundam personam divinam (Verbum) cum humana natura coniungi (velut M. SCHEEBEN p. 846). In Deo-homine duae naturae in persona Christi coniunguntur; unum Dei-hominis ego divinae conscientiae realitatem cum realitate conscientiae humanae ita in se complectitur sicut persona humana conscientiam spiritualem et substantiam materialem in se continet (cf. GENNADII Confessio II n. 7 ap. E. J. KIMMEL, Monum I p. 17). Dogmatis sententia hoc modo enuntiari potest si liceret Christum cogitare extra unionem personalem, natura humana cum personalitate cogitanda esset; minime autem hoc modo : « Jesus was not merely one among men, separate from all others; He was not only a man but Man (W. H. MOBERLY, The Atonement in Foundations [L., Macm.] 1912 p. 327; contra quem v. J. K. MOZLEY, The doctrine of the atonement L. 1915 p. 213 217). Cf. M. GEORGEL in Ann. de phil chr. 1900, t. 140 p. 558; FR. MICHELIS, Kath. Dogm. 433. 176. 184.

Dogmengesch.[4] II p. 167), BASILII, 'APREM, APOLLINARIS (ib. p. 171); CYRILLI ALX., In Io. l. 5 M. 73, 753; SCOTI ERIG., De div. nat. V 27: si humana natura imago et similitudo Dei est, profecto et tota per totum in se ipsa est, et tota in singulis eam participantibus nullam in se ipsa vel in aliquo suae uniformiter simplicitatis divisionem vel partitionem — seu possibilitate dividendi vel partiendi seu actu et opere — recipiens. Si enim una et individua est, ad cuius imaginem humanitas facta est, necessario et ipsa una et individua est et omnes homines nemine excepto in ea unum sunt... Proinde si Dei Verbum humanitatem accipit, non partem eius quae nulla est, sed universaliter totam accipit; C. DAUB, System der Dogmatik II p. 264 (concrete Allgemeinheit); VAL. WEIGEL, Studium univers. 1618; P. FOURNIÉ, Ce que nous avons été 1801 p. 105 etc. Quos secutus est V. Iv. NESMĒLOV, Nauka o čelovēkē[2] II (1907) 350: Признавая Христово воскресеніе дѣйствительнымъ основаніемъ и первымъ возраженіемъ общаго закона воскресенія умершихъ, мы должны очевидно признавать во Христѣ такого человѣка, который будучи истиннымъ собственникомъ человѣческой природы, не носилъ однако индивидуальной человѣческой личности, такъ что Его праведность была праведностію не отдѣльнаго человѣка, а праведностію природы человѣческой, совершенно независимо отъ того, кто именно имѣетъ въ частности эту ирироду. Quibus opponendi sunt Io. DAM., De f. o. l. 3. c. 11; P. LOMB., Sent. l. 3 dist. 2; Io. CORNUBEENSIS, Eulog. ad Alex. III. ap. MARTENE et DURAND, Thes. nov. anecdot. t. V, p. 1672 etc. Cf. D. PETAV., De Trin. l. 3 c. 9 § 12; l. 4 c. 7; De incarn. l. 5 c. 5-9.

61. Differentiam sexus ab idea hominis esse alienam docuerunt BASIL. M., In Ps. 114 v. 8 M. 29, 492; Io. CHRYSOST., Hom. 18 in Gen. n. 4 M. 53, 153; GREG. NYSS., De opif. hom. c. 17 M. 44, 189 (cf. A. KRAMPF, D. Urzustand des Menschen nach d. Lehre d. h. Gr. v. N. Würzb. 1889, 17. 18; L. HILT, Des h. Gr. v. N. Lehre vom Menschen. Köln 1890 p. 95-7); 'APRAHAṬ, Dem. 22, 13; 6, 6; PROCLUS, Or. de laudib. s. Mariae n. 7. M. 65-733; Io. DAM., De f. o. l. 2, 30; 4, 24 (cf. ALEKS. BRILLÏANTOV, Vlïjanïe vostočn. bogoslovïja na zapadnoe. Spb. 1898, 226); SCOT. ERIG., De divis. n. IV 12; cf. II 24; IV 23; ALMARICUS ap. DU PLESSIS D'ARGENTRÉ, Collectio iudicior. 1724 p. 128 (cf. DENIFLE-CHATELAIN, Chartularium I p. 107 n. 1; Io. A TURRECREMATA, De eccl. l. 4 p. 2 c. 35). Tradita a patribus graecis non sequitur S. TROICKÏJ, cum differentiam sexuum, etsi ad naturam hominis eam pertinere negat, non a peccato originali repetit, sed a libero hominis decreto (Strannik 1904 p. 296-8: « бракъ есть дѣло творческой свободной любви самого человѣка » p. 297). Similiter J. H. OSWALD, Die dogmat. Lehre v. d. h. Sacramenten,

8. T. § 1, dicit : « Adam war anfangs auch dem Leibe nach ohne die Sexualdifferenz ». J. Döllinger, Christent. u. Kirche[1] p. 266 differentiam sexuum in caelo sublatum iri existimabat, afferens illud Mt 22, 30; item Wenc. Mattes in KL[1] s. voce Welt. Primum hominem fuisse sexus utriusque post rabbinos (targumim) et post variarum gentium mythos (1) tenuerunt Fr. Georgius Venetus, Eugubinus, P. Fournié (Ce que nous a. é. 1801 p. 65 il était en son pouvoir d'être mâle ou femelle), Iac. Böhme, F. C. Oetinger, Ben. Baader (2), Io. H. Pabst, Jul. Hamberger, Ios. Ennemoser; F. Lenormant. Les origines de l'hist. d'après la bible... P. 1880 I 54-7, appellans Aug. Steuco de Gubbio, P. Fr. Giorgi (Ven.) aliosque, verba scripturae (non vulgatae, quae legat côte pro côté) ita interpretanda esse existimat, ut Adamum primitus utriusque sexus fuisse significent (3). Quidquid de differentia ipsa sexuum senserunt, homines, si peccatum non accidisset, non procreationi naturali sed voluntati divinae originem debituros fuisse dixerunt Athanas., In Ps. 50 M. 27, 240; August., De Gen. c. Manich. l. 1 c. 19; Amphilochius, In peccatr. n. 4 M. 39, 72; Basil. Ancyr., De vera virginit. n. 54 M. 30, 777; Theodoret., In Gen. interrog. 37 M. 80, 136; Procop., In Gen 4, 1 M. 87, 233; Euthymius In Ps. 50 M. 128, 553; fortasse etiam Hieron. (Ep. 22 ad Eustoch. de cust. virg.; nisi de concupiscentia tantum loquitur). Augustinus opinionem mutavit (Retract. l. 1 c. 10. 13) quem vulgo secuti sunt in occidente theologi (Greg. In Ps. 5 paenit.; Beda; Rup. Tuit.; P. Lomb., S. 2, 20; Thomas Aq. S. th. I q. 98; Alf. Tostado etc.). Item de differentia sexuum Latini ex Augustini temporibus (De Gen. ad litt. l. 3 c. 22 ad Gen 1, 27; cf. Fr. Delitzsch, Gen[2] p. 112) omnes fere consentiebant. Cf. B. Jungmann, De noviss. p. 216 etc. (4). Ceterum hanc opinionem latinam etiam orthodoxi (A. Lopuxin, Tolkovaja

(1) Cf. H. Lüken, Die Traditionen d. Menschengeschl. § 7.

(2) Is (Bemerkungen üb. d. 2. Cap. d. Gen. VII 223-40) natam esse in Adamo, cum bestiae adducerentur, voluptatem eamque cum somno qui eam secutus sit, initium peccati fuisse putat; ea de causa feminam partim in poenam partim in remedium voluptatis effectam esse. Corporibus a mortuis revocatis differentiam sexuum atque generis humani in individua dispersionem desituram esse dicit (VII 235. 238 XIV 142. 230; cf. Katholik 1859 II 1054).

(3) Ṣelᵉ hic non significat costam sed id quod vocatur venter ap. 1 Cor 6, 13 et askēmona ap. 1 Cor 12, 23; cf. F. Delitzsch, Comment. üb. d. Gen.[3] 161; E. Böklen, Adam u. Qain im Lichte d. vgl. Mythenforschung L. 1907 p. 9.

(4) Hieronymi, Ep. 108 n. 23 al. 22 CSEL 55, 341, sententia ita intellegi potest ut differentiam sexuum in caelo mansuram esse putarit solum in status lapsi commemorationem, non ut partem hominis essentialem; cuius modi commemorationem ne scholastici quidem theologi pro causa idonea rei retinendae habent; cf Ch. R. Billuart, De op. 6 d. d. 5 a. 4 : « alioquin in beatis, in quibus cessant omnes defectus peccati, non foret diversitas sexuum. »

biblica t. I. 1904 p. 31) et protestantes (H. EBELING, Der Menschheit Zukunft, Zw. 1900) secuti sunt.

62. Praecipua ratio, cui patres orientales innituntur commode enuntiatur a THEODORETO, In Gen. interr. 37 τῶν θνητῶν καὶ παιδοποιίας δεομένων εἰς τὴν τοῦ γένους διαμονὴν ἡ τοιαύτη τῶν σωμάτων κατασκευή. Sane reputanti humani corporis sortem eandem esse ac bestiae, in bestia autem generationem fieri speciei conservandae causa, videri potest causam differentiae sexuum et causam generationis, cum in hominis idea reperiri non possit, esse mortalitatem hominis ab idea eius alienam, mortalitatem dico, qua vis individui humani vim individui animalis imitatur. Maxime desiderium vehemens ad procreandum homini innatum hoc modo, si idea hominis consideratur, ineptum videri potest, si quidem speciei conservatio inde pendere non potest (« ut succedant nascentia morientibus » AUG., De Gen. ad l. l. 11 c. 31).

63. Rationes opinionis contrariae (si omittimus ea quae, posito solum Adami peccatum res turbare potuisse, e scriptura concluduntur : cf. F. SUAREZ, De op. 6 d. l. 5 c. 1 n. 1. 6 masculum et feminam creavit eos; non est bonum hominem esse solum; crescite et multiplicamini) potius ad defendendum (negandum) aptae sunt quam ad confirmandum : Nihil afferri potest quo negetur ad id, ut homines individui exsisterent, necessarium potuisse esse aliquid quod ad animos movendos spectaret. Atqui omnis altruismus noster vere repeti potest a parentum erga liberos amore liberorumque erga parentes pietate; si omnes homines a singulis aeque distarent, ut summum, rigidae iustitiae studium nasceretur. Ipse Dei amor, si psychologica eius condicio quaeritur, parentum amore continetur. Quaeri insuper potest de partibus affectionis sensuum, quomodo materia hac affectione in servitutem Dei redigatur etc. Praeterea alii effectus morales considerari possunt mutuum vinculum quo unus alteri obnoxius est, infantis inopia etc. materiae sunt quae copiam praebent meditandi de vinculo quo Deo subicimur, de hominis infirmitate etc. Accedit quod sumi potest humanam naturam alio modo nisi empirico, quo copia fit animorum inter se movendorum, ad id pervenire non potuisse, ad quod debebat, ut universa (non singuli tantum) libere, quid amplecteretur, decerneret et decreto facto universa — propter unitatem — beata fieret. Denique, si consideratur materiam aptam non fieri ad vitam a spiritu in homine accipiendam nisi longa mutationum serie, et perpenditur tantum materiae ab homine vitae huius particeps faciendum fuisse quantum fieri posset, materiae in corporibus vivis mutatio et ea quae eam sequuntur vel ea continentur cum prima hominis idea congruere videri possunt.

M. SCHEEBEN, Handb. § 150 etiam multo profundiorem rationem rei suspicatur : negat enim (n. 429) ab idea hominis, ut imaginis Trinitatis divinae, naturae ab uno principio (Adamo) communicationem separari posse. « Beides geschieht umso vollkommener und wahrer,

indem das Weib nicht etwa bloss aus dem Fleisch, sondern aus dem Bein, also gleichsam aus dem innersten Wesen des Mannes gebaut wurde ». Sed eiusmodi fingi non possunt nisi status hominis praesens cum natura hominis confunditur.

64. Cum de hominibus individuis quaeritur, intellegitur eos, qui principium individuationis in materia ponant, vel qui velut E. Amort, Philosophia Polingana 1730 p. 111, individuationem desumi existimant « ab essentiae relatione ad seriem proprietatum, accidentium, effectuum ac circumstantiarum rem per decursum sui temporis involventium » non facile concedere posse, si Adam non peccasset, eadem individua nascitura fuisse quae peccato facto, itaque individua quae exstitere cum iis condicionibus quibus individualitas eorum determinaretur, necessaria fuisse ad ideam hominis rebus inserendam. Thomas Aq., Quodl. 5, a. 8 negavit fieri potuisse, ut idem filius nasceretur sive esset alius pater sive esset alia mater « sicut non est idem numero sigillum sive sit alia cera, sive sit aliud corpus sigilli, ex cuius impressione cera sigillatur ». Io. Duns. Sc. autem sententia (In S. l. 2 d. 20 q. 2 n 3) idem homo in numero non solum quoad animam sed etiam quoad corpus organicum potuit esse filius Adae et filius Abrahae; corpus organicum ad hoc, quod sit idem numero non requirit agens idem numero, licet requiratur ibi materia eadem numero, et tunc materia exsistente eadem induceretur a diversis generantibus eadem forma numero. Omnes qui nunc praedestinati sunt etiam sine Adami peccato nascituros fuisse opinatur. Io. de Bassolis, In S. l. 2 d. 20 q. 2 (Par. 1516 f. $119^b$) veri simile iudicat eosdem ac nunc homines futuros fuisse, si Adam non peccasset, non tamen tot condemnandos. « Illi qui sunt modo reprobi, non fuissent reprobi sed electi ». F. Suarez, De op. 6 d. l. 5 c. 4 n. 8 corpora alia fuisse futura, animas easdem arbitratur; praecipuum eius argumentum est (n. 11) : « Quando {Deus} decrevit Adamo et in ipso toti eius posteritati iustitiam sub tali peccato conferre, non confuse tantum posteritatem concepisse putandum est, sed distincte in talibus personis; ergo eaedem personae quae nunc illa privantur, eandem obtinuissent, si primus parens non peccasset ». Cf. B. Mastrius, In l. 2 d. 4 (q. 2. a. 2) n. 37-42; Ch. Billuart, De op. 6 d. d. 6, a. 1.

65. Ab hac quaestione de individuis segregari potest alia de numero individuorum et quaeri, utrum saltem is in idea hominis concipienda iam determinatus fuerit an liberae hominum in statu normali positorum voluntati sit relictus, usque ad eum progressus humani gradum quem consecutus homo ab his citimis discederet. Eadem quaestio de statu redemptionis proponi potest. Nam illud certe dici potest, si homo redimendus non fuisset, generationem non fuisse futuram (cf. F. Michelis, Kath. Dogm. p. 206).

66. Iam ut indicemus quid ipsi sentiamus, etsi hic ab argumentis

postea afferendis abstinemus, manifestum nobis videtur primum esse necessitatem prolis in corpore humano eodem modo mortalitatem sequi atque in corporibus brutorum; nulla enim differentia essentialis inter haec statuenda est. Mortalitas autem, mors in natura occurrens, corporum individuorum exsistentia continetur, quatenus studium individua formandi (id quod specie tantum fieri potest) cum praesenti saltem materiae condicione pugnat; nec aliter individuorum mortalium exsistentia conservari potest nisi prolis generatione. Sexuum autem differentia certe eo maioris momenti est ad prolem procreandam quo maior individualitas corporis apparet. Tamen physiologice necessaria sexuum differentia non est ad prolem efficiendam. Vis eius alia sit necesse est. A. LALANDE quidem, La dissolution opposée à l'évol. P. 1899, 140, censet : Le mélange, et par conséquent la désindividualisation des deux éléments composants sont tout l'essentiel de la fécondation. Sed natura differentiae hoc modo non explicatur. Altius repetenda videtur esse, inde ab elementi passivi et activi prima differentia, quae est inter spiritum et materiam. Certe autem negandum est eam nihil aliud esse nisi acris de exsistentia pugnae effectum (L. P. KEČETKOVA, Vymiranie mužskago pola v mirē rastenij, životnyx i ljudej M. 1915 etc.).

67. Porro, ut statim aliquid dicamus de rebus, quae quaestione hac tanguntur, sententiam eorum veram iudicamus qui aiunt in statu, in quo habita lapsus angelorum ratione Adam positus erat, genus humanum etiam peccato non commisso et tentatione victa generatione sexuali evolvendum et explicandum fuisse « bis zum Ziele der ewigen Vollendung hin, welches der Fortpflanzung nicht mehr bedarf, aber darum die ideale Bedeutung des geschichtlichen Gegensatzes nicht aufhebt. Dann würde noch wohl die Realisierung der Idee des Gottmenschen als Abschluss und Vollendung des Schöpfungsgedankens stattgefunden haben ». F. MICHELIS, Kath. Dogm. 1881 p. 190; cf. p. 143; Entwicklung d. beiden ersten Kap. d. Gen. p. 87-8.

68. De multitudine hominum individuorum ad unitatem notionis materiae propriam redigenda verum est corpus humanum animale ab idea hominis esse alienum; pugnam enim continet inter individualitatem ac naturam mortisque germen insitum habet. A priori igitur coiciendum videtur esse totam creaturam corporalem vere compositam ac formatam corpus generis humani ac singulorum debere esse. Quapropter M. GEORGEL (in Annales de philos. chr. 1900 t. 140 p. 517) ait in caelo corpora humana unum corpus futura esse cum corpore Christi; quae sententia facile ei probari potest, qui considerat quomodo eucharistia cum corporum resurrectione coniungatur (IGNAT. Eph 20, 2; IREN. 4, 18, 5 etc.). Potestne autem fingi sive naturam universam formari ita, ut non dividatur nec multitudinem individuorum exhibeat, sive singulorum hominum personalitatem etiam ex parte corporis (nam

in notione hominis unum ego constituitur anima et corpore) conservari cum omnes unum corpus sint? Certe res est intellectu difficilis. Tamen, cum divinitus cognitum habeamus idealem generis humani perfectionem quam in caelo consequetur futuram non esse nisi aliquo modo omnes homines unum corpus sint, arcani ratio hic ad negandam sententiam non sufficit. Constat in Deo in quavis persona substantiam esse totam nec tamen esse nisi unam substantiam; hoc mysterio mysteriorum vita hominis continetur.

69. Age, a quaestione quae est de ideali hominis natura ad quaerendum de natura decreti eius liberi transeamus, quae ex idea liberae creaturae colligitur. Manifestum nobis videtur esse singulos homines, cum genus humanum aliquem numerum animorum liberorum complectatur, debere suis decretis Dei partes sequi. Dubitari facilius potest, num decretum liberum esse possit, quod ab aliquo alio, qui caput nostrum constitutus sit, editum nobis imputetur vel quod a genere humano ut universo edatur; atque utrum homines ut singuli vere liberi sint libertate indeterministarum an solum genus humanum ut universum. Veram libertatem non solum universo generi humano tribuendam esse sequi videtur, si Adamum unum ex hominibus fuisse, non naturam humanam universam, tenetur; is enim liber fuisse creditur nec id rerum perturbationi angelorum lapsu effectae tribuendum esse existimandum est; tanta enim mutatione idea ipsa tolleretur. Decretum aliena voluntate liberum ad munus singulorum implendum sufficere illi videntur putasse qui Adami peccatum nobis vere ac proprie voluntarium fuisse dixerunt; non est enim cur tentationis victoria posteris eius tribui non potuerit iisque caelum parare, si peccatum iis tributum est. Anselmi Cant. sententiam (Cur D. h. l. 1 c. 16) iam cognovimus. Differt ab ea opinio eorum qui ob Greg. M. Moral. 4 docent in statu innocentiae (i. e. si Adam non peccasset) nascituros non fuisse nisi praedestinatos (vel non peccarent, vel saltem condemnandi non essent, sed, si peccarent, gratiam reciperarent, ut modo praedestinatis fit : B. Mastrius In l. 2 d. 4 n. 35) vel etiam omnes a peccato liberos futuros fuisse, quemadmodum B. Maria V. libera fuit. Cf. Thomas Aq. S. th. I q. 100 a. 2 ad 1; In S. l. 2 d. 20 q. 2 a. 3; Quodl. 5 n. 8; G. Durandus, In S. l. 2 d. 20 q. 5 a. 3; Io. Maior q. 1; Gabr. Biel q 1. a. 2; Io. Duns Sc., Guil. de Rubione, Io. de Bassolis, Guil. de Vorrillong, Petrus Tartaretus etc. In S. l. 2 d. 20; Franc. de Pitigianis, In Gen. f. 454 c. 3. Nos hanc opinionem non magis comprobare possumus quam Anselmi sententiam. Falsae innititur peccati originalis explicationi. Nostra explicatio simpliciter a solidaritate quam dicunt proficiscitur a posteris Adami resarciendum seu redimendum seu compensandum erat peccatum eius qui cum iis communitate officiorum ita coniunctus erat, ut cuncti pro singulorum rebus rationem deberent. Ut clare pateat nostra opinio non dubitamus praeter consue-

tudinem commentis immorari, protestantes aliam vim nisi sententiae nostrae aperiendae seu illustrandae eam considerationem non habere. Fingamus igitur genus humanum totum simul esse creatum in statu qui cum idea plene conveniebat. Etiam tum unusquisque redimere deberet peccatum cuiuslibet alius hominis. Redemptio autem fieri potest actione contraria tali, quae ipsa debita non sit; hoc ita fieri potest, ut redempturus in eum statum descendat, in quem qui peccavit deicitur vel certe in statum suo inferiorem. Itaque in ea condicione quam finximus peccatum redimi potuisset ab homine iusto posito in statu praesenti statui simili, etsi gratia supernaturali aut integritate non careret. Sane quatenus gratia supernaturalis ex idea Dei hominis pendet, non conferretur nisi Deo-homine aliquo modo in cursu rerum naturali interveniente, quemadmodum in Adamo, nec redemptio per homines fieri posset sine Deo-homine. Tamen homines ipsi compensare potuissent nec solum iusti finem consecuti essent, sed ceteri quoque, propter consociati corporis naturam, quae postulat, ut conversio ad Deum fiat a toto hominum corpore, salvari potuissent, nisi reiecta compensatione ab aliis facta solidaritatis expertes fierent, similiter ac nunc redemptione facta singuli non decreto quo ad Deum se convertunt salvi fiunt sed condicionibus implendis quas Christus praescripsit iis qui in suo corpore recipi ac manere volunt. Differentia esset in natura condicionum, cum in statu paradisi educationis, auctoritatis, aliorum voluntatis aut nulla aut alia vis fuisset, singuli magis sui iuris fuissent. Quodsi quaeris cur simplex homo post Adami lapsum peccato redimendo impar fuerit, respondendum est eum statum paradiso inferiorem occupare iam non potuisse, reliquum fuisse, ut hic status propter coniunctionem cum Deo fieret iusto humilior; humilior factus est Deo-homini et fit per participationem iis qui corpori Dei hominis inserti sunt. Humilior autem fuit Deo-homini quia homini Deus uniri debuit postquam genus humanum finem consecutum esset. De hac quaestione praeter alios audiri potest Fr. Suarez, De incarn. d. 4 s. 7 qui tamen ad quaestionem explicandam aliunde, non e notione creationis accessit (1).

70. Quodsi in explicando peccato originali solius effectus ratio habetur (non culpae, etsi rem improprie voluntariam in Adamo nobis fuisse conceditur) ac necessitas redemptionis hominum corpori Dei-hominis inserendorum, simpliciter inde repetitur quod hominis sit vin-

(1) Hac sententia exposita necesse vix est ostendi quam inutiliter mysteria fingantur a V. Iv. Nesmēlov, Nauka o čelovēkē[2] II 334, notionibus confusis. Is enim ideo Deum hominem fieri debuisse putat, quod etsi ei origo mali crimini dari non possit neque ipse culpam hominis praestare queat, tamen solus sit capax recipiendae in se originis mundi. На основаніи своихъ творческихъ отношеній къ міру, Онъ во всѣхъ преступленіяхъ грѣшнаго міра благоволилъ обвинить Себя самого какъ Творца всего міра.

cere diabolum, cumque ab eo victus fuerit, ante e servitute liberandus sit, quam vincere possit, idem dicendum videtur. Hoc enim munus certe rursus generi humano impositum esset, si unus ex hominibus cecidisset; nisi negatur solidaritatem quae in ordine empirico viget, in notione hominis contineri eamque postea additam esse dicitur, cum munere huius mundi corporei redimendi donaretur; nempe additam esse ideo, quod, si primus homo cecidisset, posteri per imitationem peccavissent et genus humanum periisset nec redimi potuisset, cum ratio solidaritatis cum Deo homine deesset. Sed hoc ab hominis idea integra discrepat. Si dicis : victo uno homine non genus totum, sed ille solus servus diaboli evasisset, ad solidaritatem explicandam, qua propter unius Adami delictum omne genus patitur aut Dei arbitrium ratione omni neglecta appellandum est, quae nulla est explicatio, aut res a physico generationis processu repetenda, cuius nexus obscuritas ipsa explicatione indigeret. A re intellegenda longe non abfuerunt qui, si Adam antequam paradiso pelleretur prolem habuisset, hanc quoque posterioris peccati eius effectus subire debuisse docuerunt (cf. RUP. TUIT., De operib. Sp. S. l. 3 c. 6).

71. Quae cum ita esse nobis videantur, sequitur ut dicamus, si in rerum ordine qui lapsu angelorum continebatur Adamus probum se praestitisset, Eva autem vel alius quispiam peccavisset (quod evenire potuisse AUGUSTINUS, De Gen. ad. lit. l. 9 c. 3 n. 6 M. 34, 395; cf. Retract. l. 1 c. 13 n. 8 M. 32, 605 certe sumit), futurum fuisse, ut eodem modo totum genus humanum redemptione indigeret ac nunc propter Adami peccatum indiget; quidquid FR. SUAREZ, De incarn. d. 5 s. 6, aliique de hac re iudicant (1). Quapropter posito angelos lapsos esse duplex tantum exitus erat in homine ad Deum convertendo. Aut nemo erat peccaturus aut salus hominum e redemptione pendebat, i. e. homines volentes corpori Dei-hominis inserendi erant insertique volentes perseverare debebant. Hinc explicatur, cur in nostro rerum ordine satis sit inseri illi corpori, ut ad caelum perveniatur, etsi nulla virtute id acquiratur; item explicatur, cur, ut aliquis salutem consequatur, necessarium sit homines duci ab hominibus sive educandos sive instruendos, ita ut proprium arbitrium parvi momenti sit. Denique explicatur, cur genus humanum redimi potuerit; non ideo quod peccatum minus fuerit (AUG., Op. impf. c. Iul. l. 6 n. 22; REMIG. LUGD., De tuenda scr. verit. c. 14); nec propter rationem hereditatis (ANSELM. CANT., Cur D. h. II 21); nec propter naturae empiricae difficultates ac molestias (ISID. HISPAL., Sent. l. 1 c. 10 n. 11) nec formaliter propter « préalable

(1) Cum Io. CHRYSOST., Hom. ad Neoph. (ap. AUG. M. 44, 658) dicit nos fenus auximus posterioribus peccatis, non videtur hoc pronomine singulos significavisse sed nos ut genus humanum, i. e. singuli non solum peccati originalis debitum porant sed peccatorum quoque quae postea in genere humano acciderunt.

solidarisation de Dieu avec nous » (L. LABERTHONNIÈRE in Ann. de phil. chr. t. 151, 1905-6, p. 530), sive hoc de munere redemptoris ab homine suscepto intellegitur sive aliter, sed propter solidaritatem hominum quae e notione coniunctionis spiritus cum materia fluit (cf. J. B. BALTZER, D. bibl. Schöpfungsgesch. I 1867 p. 426-7). Solum si omnes homines in statu normali positi periissent, nullam solidaritas copiam redemptionis praebuisset.

72. Restat ut pauca de hominis statu caelesti dicamus quem cum ideali convenire necesse est. Nec enim elevatione naturae natura tollenda est.

Hic nihil aliud agitur, nisi ut quasdam opiniones quae nostris conclusionibus opponi possint, a veritate alienas esse doceamus.

Omnino assentiendum videtur N. GLUBOKOVSKIJ cum scribit (Blagovēstie sv. apostola Pavla. Spb. 1905 p. 638) : Конститутивные ингредіенты земной организаціи сами по себѣ не могутъ перейти въ вѣчность и быть ферментомъ небеснаго дома. Neque teneri potest statum caelestem piam quandam (reliquiarum instar) rerum huius empirici status propriarum (velut circulationis sanguinis, leucocyton) conservationem ferre. Iam supra n. 61 vel scholasticos ab eiusmodi opinione abhorrere vidimus (BILLUART). Fore, ut quae inutilia essent tollerentur, etiam patres (velut ZENO l. 1 tr. 16 n. 14 M. 11, 385) dixerant. Certe enim status caelestis aliud est institutum quam monumenta rerum sive praeclare gestarum sive earum quas meminisse iuvat erigere, quorum usus ne apud huius quidem mundi homines cum sapientia magnopere convenit, qui minora non conservant nisi iuxta perfectiora, non monumenti conservandi causa perfectiora abicere solent.

73. Neque fingendum est quod TERTULLIANUS fingebat (De resurr. carn. c. 25 ; cf. Katholik 1860 p. 299 ss.) membra, quorum usus terrester a caelo abhorret, ibi alia munera esse obitura ; vel quod L. LESSIUS statuit humani corporis figuram cum omnibus membris prorsus necessariam esse ad id, ut homo pulcher vel etiam ut corporeus sit (De provid. num. l. 2 n. 58 : « hic enim est praecipuus illorum finis, constituere corpus perfectum »). Qui vir doctus ut homines in caelo cantare possent aërem in stomacho vel in hypochondriis apportatum vel corpus spirabile instar aëris postulavit, neve exsiccarentur nectaris usum necessarium duxit. Felicius de cantu scripserat GUIL. PARIS., De univ. p. I p. 1 c. 43 qui caelum christianum ab « errore saracenorum » removere cupiebat. Sane ignosci potest antiquis scholasticis, quod de natura corporis humani erudite non sentiebant. Argumenta autem eorum etiam theologica infirma fuisse negari non potest. Num quis PETRUM. LOMB. (S. l. 2 d. 30) sequetur opinionem de materiae mutatione e Mt 15, 17 et e corpore infantis in caelo multiplicatione materiae augendo impugnantem ? Nec firmiora sunt IACOBI BOILEAU argu-

menta, De sanguine corporis Christi post resurr. ad ep. 146 (nunc 250) s. Aug. P. 1681, qui in corpore caelesti sanguinem postulabat.

Iam Origenes his de rebus exposuerat modo qui a doctrinae progressu minus abhorret (Comm. in Ps 1, 5; Hieron. Ep. 84 ad Pammach. et Oc. CSEL 55, 126; cf. Kraus in Regensburg. Studien Programm 1859); cuius opinionem G. Scheurer, Das Auferstehungsdogma in d. vornic. Z. 1896 p. 81, negat per se esse reprehendendam. Inter graecos theologos posteriores Mich. Glycas a phantasiae impedimentis se liberavit, cum corpus caeleste neque carnem neque ossa habere enuntiaret (Sophr. Eustratides, Mikaēl toū Glukā eis tàs aporías tēs teías grapēs kepālaia t. II. Alx. 1912).

74. Ceterum etiam scholastici cum vulgo agilia et subtilia fore corpora docerent, vel mediae aetatis doctrina physiologica cogebantur ad statuendum aliquid in corpore humano mutari; auferri humores grossos (Duns Sc. In S. l. 4 d. 49 q. 14), cessare vim ponderis (Aug., De c. D. l. 22 c. 11 CSEL 40 II 615-8; Rich. de Med. In S. l. 4 d. 49 a. 4 q. 7 ad 1 Brix. 1591 p. 685). Unde progredi ad cognoscendum in corpore caelesti discrimen inter ponderabile et imponderabile non esse, haud ita difficile erat. Hoc modo vel scholasticis concludendum erat Christum non in ea forma ab apostolis visum esse, in qua in caelo versatur (cf. Nat. u. Offenb. X 481-5; Euseb., Ep. ad Constantiam M. 20, 1548); nam sine resistentia Thomas corpus tangens sibi persuadere non potuisset de re de qua oculis diffidebat; sed visum esse ita, ut in hoc statu videri posset; « non enim aliter eum cognoscerent, si notam eius formam non viderent ». Scot. Erig. De d. n. II 10; cf. V 20. 38. Haec eadem consideratio apud orthodoxos occurrit; quam imprimis M. Tarēev urgebat матеріальная тѣлесность въ Воскресшемъ остается для насъ непостижимой и наличность ея во всякомъ случаѣ не измѣняла существеннаго характера этихъ явленій какъ духовнаго общенія съ Нимъ. Xr. Čt. 1903 II 893; cf. Sl. l. th. I 134 (1). Io. Duns Sc. satis ostendit nullam oriri inde difficultatem quod non ita visus sit a viatoribus qualis fuerit (In S. l. 4 d. 49 q. 15 :... nec tamen etiam fuit illusio, quia certi erant quod ipse fuerit talis in persona...).

75. Idem fore corpus nostrum caeleste atque hoc terrestre patres passim docuerunt. Quaeritur quomodo sit hoc interpretandum. Origenis opinio paucos antiquitus nacta est patronos; praeter eum non solent afferri nisi G. Durandus et Io. B. H. Lacordaire; recentioribus tamen temporibus rebus naturae melius cognitis magis divulgari incipit (cf. L. Keel, Die jenseitige Welt III 229-37). Rationem e physiologia

(1) V. Nesmēlov, Nauka o čelovēkē II 1907 p. 400-8 aliud de Christi corpore statuit, aliud de nostris; nobis *nova* corpora convenire.

haustam hoc modo perstringit P. SCHANZ, Apol. d. Christent. 1887 I 248 : Der Stoffwechsel im Körper, welchen die Physiologen für je 3-7 Jahre annehmen, kann einen Anhaltspunkt für die Erklärung geben, dass die Gestalt und das Wesen das Körpers über den einzelnen Atomen und Elementen steht. Die Identität des Auferstehungsleibes muss sich also nich notwendig auf diese Bestandteile beziehen. Cf. A. TUBEROVSKÏJ, Voskresenïe Xristovo 1916, 331. « Sicut ex diversis, inquit L. BILLOT, De novissimis[2] 1903 p. 155, formis in eadem materia sibi invicem succedentibus diversa resultant individua, ita quoque, dum uni eidemque formae alia atque alia materia subicitur, unum atque idem permanet individuum. Alioquin, qui prius erat puer et nunc factus est vir, non esset idem numero homo. Addit autem : « Si quaeras, undenam materia illa realem aliquam relationem servet ad priorem personam, sitne nunc Titii vel Socratis secundum rem, magis quam individuorum in quibus erat antequam Titius ad exsistentiam veniret, vel a quibus in tertium transiit per generationem sive per accessionem nutritionis, puto te nusquam inventurum ». Cf. GODART, Physique de l'âme humaine 1775 p. 362 (1). Argumentum hoc a H. SCHELL absolvitur his verbis : « Die materielle Identität ist eines solchen Allmachtswerkes nicht wert ». (Kath. Dogm. III 849). Si anima (vel etiam, ut Schell opinatur, actus exsistentiae) est principium individuationis, dogma non postulat, ut tota materia corporis in hac vita cum anima coniuncti vel aliqua eius pars insit in corpore caelesti individuo.

76. Aliter rem explicabat Io. H. PABST, D. Mensch. u. s. Gesch. 1830, 163 : Der Leib des Menschen wie der Tiere ist nichts anderes als das eine allgemeine Naturprincip selbst, wie es sich in einem bestimmten Organismus sondert und schliesst, welcher Organismus in seinem *Wesen* derselbe bleibt, ungeachtet er als Erscheinung jeden Moment wechselt, und der nur in seiner Verbindung mit dem persönlichen Geiste zu dem eigentümlichen persönlichen Leib wird, — so dass, wenn sich die Natursubstanz wieder in dieser selben Weise, unter diesen selben Gesetzen mit dem Geiste vereinigt, derselbe frühere persönliche Mensch wieder dasteht, in welchem sich dieselbe Natur in derselben Form, mit demselben Geist und derselbe Geist mit derselben Natur in derselben organischen Einheit wieder findet. Alii ad explicandum quomodo idem corpus sit futurum in caelo, corpus quoddam medium, sive aethereum, sidereum, caeleste ut IAC. BÖHME, F. C. OETINGER, J. HAMBERGER, sive spirituale (Seelenleib FICHTE, DEUTINGER),

(1) Un corps n'est pas nôtre par l'individualité de nos éléments, mais par l'individualité de sa nature.. Les lois de la nature sont modifiées dans chaque individu, et c'est cette modification qui fait notre nature et qui nous approprie un corps; or il est évident que les lois particulières qui régissent aujourd'hui mon corps, pourront se rouver au temps de la résurrection.

sive corporis solum simile (eidolon : DAUMER) sive quocumque modo medium inter animam et corpus (VOGEL, ESCHENMAYER, LAVATER, SCHNECKENBURGER, AUBERLEN [afferens 2 Cor 5, 1-4], DÖDERLEIN, KAISER, RICHTER etc.; cf. J. R. OERTEL, Hades 1863 p. 55; H. W. RINCK, Vom Zust. nach d. Tode[3] 1878, 166 ss.) statuebant.

77. Patrum auctoritas opinioni recentiorum opponi magis videtur quam opponitur. De anima loquuntur desiderante corpus illud quocum in hac vita coniunctum erat. Hoc, si mutari corporis materiam negatur, ducit ad statuendum eandem fore materiam corporis caelestis ac terrestris. Reapse desiderium materiae post mortem dissolutae maius non est quam materiae tempore vitae abiectae; i. e. desiderium non est habendi easdem numero corporis particulas; neque desiderium esse potest habendi eandem formam, non magis quam papilionis habendi formam erucae; sed verum desiderium est habendi corpus idque, si hoc desiderium oculis nostris, hominum in his citimis versantium consideratur, habendi corpus non alienum; ne autem alienum corpus habeamus, ad hoc necesse non est abesse a nostro corpore partes quae ante centum annos in alieno corpore fuere; tamen, quamdiu species qua fluxus materiae tegitur oculos nostros tenet et veritas eos fugit, cum re quam enuntiare volumus, simul formam enuntiamus quae huic speciei innititur et hoc modo patres dicere videri possunt et affirmare quod nec affirmare nec dicere voluerunt.

78. Si urges quibusdam locis diserte contendi a patribus inter corpus empiricum et caeleste esse continuitatem, responderi potest, ea verba explicari consuetudine res caelestes modo rerum humanarum (seu anthropomorphistice i. e. ad modum hominis in hoc statu positi) concipiendi significandique, quemadmodum Christi ascensio in altum res nostris notionibus accommodata est, quae Ptolemaei systemati comminiscendo ansam dederunt (1). Si patres tamen quaestione clare proposita sententiam nobis contrariam professi sint, dogma a dogmatis involucro separandum est, quo illo tempore tectum erat.

(1) Cf. Recherches de sc. rel. VIII 1917, 141. — L. BILLOT, De novissimis thes. 13 § 2 (1903, 155 s.): Est relatio *rationis* fundata in hoc quod cadaver continuat *materialiter* et ad *sensum* suppositum prius exsistens. Quae quidem relatio rationis facit, ut communi omnium hominum consuetudine et usu in hoc numero cadaver semper habeatur ut corpus Titii, et pro tali in officiis sepulturae honoretur. Praebet quoque fundamentum cultus reliquiarum, qui totus relativus est, totus transit ad personam seu principalem illam personae partem quae identica permansit, i. e. ad animam. Veneramur reliquias sicut veneramur imagines... sed sicut omnes praedictae rationes nequaquam efficere possunt, ut corpora mortuorum non sint vere *individua nova omnino condistincta et condivisa ab individuis quae erant prius*, ita nec possunt efficere ut ad simpliciter dictam identitatem resurgentium in novissimo die, necessaria sit assumptio materiae nunc signatae in hoc potius quam in alio quocumque sive individuo sive individuorum aggregato.

Vidimus negata iure continuitate inter partes materiae quae nunc animae uniuntur et partes quae in caelo eidem coniungentur non negari unum idemque corpus fore in terra et in caelo. Tamen continuiatem inter hoc empiricum corpus et materiae statum gloriosum negari necesse non est. Etenim dici potest hominem transeuntem ex hoc statu materiae, quem percipit, in statum qui eum latet sed qui subest phaenomenis, ex materiae divisione in eius unitatem, non novas partes induere sed unam illam materiam ex sua parte amplecti; continuitas igitur erit ea fere, quae est inter partem et totum; quae continuitas etiam augetur aliqua ratione, si tenetur illud quod anthropomorphistice dicitur corpora in fine mundi resurrectura, intellegi posse ita, ut statum gloriosum non sequi materiae statum empiricum sed simul cum eo esse statuatur.

79. Quae de patrum doctrina diximus, eadem fere de conciliorum decretis dicenda sunt. Ac priora quidem decreta (Denz. Ench.[11] n. 287; 347) facile ita explicari possunt, ut significent materiam corporum caelestium non aliunde sumi nisi e terra (cf. L. Billot, De nov.[2] thes. 13 § 3 p. 158). Concilium autem later IV. (Denz.[11] n. 429) plus videri potest dicere verbis : « propriis quae nunc gestant corporibus ». Tamen manifestum est hoc esse ita interpretandum, ut mutari materiam in corpore humano non negetur. Cf. L. Billot, De nov.[2] p. 159.

## V

## De malo physico.

80. Malum definiri potest id quod discrepat cum eo quod esse debet. Debere hic significat postulatum ordinis, non necessario officium. Malum igitur pugnat cum ordine, est « a want of harmony » (C. E. Rolt, The World's Redemption p. 161). Iam quaeritur : quid debet esse, quid postulat ordo ?

Duplex res postulatur : 1) id quod nobis est bonum. Nos autem felices sumus, si Dei res bene aguntur, si amatur, si honoratur et si nos ipsi volumus id quod Deo bonum esse credimus. Nihil aliud bonum nobis esse statui potest. Quae enim extra illa desideramus, desiderare non licet, nisi Deus ea velit, i. e. nisi vere Dei bonum sunt.

Facile intellegitur nobis multa alia bona videri posse, item ea quae vere bona sunt, mala videri posse. Qua de re egregie dicit Vl. Solovjev, Istoriïa i buduščnosti teokratii I 1887 p. 178 : Само Божество всегда остается тѣмъ что оно есть — любовью; но лишь духовно-совершеннолѣтныхъ можетъ Богъ ввести въ совершенный свѣтъ своей любви; а на духовное

младенчество Онъ необходимо дѣйствуетъ какъ сила и власть, на духовное отрочество какъ законъ и авторитетъ.

Sunt qui malum aliud non considerent nisi malum nobis, acsi ad mali naturam respectus ad nos pertineat; velut J. Royce, Studies of Good and Evil 1898 p. 18; Dan. Greenl. Thompson, The problem of evil L. 1887 p. 3. 10. Nos non de hoc mali genere quaerimus, sed de altero.

81 2) Illud esse debet quod in se bonum est, quod cum idea divina convenit; velut honor Deo a rebus creatis redditus; altiorum locus superior; spiritus in materiam imperium etc.

De origine mali duobus modis quaeri potest: 1) quomodo ortum est id quod in mundo malum habetur, videtur? — 2) quomodo oriri potuit illud quod vere malum est (sive peccatum solum malum est, sive alia quoque)? Atque ad hanc alteram quaestionem responsum facile videtur esse, si nostram Dei notionem tenemus Deus auctor mali esse non potest. « Procul abeat haec tam immanis et scelerata persuasio, ut ille salus rerum Deus... aut aliquid fecerit claudum et quod eminus esset a recto, aut ulli rei fuerit miseriarum aut discriminum causa, aut ipsos actus, quibus vita transigitur et celebratur humana, ordinaverit, iusserit et a sua fluere constitutione praeceperit Arnob., C. gent. 2, 46 CSEL IV 84; cf. Tatian., Graec. 11; Iren. A. haer. 4, 29 n 1 s.; Tertull., Marc 2, 6 etc. Si quis sumit voluntatem divinam esse arbitrariam vel inexplicabilem, vel si fingit Deum permittere (vel etiam velle) mala ad patefaciendas virtutes suas, logice concludendum est Deum non esse bonum vel Deum esse partim bonum, partim malum, quem dualismum Böhme in Aurora (Amst. 1656) statuit.

Quae cum ita sint, cum dicimus mala esse, simul dicimus ea a libertate creata repetenda esse.

82. Esse mala vel e doctrina revelata disci potest vel ratione colligi, sive cum bonitate divina rem quae exstet, velut dolores inflictos insontibus, pugnare cognoscitur, sive in idea creationis rei locum non esse, velut morti in idea formationis materiae.

Creaturae condicionem praesentem integram non esse, ordinem aliquem superiorem perturbatum esse, maximi cogitandi auctores qui ante Christum fuerunt, ut concluderent, materialis creaturae et naturae humanae consideratione adducti sunt; Platonem dico (velut Phaedr. p. 244 D; cf. F. Michelis, D. Philosophie Platons II 292-4) et Aristotelem (cf. Knauer, Psychol. p. 59). Ambrosius, In Hex. l. 1 n. 31 « mala, inquit, esse in hoc mundo nullus sapiens denegavit ». Rariores sunt philosophi, qui velut G. W. v. Leibnitz malo suum locum in optimo mundo esse defendere conati sunt (1). Nolim tamen dicere

(1) Cf. B. Urbach, Leibnizens Rechtfert. d. Übels in d. besten W. Pr. 1902; O. Willareth, D. Lehre vom Übel b. Leibn., s. Schule... Str. 1898; A. Heubaum,

optimistas in genere raros fuisse inter philosophos (cf. JAMES SULLY, Le pessimisme 1882 p. 50 ss.).

83. Res est maximi momenti ad apologiam et quaestioni male vel non plene solutae tribuendum magna ex parte est, quod a viris doctis de religionis christianae veritate dubitatur. Negare mala esse non est optime defendere religionem. Aptissime J B. HEINRICH, Dogm. Th.[2] V § 267 p. 201, ad quaestionem de mali origine explicandam aggrediens monet : Wären wir auch nicht imstande alle Schwierigkeiten zu lösen, welche sich bei Beantwortung unserer Frage darbieten, so könnten und dürften wir dennoch an keiner der Wahrheiten irre werden, die durch den Glauben und durch die Vernunft über jeden Zweifel erhaben sind; noch dürften wir versuchen jene Schwierigkeiten durch Theorien zu lösen, welche mit Glauben und Vernunft im Widerspruch stehen... Denn dass Gott existiert, dass er allmächtig, allweise und allgütig ist, dass er alles erschaffen hat und regiert, ist ebenso gewiss, als dass die Übel existieren, dass sie wahrhaft Übel sind, dass insbesondere das sittlich Gute und Böse wahrhaft verschieden ist.

Quae conscientia communis tenet eadem sacra scriptura et patrum voce confirmari infra viderimus (1).

84. In investigandis malis omittimus mala ordinis moralis; de his enim nulla est dubitatio. Praeterea ea seligimus, quae saltem mala esse vere videntur, quae speciem habent rei ab idea discrepantis; nec omnia examinare in animo est quae unquam mala existimata sunt; velut a quaerendo abstinemus, utrum varietas, inaequalitas rerum per se intenta sit, i. e. secundum ordinem a Deo intentum omnes res creatas pari condicione esse oporteat (cf. ORIG., De princ. c. 7; EPIPHAN , Ep. ad Io. Hieros. M. 43. 386), an Deus in iis diverso modo ostendere voluerit bonitatem suam (GREG. DE VAL., Comment. t. I d. 3 q. 4 punct. 2). Certe differentia inter spiritus et materiam in ipsa creationis idea statuenda est; sed debueruntne spiritus inter se differre? Aliis hanc relinquemus quaestionem (cf. n. 24).

Singulas autem res quae malae videntur ita percurremus, ut primum

D. Auffassung v. d. Gottheit in ihrem Verh. z. Tats. d. Üb. w. d. 18 Jhd. Monatsh. d. Comenen. Ges. 1902 1 p. 35 64 etc. Cf. EPICTET. Enchir. 27 etc.

(1) Ex iis quae orthodoxi de hac quaestione scripserunt commemoranda videtur esse imprimis commentatio TIM. I. BUTKEVIČ in Vĕra i Raz. 1896-7 edita et etiam seorsim expressa Zlo, ego suščnosti i proisxoždenie. Cf. etiam S. S. GLAGOLEV, Sverxestestvennoe otkrovenie. . Xarjk. 1900, 372-86 etc. Praeterea commemoremus hic paucos libros quibus haec quaestio explicatur E. NAVILLE, Le problème du mal. Gen. 1869, in russicum conversus editus est in Prav. Obozr. 1870-1; ARSEN. GINS, Dissert. de perfectione huius mundi. Constant. 1779; W. KING, An essay on the Origin of Evil L. 1731; E. FISCHER, D. Problem des Übels u. d. Theodicee. Mz. 1883.

de materiae deinde de hominis malis quaeramus et num auctoritate vel ratione mala esse probentur videamus. Cumque mala ea esse cognoverimus, quomodo explicanda sint eruere conabimur : utrum 1) inde, quod Deus aliter mundum creare non potuerit, sive propter materiae naturam ipsam, rei quae, si mala evitanda essent, exsistere non posset et tamen ad universum opus pertineret, sive propter naturas rationis participes quae, si mala non essent, finem attingere non possent, sive quod creata, utpote finita, sine malo aut esse aut nasci non possent, sive quod universi concentus atque consensio malis carere non posset. Qua in explicatione aut mala esse conceditur, sed permitti posse ob bona maiora contenditur, aut vere mala esse negatur; negandum sane ab iis, qui malum disparitatis causa necessarium ducunt (cf. MARC. AUREL. Med. 6, 42; vel EPICT. Enchir. 27), si quidem primaria Dei voluntate nihil inordinati appeti potuit. Hos non in explicandis causis malorum sed in docendo ea esse audiemus. — 2) an malae alicuius potestatis interventu (cogitemus de manichaeis, priscillianistis, paulicianis DENZ. Ench.[11] n. 238; IUSTIN., Ad Autol. 2, 27; TERTULL., Marc. 1, 16.25.26; 2, 14) vel saltem aeternae materiae renisu (id quod gnostici quidam statuebant; cf. etiam MAXIM. TYRIUS, Diss. 25). — 3) an peccato originali sive ante facto sive praeviso. — 4) an lapsu angelorum.

### *a*) DE MALIS MUNDI CORPOREI

85. Duo genera rerum, quae hic mundus oculis nostris offert possunt non videri iusta : 1) mors et corruptio, inimicitiae mutuae et furor exitialis animalium, morbi ac fœditates etc. Animo non praeoccupato haec non videntur posse cum idea purae vitae convenire; quae suspicio etiam idealistarum animos invadit, cum cadaveri putrescenti occurrunt. « Ein Wehe klingt uns aus der Natur entgegen ; wir legen es nicht bloss dichterisch und phantastisch hinein. » PAUL GRÜNBERG, Das Übel in der Welt u. Gott. 1907, 36. — 2) res quae argumento sunt mortem necessariam esse ad id, ut materia vivat quibusque ostenditur hunc mundum repugnantia contineri (1). Nulla forma individua (omnis autem vita in hoc mundo formis individuis adnexa est) potest esse sine solido fundamento ; in quo iam inest semen mortis ; ubi solidatio vincit, mors sequitur. Protoplasma editis tegumento et nucleo extenuatur usque eo donec evanescat; quo facto cellula mortua est. Cohaeret cum

(1) F. MICHELIS, Entwicklung d. beiden ersten Kap. d. Gen. 1845, 77 Aller Organismus in der Natur ist begründet auf den Kampf des Individuums gegen das allgemeine Naturleben in den Elementen, und die Auflösung in die Elemente ist eben der Tod des Individuums, sobald dieses die innere Kraft verloren, dem Allgemeinen gegenüber in seiner Selbständigkeit sich zu erhalten.

ea re generationis necessitas i. e. tollendarum differentiarum singularium atque unitatis specificae restituendae; nec enim sine generatione species infinite propagari potest. Ad idem genus pertinet individuorum superiorum condicio, quorum vita morte inferiorum continetur (1) planta cellularum absorptione crescit, animal herbis vivit, aliud alio sustentatur. Cf. F. Michelis, Kritik d. Günth. Phil. 204.

Opus non videtur esse denuo monere notionem mali quam consideramus non esse malum nobis vel alii sed id quod cum idea rei pugnet. Quapropter inepte afferrentur contra nos quae J. Bonniot in Etudes 1888 t. 44 p. 431 his verbis enuntiat La mort n'est pas un mal pour l'être vivant. Car un mal s'attache à quelque chose, et quand le vivant est mort, il n'est plus rien.

86. Prius rerum genus ab omnibus cognoscitur ac sentitur, eoque generis humani commune de vita naturae inordinata et indecora iudicium continetur. Nec intellegentia philosophorum excutienda est ad hunc sensum probandum. Vl. Solovjev, Pisimo k grafu L. N. Tolstomu (Vopr. fil. i psix. 1905 I 242) his verbis rem significat Крайнее торжество враждебнаго матеріальнаго начала есть смерть, т. е. освобожденіе хаотической жизни матеріальныхъ частей съ разрушеніемъ ихъ разумной, цѣлесообразной связи. Смерть есть явная побѣда безмыслія надъ смысломъ, хаоса надъ космосомъ.

87. Verum alterum quoque genus omnium cognitioni patet, etsi non eodem modo haec rei repugnantia omnium (2) animos commovet. Morawski-Overmans, Abende am Genfersee[2] 1906 p. 67 s. paucis rem attingit « Ein hartnäckiger Kampf voll Verrat und Grausamkeit tobt unaufhörlich zwischen allen Geschöpfen. Hunger und Schrecken sind die beiden Hauptfactoren des tierischen Lebens. Selbst die scheinbar so ruhigen Pflanzen ringen miteinander um Raum, um Luft und Licht. » Altius rem perspexit Vl. Solovjev, Dux. osn. ž. (Sobr. soč.[1] III 275-6): Животныя потребности и отправленія сводятся къ двумъ главнымъ къ питанію для временнаго поддержанія жизни въ особи и къ размноженію для увѣковѣченія жизни въ родѣ. Основаніе всей животной жизни есть

(1) { de Saint-Martin }, Tableau Naturel des Rapports qui existent entre Dieu, l'Homme et l'Univers. Edimb. 1782 I 23 Pouvons-nous concevoir rien de plus difforme qu'un être dont la vie est fondée sur les vicissitudes, la destruction et la mort etc.

(2) Contra hac quam dicimus omnium opinionem tester citandi non sunt apologetae praeoccupati, qui rei veritatem adeo ignorare possunt, ut malum explicasse sibi videantur cum scripserint : wie eine chemische Verbindung sich auflöst, damit eine andere entstehe, so geht dat Individuum zugrunde, damit die Art erhalten bleibe. G. Esser, Gott u. Welt 1912, 162.

питаніе, цѣль ея — размноженіе. Если бы особь не питалась, то она не могла бы размножаться; но если бы она не размножалась, то ей не для чего было бы и питаться. Жизненная задача животнаго исполнена, когда оно вывело и выкормило свое потомство все остальное его существованіе служитъ для него лишь средствомъ къ этой цѣли. — Каждое поколѣніе и въ немъ каждая особь существуетъ лишь затѣмъ, чтобы породить свое потомство, но и это послѣднее существуетъ только для того, чтобы произвести слѣдующее за нимъ поколѣніе. Значитъ каждое поколѣніе имѣетъ смыслъ своей жизни только въ слѣдующемъ, т. е. другими словами, жизнь каждаго поколѣнія безмысленна; но если безмысленна жизнь каждаго, то значитъ — безмысленна жизнь всѣхъ. Это безмысленное существованіе называется « жизнью рода ». Но есть ли это въ самомъ дѣлѣ жизнь? Если каждое поколѣніе существуетъ только для того, чтобы погибнуть съ появленіемъ новаго, которому въ свою очередь предстоитъ такаяже гибель, и если родъ живетъ только въ такихъ непрерывно гибнущихъ поколѣніяхъ, то жизнь рода есть постоянная смерть, и путь природы есть равный обманъ. Цѣль здѣсь для каждаго полагается въ чем-то другомъ (въ потомствѣ), но и это другое само такъ же безцѣльно и его цѣль опять — въ другомъ, и. т. д. безъ конца... Родовая потребность есть потребность вѣчной жизни, но вмѣсто вѣчной жизни природа даетъ вѣчную смерть. Никто не живетъ въ природѣ, все только стремится жить и вѣчно умираетъ.

88. Mortem et imbecillitatem a mundi perfecta specie alienam esse antiquis traditum erat, cum mundus cum navigio fluctibus relicto conferretur, cuius gubernaculum gubernator divinus de manibus deposuisset cumque speraretur res in melius mutatum iri postquam deus qui mundum instituit ornavitque denuo ad gubernaculum consedisset, quae vitiosa et perturbata essent sanasset et composuisset ac mundum mortis et senectutis expertem restituisset. Plat., Pol. p. 269-74. Cf. O. Willmann, Gesch. d. Idealismus I 1894, 13 s.

89. Eadem est plana scripturae sententia. Sap. enim 1, 13-14 haec scripta leguntur : Ὅτι ὁ θεὸς θάνατον οὐκ ἐποίησεν, οὐδὲ τέρπεται ἐπ' ἀπωλείᾳ ζώντων ἔκτισεν γὰρ εἰς τὸ εἶναι τὰ πάντα, καὶ σωτήριοι αἱ γενέσεις τοῦ κόσμου, καὶ οὐκ ἔστιν ἐν αὐταῖς φάρμακον ὀλέθρου (1) οὔτε ᾅδου βασίλειον ἐπὶ

(1) « Un principe intrinsèque du mal ». Ce qui est mauvais dans les créatures provient uniquement du péché et de ce que S. Paul (Rom. 8, 20. 21) appelle « servitus corruptionis H. Lesêtre, Le livre de la Sagesse p. 31. — Смерть

γῆς. V. de hoc loco. N. N. Glubokovskīj in Xr. Čt. 1903 I 702-723 (1).
Verba perspicua videntur esse mors physica aliena est a consilio Dei creantis. Ut verba accipiantur prout iacent, nisi ratio inveniatur vim eorum contrahendi, omnis verae interpretationis praeceptum est. Nihil autem est, cur nostri loci vis contrahatur. Id non postulatur ratione contextus; quo nostra omnino interpretatio poscitur. Interpretes sumere solent Sap 1, 13 mortem comparari cum pernicie aeterna. Quod si placet, observandum est tertium comparationis situm non esse in status miseria vel in eo quod et peccato et morte status deterior fiat, verum in vitae excidio. Iam ad probandum Deum mortem hominis noluisse sententia adhibenda est, qua mors aut significet eandem mortem aeternam aut ipsam mortem physicam, seu vim conservet nativam, ut argumentum ex analogia duci possit; nequaquam autem nova significatio addi potuit nisi ad importandam notionum confusionem quae ad argumentandum apta non est. Qua ratione efficitur non illud agi a scriptore sacro, ut species non conservari aut res creatas eo non pervenire quo Deus voluerit negetur. Id certe alio modo significari debebat et facile poterat. Videtur autem illud Sap 1, 13 θάνατον οὐκ ἐποίησεν saltem aeque ad mortem physicam referendum esse (cf. Basil. Hom. 9 n. 7 M. 31, 345). Hoc modo locum etiam Glubokovskīj explicat : mors ad hominem aliter pertinet quam ad ceteras res creatas но это есть разность примѣненія, которое вездѣ обнаруживается крушеніемъ наличнаго и для духовно-разумнаго элемента будетъ нравственнымъ убійствомъ... Смерть столь же приходяща и для разумныхъ и для неразумныхъ тварей, хотя реализуется въ нихъ съ индивидуальными особенностьями соотвѣтственно разности самыхъ объектовъ. Si hoc modo verba accipiuntur, argumentum non ex analogia solum ducitur ac magis pugnant cum significationis obviae extenuatione.

Praeterea obici non potest (quod de Groot, Engelbreth attulerunt) voce pánta non universa quae nata sunt significari sed hominem solum. Nam obstat gár particula qua ratio sententiae v. 13 enuntiatae adiungitur; ratio enim in tautologia inveniri non potest. Hoc Io. Lorinus

проникла въ созданный космосъ и заразила его во всѣхъ функціяхъ тварнаго существованія. Это есть отрава « физическаго » бытія и для тварности и для каждой твари во всемъ реальномъ космическомъ выраженіи. N. Glubokovskīj in Xr. Čt. 1903 I p. 716.

(1) P. 710: Міръ вырастаетъ не изъ раздора въ сближеніи враждебныхъ стихій и открывался сплошною согласованностію цѣли, средствъ и осуществленія въ обезпеченіи и развитіи тварнаго бытія. Поэтому фактическая дисгармонія не свидѣтельствуетъ объ онтологическомъ дуализмѣ въ космосѣ и сама изобличается во вторичности своего возниковенія и возобладанія, почему не принадлежитъ къ чистой природѣ тварности и служитъ извращеніемъ ея.

(Comment. in Sap. Lugd. 1607), J. PH. BAUERMEISTER (Com. in Sap. Goett. 1828), C. L. W. GRIMM. (Comm. üb. d. Buch d. W. L. 1837), recentiores viderunt.

90. Frustra etiam F. R. TENNANT in J Th St II 1900-1, p. 219 (= The sources... Cambr. 1903, 125-6) affert sapientem nihil aliud dicere velle nisi quemadmodum Deus hominem ad immortalitatem beatitudinemque destinaverit, non ad mortem aeternam qua fine illo privaretur, ita mundum homine inferiorem donatum esse vi manendi in perpetuum, « each thing enjoying its natural span, without any inherent element of destruction to disturb the Creator's original appointment »; ita enim discrepantia cum Sap 2, 23 ab eo statueretur, ubi hominis cum Deo similitudo in immortalitate esse crederetur. Non magis comprobari potest C. GUTBERLET, D. Buch d. W. 1874, 75, sententia eidem rationi innixa, qui Lyranum secutus vocem εἶναι sensu accommodo accipiendam esse existimat ita, ut species manere significet; quasi Deus species quae in hoc mundo a nobis cognito inveniuntur, in aeternum conservare velit, vel sententia, qua Deum res manere velle donec eas manere velit enuntietur, rationem contineat pro v. 13 afferendam. Ad explicationem 1, 13. 14 nullius momenti est Sap 2, 23. Nullo enim loco sapiens quicquam dicit quod cum intellectu naturali loci 1, 13 pugnet nec ius est 2, 23 quicquam eiusmodi interscribendi. Neque enim dicitur similitudinem in sola corporis immortalitate consistere neque hominem solum mortalem factum esse prolapsione. Quodsi diceretur eum solum immortalitatis iacturam lapsu fecisse, tamen hoc ita considerari potest, ut ab omni alia re cogitatio sevocetur; quo facto dici potest etiam in immortalitate similitudinem sitam esse, etsi non negatur etiam reliquorum viventium mortem, quae in similitudine hominis definienda non considerantur, cum idea creatoris discrepare. Potuit etiam plane diversa rei contemplatio institui 1, 13 atque hic. Si hic natura, quae sub oculos cadit quaeque certis eventibus continetur, consideratur, certe homo cetera viventia immortalitate animi antecellit quae etiam corporis immortalitatem, quam perdidit, poscit. Denique etiam id, ad quod homo factus est, idea hominis, spectari potest : animalia quoniam non ex prima mundi idea nata sunt, destinata sunt primitus (secundum secundariam tamen naturae formandae ideam) ad brevem vitam singularem, homo ex idea sua natus est ad vivendum in aeternum nec secundariae ideae vitam debet. Cum sententia huius versus obiter tantum addita sit, mirum non est erui perspicue non posse quid scriptor de similitudine hominis senserit. Sed ab omnibus artis hermeneuticae regulis abhorret locum clarum obscuro conturbare. Sentitur autem etiam ab iis qui hoc modo rem secum non retractant, interpretationes quibus vis verborum naturalis extenuatur, quaesitas esse neque fingendum esse scriptorem ad sententiam suam probandam tales res meditatum esse.

91. Iam alterum scripturae locum afferamus. Rom 8, 19-22 Ἡ γὰρ ἀποκαραδοκία τῆς κτίσεως τὴν ἀποκάλυψιν τῶν υἱῶν τοῦ θεοῦ ἀπεκδέχεται. τῇ γὰρ ματαιότητι ἡ κτίσις ὑπετάγη, οὐχ ἑκοῦσα, ἀλλὰ διὰ τὸν ὑποτάξαντα, ἐφ' ἐλπίδι, ὅτι καὶ αὐτὴ ἡ κτίσις ἐλευθερωθήσεται ἀπὸ τῆς δουλείας τῆς φθορᾶς εἰς τὴν ἐλευθερίαν τῆς δόξης τῶν τέκνων τοῦ θεοῦ. Οἴδαμεν γὰρ ὅτι πᾶσα ἡ κτίσις συστενάζει καὶ συνωδίνει ἄχρι τοῦ νῦν. Hoc loco non agitur de homine. sed de mundo visibili universo; cf. M. I. Mack in Theól. Qu. Tüb. 1833 p. 617-20; J. B. Kraus, Die Apokatastasis d. unfreien Creatur 1850, 38 ss.; J. P. Briët, De Eschatologie of Leer der toekomenden Dingen II 1858, 355; T. Butkevič, Zlo, ego suščn. i proisx. 1897, 71 etc.; vel accuratius de mundo visibili rationis experte; cf. Will. G. T. Shedd, A critical and doctr. Com. up. the ep... to the Rom. N. Y. 1879, 252 etc. Quae a F. R. Montg. Hitchcock in The Expositor 1916 N° 65 v. XI 372-83 allata sunt, ad rem in incertum vocandam inania sunt. Naturae gemitus, si ulla verbis subiecta est vis, alio pertinere non possunt nisi ad res naturae quas omnis animus non praeoccupatus dolet; vel, ut ait Alb. Vogt (in Katholik 1911 II 253), ad certamen vitae, eiulatus ululatusque viventium; sed « auch im Reich der Pflanzen, die nicht seufzen, und der Steine, die nicht schreien, kurz in der ganzen Natur findet er {der Mensch} auch Unnatur, ein Walten von verderblichen Kräften, welche das von Gott erschaffene Leben schädigen, ein Zerstören der Naturzwecke durch die Natur » Th. Zahn, Der Brief d. Paulus an d. Röm.[1-2] 1910, 405 (1). Praeterea douleìa tēs ptorās, a qua ktīsis liberanda est, referenda aperte est ad » alles, was Tod, Fäulnis, Verwesung bedeutet ». L. Atzberger, D. christl. Eschatologie 1890, 377 (2). « Le règne de mort qui plane sur tout ce qui naît ne peut être l'état normal d'un monde créé par Dieu. » F. Godet, Comment. sur l'ep. aux Rom. II 186. A quo res solvendae sunt, id necessario iis adhaerere nequit nec earum condicio necessaria esse potest. « Wäre diese jetzige Ordnung die naturgemässe und darum zusagende, woher käme das Sträuben in die Schöpfung? Tod und Verwesung in ihr sind keine blossen Veränderungen, sondern tragen den Charakter von Folgen der Sünde an sich. » Al. Schaefer, D. Bücher des N. T. III 1891 p. 260-1; « The sickness, pain and death at work

(1) Similiter dicit Ia. A. Bogorodskïj in Prav. Sobes. 1905, 222 Что же это за стенаніе твари? Чѣмъ она мучится? Достаточно бросить общій взглядъ на жизнь неразумной природы, чтобы видѣть что здѣсь царитъ вѣчная неустаннаая борьба, взаимное истребленіе, война всѣхъ противъ всѣхъ. Все живое, раждаясь или поддерживая свое существованіе, почти всегда такъ или иначе подрываетъ или уничтожаетъ чтонибудь другое, живое же; одна жизнь оплачивается цѣною разрушенія другой жизни, etc.

(2). Cf. P. Ia. Svētlov, Kurs apologetič. bogoslovïia[2] 1905 p. 230 Павелъ говоритъ, что вся тварь несетъ на себѣ бремя тлѣнія и разрушенія.

in the animal world are no part of God's original plan, but are connected with human sin ». C. E. ROLT, The World's Redemption p. 163. Haec est loci interpretatio quae menti legentis necessario occurrit (cf. FILARET [DIM. GRIG. GUMILEVSKÏJ], Prav. dogm. bog. 1864 I 230); eadem accurata loci consideratione confirmatur.

Exposito primum sententiarum loci ordine deinde quae, ne ex eo argumentum ducamus, afferri possunt dispecturi sumus.

92. Paulinae orationis insolentia multi interpretes in errores inducti sunt. Difficultas loci perspiciendi certe parva non est; id quod vel interpretationum numero ac varietate intellegitur, quae ad interpretum bonam mentem probandam aptissimae non sunt quibusque Paulo series sententiarum tribuitur quam ipsi verba facientes vix unquam componerent (1).

V. 14-17 : Filii Dei sumus, quatenus spiritu agimur; proinde vivendum est secundum spiritum, non secundum carnem, v. 12. — Obiter dicitur in probando v. 14 : Erimus klēronŏmoi Christi, quatenus patimur sicut ipse, ut glorificemur sicut ipse. Cum hoc obiter dicto reliqua conclusionis, quae in v. 12. 13 inest, conectuntur : vivendum est secundum spiritum, non secundum carnem : logĭzomai gàr (v. 18). Ibi Paulus Romanis considerandam proponit futuram gloriam, ut humanam vitam inde intueantur. Paraphrasi utor ad explicandum modum quo sequentia inter se conectuntur Reputate quaeso vobiscum naturae luctatio universa solum tali spe explicatur et, quod animadvertendum est, spes illa eadem est atque ea qua animos nostros in molestiis excitari oportet : nostram ipsorum gloriam dico (ita ut etiam ad mundum pertineat compatiendi cum conglorificatione colligatio). Nam mundi sors hominis sorti alligata est. Vanitati subiectus est — neque enim naturalis vanitas haec est, sed secundariae Dei legi tribuenda — ut per hominem ad aeternum finem adduceretur. Agite vero, constituamus nobis ante oculos singultus laboriososque nisus (convulsions douloureuses : C. TOUSSAINT) quos hucusque exhibuit! (Vv. 20 et 21 igitur interpositi sunt et uncinis includendi; pars sententiae v. 22 significatae iam anteoccupata quasi fundamentum v. 19 est et logice anteponenda erat; in v. 20 enuntiatione finali, quam exspectabamus, applicata ad interclusionem verbis ep' helpĭdi atque mutata in enuntiationem qua quid speretur significatur, structura sermonis simili modo integritate sua privata est atque in totius loci amplitudine eo quod versus 18 ad v. 16 applicatur versu 17 ei coniunctus.)

Neque vero vita humana in terris recte intellegitur, nisi exspectatio atque cupiditas futurae gloriae; natura enim vitae christianae tota in spe est sita. Etsi enim Spiritum S. iam in nobis habemus et ita tantum

(1) Antiquorum coniecturas collectas invenies apud C. SCHLUETER in Nat. u. Offenb. XIV p. 125-33; 170-83; 200-11; 271-80.

nostras molestias, ut conscientia morali afficiuntur molestiis physicis naturae infantis opponere possumus, tamen eum non videmus ideoque spei nostrae est, patienti animo exspectare. A Spiritu autem instantissime flagitatur.

93. Obici contra ea, quae ex hoc loco de secundaria, non legitima mundi formatione concludimus, possunt haec : Nihil aliud eo loco dici quam : naturam in statum gloriae evehendam esse; quare si quis eam loquentem inducat, desiderium gloriae ei tribui posse; quodsi quis v. 20-21 potius aliquid vitiosum quam mere naturale significari suspicetur, certe naturam in famulatu hominis scelesti esse eique quamdiu eius serva sit, fastidium huius famulatus ac servitutis exuendae desiderium tribui posse ab eo qui rem inanimam animo donat. Hoc, ut opinor, F. PRAT dicere volebat, cum scriberet (La théol. de s. Paul[6] I 1913 p. 330) Il se fait seulement l'interprète des vœux de la création, certain que l'état violent où le péché l'a mise, cessera au moment marqué pour notre transformation glorieuse. Similiter M.-J. LAGRANGE, Saint Paul Epître aux Rom. P 1916, 209, loquitur.

94. Pauli sententias non esse hoc modo in poëtica commenta resolvendas vel diluendas (1) his argumentis nitimur

*a*) sententiis quae ab eiusmodi interpretibus Paulo tribuuntur, locus nullus est in contextu.

Nam *α*) si cui placent opiniones hucusque ad contextum explicandum propositae (quo argumento ad hominem uti nobis licet adversus eos qui loci contextu non exposito effugia illa quaerunt), manifestum est sententiis quae tum Paulo tribuuntur probari id non posse quod probandum fuisset :

I. non certitudinem, firmam spem futurae hominis gloriae. Multi enim, velut CORN. A LAP., BEELEN, DE WETTE, H. A. W. MEYER, B. WEISS, CORNELY, γάρ particula v. 19 rationem certitudinis eius aperiri (alii, quod idem est, rationem veritatis eius, velut BRUNO, CATHARINUS, C. TOUSSAINT) referentes eam particulam ad participiale additamentum v. 18 non ad totam enuntiationem. Si hoc tenetur, perspicuum est non posse re minus nota notiorem probari, si ratio credendi eadem est; solum si mundi corporei contentio atque ardor aliunde atque e revelatione cognitus est, inde gloriae, qua homo ornandus est, argumentum duci potest.

95. II. non gloriae hominis futurae magnitudinem. Haec quoque multorum est coniectura contextum explicantium (velut IO. CHRYS.,

(1) Poëtice Paulum loqui negandum non est (contra DIODORUM). Sed alia est poësis qua sua quisque sensa rerum naturae affingit, alia qua poëta veritatem assequitur. Cf. FRÉD. GODET, Comment. II 187; SANDAY HEADLAM, A critical and exeg. comm. on the Ep. to the Rom.[4] Ed. 1900, 207.

Theodoretus, Tho. Aq., Calvin, Estius, Agus, Tholuck, Hofmann, Mac Evilly eam proponunt). Ut Paulus magnitudinem hanc docere voluisse videri posset, hoc fere modo argumentum adornandum esset : ecce universus mundus eo quod homo gloriam obtinebit, suam gloriam consequetur ac plenitudinem deliciarum nobis suppeditabit. Negare tamen nolumus Paulum hoc argumento omisso aliud, quod non ita in promptu esset, arripere potuisse omnia quae sub aspectum veniunt expetere sitienter hominis gloriam, ergo facile intellegi posse rem agi maximam; in quo afferendo obiter eum Romanos docere potuisse, cur tale desiderium mundo tribuendum esset. At num dicere potuit. licere nobis, si ex iis quae revelata sunt, concluderemus, poëtice fingere omnem creaturam gloriam hominis desiderare, ergo credendum esse summam fore hanc hominis gloriam? Hoc solum urgemus abstinentes a quaerendo, num illa argumenti species in se probabilis sit ac mittentes verbo apekdĕketai sententiam v. 19. artissime coniungi cum v. 23, ubi de probanda gloriae magnitudine cogitari vix possit, neque ea quae Paulus a proposito digrediens de Spiritu exponit intellegi posse, si illud sumatur. Sane si quid probare volumus, ita argumentari solemus, ut rem qua nitimur ipsam enuntiemus, non eius conclusionem; multo minus autem conclusionem eam quae, si in se ipsa consideratur, commentum poëticum sit. Itaque credendum non est Pauli de desiderio et exspectatione verba quae maxime excellant sententiam significare casu quodam loco insertam. Quae cum ita sint, mirum non est, iis qui hoc argumentum Paulo tribuunt argumenti ei ob oculos versantis summam distortionem in enuntiatione concedendam esse (idem de priore explicatione dicendum est). Assumptionem enim quam R. Cornely concipit verbis « atqui haec eius institutio cum glorificatione filiorum Dei intime est conexa neque locum habebit, nisi quando filii Dei ipsi completam suam gloriam consequentur, dicendum esset significari subobscure in eadem enuntiatione in qua propositio — ex revelatione scimus creaturam, quae ob hominis peccatum in deteriorem condicionem deiecta est, in integrum esse restituendam — latere dicitur (v. 19); et illud quod obiter tantum in eiusdem propositionis enuntiatione relativa commemoratur, gar particula introduci et copiose exponi, cum caput non enuntietur nisi ex parte idque per ambages. Pauli cogitatio ad excelsa sublata aliquid horridi fert, tamen etiam in hac re leges certas modumque agnosci oportet nec sine rei necessitate scriptorem imperite loqui fingendum est, praesertim si nulla afferri potest ratio ob quam aversus sit a modo rem logice exponendi quem in ratiocinio v. 14-17 peritissime secutus est.

96. III. non consummationem nondum (extrinsecus) obtigisse. Hoc modo F. Godet contextum explicat, qui vir doctus ad hoc singulare statuendum pervenit, cum quid Paulus dixisset consideraret indeque quid probare voluisset colligeret. Si res ita esset, argumentum esset

hoc mundus gloria induendus est, atqui nondum indutus est; vel simul cum homine gloriam accipere debet; atqui homo gloriam nondum habet; ergo consummatio (hominis) nondum facta est. Si prior forma sumitur, expediri nequit, cur tandem gloriam mundi sorti humanae iunctam esse commemoretur; nec facile sumendum est revelatum esse consummationem nondum factam esse — nisi ita ut revelaretur eam non ante hominis gloriam esse futuram; sin assumptio experiendo cognita esset, verba poëtica v. 22 alia re contineri necesse esset ac notione revelata, quo posito ratio contradictionis tolleretur. Altera vero forma valeret idem ac $S_1 < P_1$; ergo $S < P$.

β) si cui nostra contextus explicatio probatur, interpretationi contradicentis locum non esse liquet.

97. *b*) dubium non est quin v. 22, cuius prima verba sunt oïdamen gàr vel rationem contineat, cur creaturam rationis expertem sorte mortalitatis affici velut onere non ferendo eamque ad libertatem anhelare dicatur, vel rationem contineat, cur Paulus de naturae exspectatione loquatur. Sive hoc sive illud statuis, tenere non potes hanc rationem, ut proponitur, e revelatione esse haustam (1). — Praeterea huius enuntiationis argumentum est res quae cuivis naturam rerum consideranti ante pedes posita est; oïdamen igitur non potest referri ad revelationem. « Un cri, inquit GODET II 187, de souffrance universelle, un soupir douloureux ne se dégage-t-il pas incessamment de toute la vie de la nature? » Cf. H. BUSHNELL, Nature and the Supernatural[4] 1859 p. 190. — Rursus : si quis rem revelatam his verbis significari putat, aut ei sumendum est apostolos talia omnibus christianis tradidisse aut Paulum credidisse omnes christianos talia collecturos esse ex iis quae cum evangelio percepissent. At utrolibet posito non apparet, cur Paulus Romanos docere voluerit. — Denique dicitur rem quam commemorat usque manere et hoc quodammodo urgetur; manere autem eam cernitur oculis, non creditur.

98. *c*) Tertium argumentum duci potest e vi vocum mataiotes et ptorà expendenda.

α) si interpretatio nostra reicitur, his vocibus significari putandum est

I. aliquid quod numquam iis significatur. Ptorà rerum caducarum, mortalium propria est, velut ap. Ies. 24, 3; Sap 14, 12; quare ei oppo-

(1) B. WEISS putat illud oïdamen gàr directo pertinere ad fulciendam libertatem futuram, quatenus gemitus illi frustra esse non possint; at hoc enuntiandum fuisset. Neque, si enuntiatum esset, locus revelatus ibi contineretur. — Num voce parturit significetur aliquid, quod non proxime sciatur sed philosophice (Cf. JAM. MAC COSH, The Method of the div. Govern.[4] 1885, 69. 73) vel theologice (« per parturitionem autem intellegitur ordinatio caelestium corporum ad eorum renovationem » THOM. AQ., In Rom 8 lect. 4) quaeri nostra non interest.

nitur aptarsia (quae cum doxa coniungitur : 1 Cor 15, 43; Rom 2, 7) 1 Cor 15, 42. 50; opponitur etiam zoē (quae, ut e 2 Pet 1, 3 cognoscitur, eidem doxei propinqua est) : Gal 6, 8; 2 Pet 1, 4 (quocum loco Ios. B. MAYOR Hebr 2, 14 comparat). Constanter usurpatur de corruptione physica, si unquam aliud quidpiam assignificatur, vocis vel litterarum similitudo in causa est. Nec tamen necesse est animi corruptionem intellegi ap. Gal 6, 8; certe autem non est illud, quod voce ptorā ibi significatur; non significatur ibi nisi corruptio physica; cf. CH. BIGG ad 2 Pet 2, 12b; 2 Pet 2, 19 omnino congruit cum Rom 8, 21. Ne pteiro quidem in N. T. ad significandam animi corruptionem adhibetur nisi ornamenti oratorii causa (fortasse 1 Cor 3, 17b : destruere corrumpendo — destruere; cf. Apc 9, 18). Restat, ut animadvertatur credendum non esse licere ob id, quod ptorā latius pateat quam tānatos, illi voci quamlibet significationem attribuere, quae mortis voci numquam affingeretur.

Quid mataiotes sibi velit vel ipsa ptorās voce explicatur, qua hic vox incertior mataiotetos definitur. Mātaion est aliquid quod ad nullum usum refertur vel usu suo privatur; hoc verborum genus praecipue usurpatur de vitae exstinctione : Ec 6, 4; 11, 8. Cf. ⟨EUAGR. ANT.⟩ In Rom 8, 20. Hic voce illa significatur « instability and perishableness » MAYOR, The Epistle of St. Jude and the Sec. Ep. of St. P. 1907, 177; cf. Apc. Baruch Syr. 44, 10.

99. II. aliquid quod significari iis non posset nisi per translationem admodum obscuram.

III. aliquid quod in mentem venire non potest nisi eius qui complexionibus otiosis delectatur; praesertim si illud, quod cum mataioteti coniungitur — hupetāge — consideratur. Animadvertatur velim quantopere a natura abhorreat eiusmodi laboriosa cogitatio.

IV. aliquid quod significari iis non posset, nisi opiniones, quibus talis vocabulorum usus contineretur, alibi expositae essent.

V. itaque aliquid quod iis significari coniectum non est nisi quod propter opiniones praeiudicatas (1) sensus obvius omnibus viribus repellendus videbatur.

De ptorā cf. e. c. CORNELY (« turpitudo et ignominia ») vel F. B. WESTCOTT (St. Paul and justific. 310 : « spoiling », « disappoints a happy promise »); de mataiotes TOLETUS (« opera servilia »).

(1) Videsis quomodo FR. TOLETUS contra Io. CHR. argumentatus sit (In Rom. Mog. 1603, 360) : Etiamsi homo non peccasset, immo etiam antequam peccaret, terra et elementa corruptionibus erant subiecta; nam et animalia et plantae generanda erant ac corrumpenda, quod non fit sine elementorum corruptione » etc. A. SALMERON, etsi animo praeoccupato ratus naturam non posse esse nisi naturam, nihil non legitimi in ea esse posse ita, ut consummatio, non redemptio naturae agi posset (p. 557). faciliorem exitum elegit : creaturam hominem intellexit.

β) si illud apostolus significare voluit quod animo quiete ptorâs voce utenti occurrit, aliud vocabulum reperire non potuit; tànatos enim ad partem, non ad omnia quae significanda erant, referretur.

100. *d*) quartum argumentum a patrum ac recentiorum interpretum consensu petamus; patrum dico eorum qui non proponunt manifesto falsa velut de voce ktìseos (1) vel mataiòtetos (= màtaioi : CYR. ALX.); interpretum dico eorum qui opinionibus praeiudicatis (velut CORNELY) non ducuntur. Consentiunt enim in vocibus mataiotetos et ptoràs ad ipsam rerum mutabilitatem et corruptionem referendis. Satis sit nobis nominare IO. CHRYS., THEODORET., SEVERIAN. ANT. (Ep. 27 ad Io., Theod., Io. ed. Brooks p. 255), « AMBROSIASTRUM », OECUM.; AEGID. ROM. (2), GUNDIS. DE LA CERDA (3), BERN. A PICONIO, NAT. ALEXANDRUM, F. X. REITHMAYR, AD. MAIER, I. BEELEN, A. BISPING, F. SUŠIL, J. AGUS, E. REUSS, F. GODET, R. A. LIPSIUM etc.

Sententiae hoc loco (Rom 8, 19 ss.) enuntiatae novae non sunt sed tralaticiae. « Jedenfalls wird hier ähnlich wie Sap 1, 13. 14; 2, 23-24 der Gedanke ausgesprochen, der Tod habe nicht im ursprünglichen Schöpfungsplan gelegen H. J. HOLTZMANN, Lehrb. d. neutest. Theol. II 1897, 43. Litteras autem Graecorum mysticas ad hanc eschatologiae paulinae partem ullo modo pertinuisse nihil prorsus est, cur

(1) Ktìsis = homines ORIG., AUG. Expos. n. 53, HUGO VICT. (q. 186), THO. VIO CAI., BAHRDT, E. F. CH. OERTEL, OLTRAMARE, KREHL, FROMMANN, F. R. M. HITCHCOCK; = christiani iusti : A. SALMERON, A. CATHARINUS (cf GREG. M. Mor. 5, 32); similiter BRUNO ( = ecclesia), AN. RIVET, B. H. BLASCHE, W. A. TELLER; non christiani : L. DÖDERLEIN (1788), J. S SEMLER (1769), M. WEISKE (1778), J. A. NÖSSELT (1785), J. BÖHME, SCHLEIERM., WETST., BAUMG.-CRUSIUS. Sed inde ab IRENAEO 5, 32, 1 (cf. ORIG., In Ezech. h. 1; TERT. C Herm. 11; ANON. Chiliasta In Mt XXIV fragm. Studi e testi XI 36; CYR. ALX. ; GREG. NAZ Or. 1 c. Iul; IO. CHR.; HIL., De Trin. l. 12; AMBR. In Hex. 4, 1 n. 4 etc.) nostra interpretatio (= creatura rationis expers; cf. Sap. 2, 6; 1 Tim 4, 3 s.; 5, 17 etc.) ab omnibus fere recepta est. Eaque sola teneri potest. Cf etiam B. WEISS 1899 p. 360 1.

(2) In Rom 8, 20 lect. 26. R. 1555 f $50^{a-b}$) : Sciendum, quod nunc quasi tota creatura subiecta est vanitati i. e. mutabilitati et per consequens corruptioni, quia omnis mutatio nonnulla mors est. Unde AUG. I de Triu. c. 1 : immortalitas est incommutabilitas {M. 42, 821}; eo ipso quod est subiecta mutabilitati, et {sic} subiecta aliqualiter corruptioni. Ab hac autem mutabilitate liberabitur creatura in die iudicii, quia tunc caelum quiescet ; tunc non erit amplius tempus, quia cessabit motus primi mobilis : tunc elementa non alterabuntur. Cessabit igitur huiusmodi transmutatio et liberabitur creatura ab huiusmodi mutabilitate.

(3) Commentaria in ep. d. P. ad Rom. Vlyssip. 1583, 183 Caelum sine intermissione movetur, elementa vero cum mixtis omnino sunt instabilia. Terra insuper cadaverum est receptaculum, tam bonorum quam malorum. Sed ab hac servitute corruptionis liberabitur mundus sicut praedictum est per prophetam dicentem (Is. 65): Ego creo... priora i. e. prior mutabilitas creaturae, ut ait d. Tho.

fingatur, praesertim cum malum naturae adventicium esse apud HERM. TRISMEG. (l. 1 c. 8 n. 3) negetur.

101. Aliis scripturae locis omissis hic libet commemorare Hebr 2, 14, unde Christum mortuum esse accipimus, ut morte destrueret eum qui mortis imperium habebat, i. e. diabolum, et 1 Cor 15, 26, ubi mors — sive hominum, sive universim sumpta — Christi inimica appellatur.

102. Ut nonnullos patrum locos solutos a locis scripturae a nobis expositis, afferamus, primum AMBROSIUM appellamus, qui In Hex. 1, 31: « Quid igitur dicimus? inquit, si enim neque sine principio est, quasi increata, neque a Deo facta, unde habet natura malitiam? Nam mala esse in hoc mundo nullus sapiens denegavit, cum sit tam frequens in hoc saeculo lapsus ad *mortem*. » Deinde AUG., Op. impf. c. Iul. l. 3 c. 147 M. 45, 1307 et THEODORUS, ap. THEODORET. In Gen. interr. 39. M. 80, 140) a paradiso mortem animalium afuisse existimarunt (atque etiam recentiores, velut FR. DELITZSCH, System d. christl. Apologetik 1869. 148-52 eos secuti sunt). ANASTASIUS vero SIN., Interr. 112 M. 89, 765 mortem ac diabolum pro synonymis habuit.

103. Patres et qui eos secuti sunt scholastici non solum mortem ipsam a iusto rerum ordine abhorrere persuasum habuerunt, sed diserte etiam ea quibus mortem naturaliter contineri putabant differentias elementorum, particularum divisiones, omnes naturae motus. Cf. quae n. 47 innuimus. MAX. CONF., Ambig. M. 91, 1104 A, mortis in mundum, quo homo circumdatur introitum his verbis significat ἐδρέψατο καρπὸν οὐ μόνον τοῦ σώματος τὴν φθορὰν καὶ τὸν θάνατον, ἀλλὰ καὶ τῆς ἐκτὸς καὶ περὶ αὐτὸν ὑλικῆς οὐσίας τὸ ἄστατον καὶ ἀνώμαλον. Ab elementorum varietate mortalitatem terrestrem ANAST. SIN. repetit, Viae dux c. 2 M. 89, 88 ὡς ἐκ τεσσάρων φύσεως στοιχείων συγκείμεναι καὶ οἱονεὶ στοιχείων πρὸς ἄλληλα ἐναντίως ἐχόντων, καὶ στασιαζόντων. Similiter a materiae unitate principali dissoluta eam repetit SCOT. ERIG., De divis. n. II 12. Motus, qui in mundo est, alienus est a perfectione naturae et cessabit in consummatione saeculi MAX. C. Amb. M. 91, 1392 (μετὰ τὴν τῶν κινουμένων στάσιν); THO. AQ., S. th. I q. 66, a. 3 de quadam servitute corruptionis et mutabilitatis loquitur, a qua mundi forma absoluta libera sit (sicut tota creatura corporalis exspectatur post resurrectionem futura) additque ad 1 corpora sensibilia sunt mobilia secundum ipsum statum mundi... sed in ultima consummatione gloriae cessabit corporum motus. EU AMORT, De pecc. orig. d. 2 q. 3 haec ait : « In altera vita talia agentia naturalia non dabuntur, quia cessat motus caelorum adeoque motus aurae aethereae, ex quo dependent motus omnium partium corporis naturalis Imprimis autem hac de quaestione audiendus videtur esse GUIL. PAR., De universo p. I p. 1 c. 40 qui descendit etiam ad ea quae inepte obiciuntur refellenda. Io. MALDONATUS, Traicté des anges et demons, P. 1605, 131 statum quie-

tis corporum caelestium post ultimum iudicium futurum omnibus christianis credendum esse censet.

Atque his satis expositum videtur esse de mortis in mundo praesentia. Age vero non sola mors nobis manum inicit, quominus naturae statum quem experimur cum primo Dei creantis consilio convenire putemus, sed aliae quoque res.

104. Occurrit imperfectio quaedam in corporum figuris adeo frequens, ut de industria formas omnibus numeris absolutas defugi dixeris. Cf. Fr. Lorinser, D. Buch d. Natur I Proleg. VII, 55-56. Etenim omnis materiae formatio speciem praebet continuae inter regulam et materiae quendam rigorem pugnae, qui et crystallis et corporibus viventibus apte fabricandis componendisque resistit quique impedit, quominus perfectio aliqua obtenta ultra, ut ita dicam, temporis momentum duret (E. Wasmann in St M L 30, 1886, 407; F. Michelis, Das Gesamtergebnis d. Naturforschung 1885, 379 etc.).

Imperfectioni huic adiungitur dysteleologia quam vocant seu ratio utilitatis turbata. A Lucretio (II 177-V 196) magnifice praedicata (« tanta stat praedita culpa) adhuc apologetas vexat utilitati reperiendae ubi non est frustra dantes operam (1), nisi ab ultima rei explicatione abstinent (cf. C. Gutberlet, D. mechan. Monismus 152 ss.; P. A. R. Janet, Les causes finales 1876, 313-48 etc.)

105. Maxime vero fallacia quam natura praebet purae integraeque rerum condicioni videtur repugnare. Cf. Nat. u. Offenb. XIV 348; Frank. Johnson, The Christian's Relation to Evolution. Chic.-N. Y. 1904, 90-1. Huc pertinet imprimis simulatio individui in corpore, quod homini ut persona occurrit gradu dumtaxat inferior, ceterum pari modo individuum atque ipse; simulationem dico, quam omnes, non solum cartesiani, agnoscere debent. Nam etsi negas saltem animalia subiecti sentientis unitate carere, certe dubium non est, quin aeque ac plantae ut individua nihil valeant sed solum ut species. Его единечная жизнь сама по себѣ не важна, дѣло не въ ней а только въ сохраненіи даннаго типа органической жизни, передающагося черезъ безконечный рядъ исчезающихъ особей Vl. Soloviev, Opravd. dobra[2] 1899, 186. Animal « не есть личность, оно только экземпляръ вида, и отличіе между этими экземплярами вида не существенно, такъ что всѣ животныя въ общемъ до однообразія повторяютъ другъ друга » P. Ja Svētlov, Kurs apologetič. bogoslovīia[2] 1905, 227.

106. Si honesti inhonestique ratio habetur, crudelitas, quae in viribus

(1) Nihil enim iuvat numerum membrorum inutilium hominis diminuere: sive 107 (R Wiedersheim, D. Bau des Menschen[3] 1902) sunt, sive 50, teleologica corporis humani explicatio manus victas det necesse est.

naturae dominatur, aliquid offensionis videtur habere. Cf. J. S. Mill, Nature, the Utility of Relig. and Theism 1874 p. 28-31; G. J. Romanes, Thoughts on Religion[10] (ed. Ch. Gore) 1904 76-80; T Butkevič, Zlo ego sušč. i pr. 1897, 30-1 etc. Quid enim sentiendum, cum bubonem vides modo immanissimo murem inermem sine ullo motu a parte postica vorare incipientem? Neque enim morsu mortifero utitur nisi ipsi utile est. Aut mus rei conscius est et quaeritur quomodo in mundo esse possint crudelissimi bubones, aut, id quod de crustaceis et insectis concludit Rev. Theodore Wood in Journ. of Transactions of the Victoria Institute XXV (The Apparent Cruelty of Nature) p. 257, conscientiam non habet et ficta animalium individualitas etiam ad conscientiae speciem gignendam progreditur, unde quaestio oritur, quomodo tanta fallacia in natura occurrere possit (De carabis cf. C. Vogt, Bilder aus d. Tierleben 1851, 323). Sane intellegitur doctorum virorum animos pios eiusmodi rebus considerandis adigi posse ad quandam « agony of mind » (cf. The Expositor 1901 s. VI vol. III p. 366), si nodum expedire nesciunt. — Crudelitati addi forsitan possint alia vitia velut quae in humanis a theologis ad sodomiam vel bestialitatem referrentur, in ranarum vita frequentissima.

107. Quae impudentiora ad unum quasi caput revocari possunt quo universa naturae vita insignitur : egoismum dico exemplo gravissimum. Non solum omnis species tendit « à conquérir l'univers en le ramenant à sa propre formule chimique ou à son propre type spécifique » (A. Lalande, La dissolution 1899, 79) i. e. ut ipsum individuum auctum absorbeat totam materiae formationem, sed etiam omnia unius speciei individua inter se de vita certant, « tous les individus s'efforcent de lier à eux les êtres qui les environnent, de les confondre en eux et de les absorber dans leur propre unité, afin que les subdivisions venant à disparaître, ce qui est séparé se réunisse; ce qui est à la circonférence revienne au centre... et que par là l'harmonie et l'ordre surmontent la confusion qui tient tous les êtres en travail ». {de Saint-Martin} Tableau Naturel 1782 I 39. Inde nascitur natura quae plus petit quam assequi potest. « What does it mean, for example, that the vital organizations are continually seen to be attempting products which they can not finish? Thus a fruit tree covers itself with an immense profusion of blossoms, that drop, and do not set in fruit. And then, of those fruits which are set, an immense number fall, strewing the ground with deaths — tokens all of an abortive attempt in nature, if we call it nature, to execute more than she can finish. And this we see in all the growths of the world — they lay out more than they can perform. Is this the ideal perfection of nature, or is there some touch of unnature and desorder in it? Is God, the Creator, represented in this? » Hor. Bushnell, Nature and the Supernatural[4] 1859, 188.

108. Considerantibus haec quaedam huius mundi cum peccato cognatio (vzaimnaja kongenialnosti N. GLUBOKOVSKIJ, Blagovēstïe sv. ap. Pavla I 1905, 802) se ostendit. Inveniuntur autem singula quaedam etiam daemonum vim referentia : flammarum furiosarum natura daemoniaca (cf. E. HALLIER, Aesthetik d. Natur 1890, 191-2) quae magis sensus percellit; serpentis habitus qui est index ac signum corporum rationis naturae humanae superiora appetenti oppositae, ad potestates inferorum conversae (cf. ČKD 1907, 604.606[90]; Sl. l. th. IV 211) (1).

109. Certe sine quadam inter utrumque propinquitate serpentis imagine diabolus significari in Gen 3 (etiam alibi; THEODORET. In Gen interr. 32 affert Is 27, 1; Lc 10, 19; cf. Apc 12, 9; 20, 2) aut poena, qua serpens post Adami ruinam affectus est, cum natura a Deo toti serpentium generi aliisque bestiis, quin toti mundo corporeo, quatenus insignia serpentis ab eo aliena non sunt, data convenire non potuit (2); et quia haec ratio neglecta est, incredibilia ab interpretibus inventa sunt (cf. F. SUAREZ, De op. 6 d. l. 4 c. 7 n. 6-12). Diabolum eo loco serpentis esse signum ap. D. PALMIERI, De Deo cr. 1878, 723-4 testimoniis confirmant Iustinus, scriptor Recognit , Theophilus, Irenaeus, Moses Bar Cepha (M. 111, 522.568), Basil., Ambr., Lucif. Calar., Epiphan., Io. Chrysost., Severianus Gab., Cyr. Alx., Cyr. Hieros., [Maximus Taur.], Leo M., Theodoret., Greg. M., Io. Euboeens., Beda, Fulbertus Carnot., Rup. Tuit., Bern.; idem etiam Rom 6, 20 (suntripei) commemorat. Cf. etiam Sap 2, 24; Io 8, 44 et B. F. WESTCOTT in h. l.; Apc 12, 9 et H. B. SWETE in h. l.; 20, 2; F. SUAREZ, De op. 6 d. l. 4 c. 1 n. 12; E. W. HENGSTENBERG, Christologie d. A. T.[2] I 1854. 6-23. Quomodo patres serpentem aeneum explicarint v. ap. GREG. NAZ. Or. 45 n. 22 et quid NICETAS dicat in h. l. M. 36, 653. De vi māla naturae serpentis voce significata cf. VL. SOLOVJEV, Istorïja i bud. teokr. I 1887, 180.

Simili modo diaboli signum est serpens apud theologos hebraeos (FR. DELITZSCH, Commentar üb. die Gen.[4] 1872, 139; F. WEBER, System d. altsynagog. palaestin. Theol. 1880, 211), apud Arabes (AL. MUSIL, Arabia Petraea III 1908, 324), Babylonios (tiamat

(1) Usus huius signi explicari non potest similitudine inter vitium irrepens in animum et animal repens, ut rem explicabat STRAUS-DURCKHEIM, Théologie de la nat. P. 1852 II 485; obscura est etiam H. BUSHNELL explicatio, Nat. a. t. Sup.[4] 208 : the poison of his sin, the degradation of his beauty under it, the possible abortion of his noble capacities and divine instincts.

(2) CASSIANUS, Coll. VIII c. 10 M. 49, 756 : Non enim tali vocabulo scriptura bonum angelum designasset, nec de his, qui in illa beatitudine perseverant diceret : serpens autem erat sapientior omnibus bestiis terrae. Cf. O. PROCKSCH, Die Genesis 1913 p. 37 Als Tier hat die Schlange etwas Dämonisches.

F. FELDMANN, Paradies u. Sündenfall 1913, 246-9), Aegyptios (E. AMÉLINEAU, in R. de l'hist. des Relig. LI 335 ss. LII 1 ss.), Indos (E. W. HOPKINS, The Religions of Ind. 1895, 94), Iaponenses (T. BUTKEVIČ, Zlo, 103) etc.

110. Mundi corporei defectio et corruptio quae ex his rebus colligitur et a communi hominum conscientia deprehenditur, multis fabulis adumbratur. Eiusmodi cum malo certamina mythica A. THOLUCK, D. Lehre v. d. Sünde u. v. Versöhner[7] Hmb. 1851, 224 recte dicit fuisse « der Ausspruch des Innersten des Menschseins, der die Vollendung und die Harmonie in der bestehenden Welt nicht findet und dieselbe daher am Ende der Welt und in ihrem Anfang sucht, und die Sagen von den Leiden und Kämpfen eines Göttlichen mit dem Ungöttlichen, Bösen, sie können ebenso der Ausdruck des heiligsten Gefühles und Bewusstseins des Menschen sein, dass alles Göttliche in dieser ihrem Wesen nach verderbten Welt nur durch Kampf bestehen könne, ja dass in dieser Welt eine feindliche Gewalt sei, stärker und siegreicher als das Göttliche, so dass dieses sich oftmals beugen und unterliegen muss, dass indessen dennoch, was aus Gott geboren ist, die Welt überwindet und dem Göttlichen die endliche Obsiegung gelingt ».

111. Si christianam memoriam consideramus, testimonia minime dubia animadversae multarum quae in hoc mundo visibili occurrunt rerum cum debita eius condicione repugnantiae inveniuntur. Bestiarum inimicitias, ferarum carnivorarum naturam futura fuisse negat AUG., Retr. 1, 10, si Adam non peccasset. Similiter sentiebant GREG. NYSS., Or. 2 M. 44, 284; BENED. PERERIUS, Comment. et disp. in Gen. Col. A. 1601 l. 4 n. 254-7; Alph. Tostatus (Abulens.), In Gen. 13 q. 262-72 (1613, 265-9), e recentioribus ANDR. WAGNER, E. W. HENGSTENBERG; atque etiam J. BALTZER putavit saltem Adamo crimini vertendum esse quod carnivora exstincta non essent (Die bibl. Schöpfgsch. I 436). Alii — contra ipsam de serpenti narrationem — bestias a paradiso afuisse dixerunt (RUP. TUIT., In Gen l. 3 c. 2 M. 167, 289). Spinas et venena esse propter Adami prolapsionem aiunt THEOPHIL., Ad Autol. l. 2, 17 M. 6, 1080, AMBROSIUS, Hex. l. 3 c. 11 n. 48 M. 14, 175, BASIL. Hom. 5 Hex. n. 6 M. 29, 105; CYR. ALX. ap. TOSCANI-COZZA, De immac. Deip. conceptione 1862, 36 : τοῦτο δὲ ἰστέον, ὅτι καὶ τὴν ἄκανθαν ἁμαρτία ἐγέννησεν...; IO. DAM., De f. o. l. 2 c. 10 M. 94, 909; BEDA, ALCUINUS, RABANUS M. etc.

112. Etiam magis quam patrum verbis sententia caerimoniarum ecclesiae percellimur. Nostra facimus quae ESTIUS hac de re dicit In Rom 8, 19 : « Ad quam vanitatem hoc quoque pertinet, quod creatura quae in usum hominum venit, magna parte permissa est potestati principis huius mundi. Propter quod et multae creaturae consuetudine fidelium benedicuntur et iuxta apostolum 1 Tim 4 sanctificantur per verba Dei et orationem, ut potestas diaboli per eas nocere parati cohibeatur ».

113. Ad argumenta quae, ut mala esse doceremus, e mundi natura sumpsimus, aliud extrinsecus petitum addendum est: dogma de interitu mundi Neque opus est considerare differentiam inter novum et antiquum mundum statuendam (ab illo enim ptorâ abest: Apc. Baruch Syr. 74, 2; AUG., De c. D. l. 20 c. 15; Io. CHRYS., In Rom h. 14; EUSEB., In Ps 101, 28; THEOD. MOPSU., In Rom 8, 21; THEODORET., In Gal 6, 15; cf. A. BURGOV, Pravoslavno-dogm. uč. o perv. gr. 1904, 174), rem solam ad concipiendam propositionem hic mundus interitui traditus est (Apc. Bar. Syr. 31, 5; 40, 3), adhibemus, atque assumimus: « omne autem quod destruitur, vanitas est » (ORIG., In Ps 38 v. 6 M. 12, 1400). Necesse est interitus mundi esse rationem; neque enim fingendum est Deum infantium ludentium instar (εὐθὺς μετὰ τὸ πληρῶσαι συγχεόντων τὰ πράγματα) opera sua destruere (GREG. NYSS., De an. M. 45, 205; NEMES., De nat. hom. c. 2 M. 40, 573). Cf. P. Ia SVĚTLOV, Kurs apolog. bogoslovïia[2] 1905, 230. Simile argumentum duci potest etiam inde quod Christus non hominem solum, sed etiam mundum redemit « in ipso omnia visibilia et invisibilia, h. e. sensibilis et intelligibilis mundus restaurata et in unitatem revocata sunt, adhuc in spe, in futuro vero in re... » HON. SOLITARIUS, Clavis physicae, Cod. Lambac. N. 102 f. 60 ap. J. BACH, Dogmengesch. II 303.

114. Argumentandi finem facturi miracula praesentis ordinis afferimus. Neque enim fingendum est miracula esse singulares ac disiectas potestatis divinae significationes, quae inter se non cohaereant; sunt effectus superioris ordinis seu legis prominentis in haec citima; quo vinculo inter se coniuncta sunt (P. I. LINICKÏJ in Trudy KDA 45, 1904 I, 150); qua ratione negandum est ea contra vel supra ordinem naturae inde ab initio intentum constitutumque fieri pro arbitrio; potius radii sunt ordinis aeterni ad nos non aliter pervenientes nisi ordine empirico infracto. Id non fugit K. WERNERUM, Gesch. d. apolog. u. polem. Litter. d. chr. Th. Schaffh. V 1867, 511, cum scriberet: Es ist von Seiten eines speculativ vertieften Theismus schon öfter als einmal bemerkt worden, dass das Wunder nur zu unserer, infolge der Sünde depotenzierten zeitlich-irdischen Lebensordnung sich als das Ausserordentliche verhalte, während eine von der Herrlichkeit und Klarheit Gottes erfüllte und durchdrungene Welt, wie der Gnade so auch des Wunders voll sein müsste, und einst auch in Wahrheit voll sein wird. Somit könnte man das einzelne Wunder auch als ein momentanes oder vorübergehendes Durchleuchten der in der Gnade und Glorie Gottes vollendeten zeitlich-irdischen Ordnung der Dinge nehmen ».

115. Contra argumenta quae attulimus tria dici possunt: 1. Sententiam nostram pugnare cum Gen 1, 31; 2. Deum non potuisse velle ut materia esset, nisi mala quae commemoravimus admitteret; 3. Saltem eum non potuisse eadem pulchritudine donare mundum corporeum.

Ad primum quod obicitur (cf. FR. SUAREZ, De op. 6 d. l. 1 c. 1

n. 13) respondere possumus certe opus Dei fuisse bonum et optimum ratio si habetur perturbationis seu chai quod Gen 1, 2 describitur, cuius loci considerandi postea occasio erit. Eo concesso nondum sequitur hoc opus primo Dei consilio respondisse (cf. 1 Tim 4, 4). Ac sapienter quidem F. Michelis dicit, Entwicklung d. beid. erst. Kap. d. Gen., 89 : Nicht allein enthielt die so gestaltete Natur nichts substanziell Böses, nicht nur war auch diese ihre Form, obwohl nur ein Bild der ewigen und wahren, dennoch eben als solches freilich nicht die absolut beste, aber doch eine gute und eine sehr gute, die relativ beste, sondern umso mehr muss sie so genannt werden, weil sie, soweit wir sehen, der einzige Weg zur vollen Wiederherstellung des Ganzen war. Ja wir müssen weiter gehen und sagen, dass eben jene so oft wiederholten Worte positiv für unsere Ansicht sprechen. Denn da es sich denn doch wohl mehr als irgend etwas von selbst versteht, dass was Gott macht, gut sei, wozu diese so ausdrückliche, so sorgfältige, so oft wiederholte Bestätigung, wenn nicht in den Verhältnissen etwas gelegen hätte, was zu der entgegengesetzten Meinung hätte Anlass geben können {cf. Ambr., De parad. c, 2 n. 7 : incomprehensibilia}. Die Erlösung, als die zweite Creation, gibt die beste Analogie an die Hand zur Aufhellung der Verhältnisse der ersten. Denn als nun auch der Mensch seinen Beruf nicht erfüllte und Gott in seiner Liebe alles Mass überschreitend seinen eingeborenen Sohn sandte, um für das genugzutun, was der Mensch gesündigt und das zu vollenden, was jener nun nicht mehr vollenden konnte; als der Sohn Gottes Fleisch ward, d. h. nicht bloss die menschliche Natur, sondern sie in ihrer Erniedrigung annahm, wer von uns würde da Bedenken tragen zu behaupten, dass es gut war; und doch, dass Christus Fleisch ward, ist bloss der Sünde wegen geschehen, und dieser Zustand seiner Erniedrigung war unvollkommener als der Zustand seiner Verklärung ».

116. Addere licet posse videri veram rerum condicionem verbis Gen 2, 2 quodammodo indicari. Nam haec sabbati quies est « symbolum futurae quietis » (Ambr., De f. resurr. 2, 2 M. 16, 1315; cf. De ob. Theodos. n. 29 M. 16, 1395; Greg. Nyss., De cr. hom. 44, 289; Max. Conf., Amb. M. 91, 1392, 'Aprahaṭ, Dem. 21 n. 11, c. 961) post praesentem cum tenebris pugnam (Gen 1, 2; 1, 4; 1, 5. 8. 13. 19. 23. 31). Non inanem esse hanc sententiam rursus optime F. Michelis ostendit, E. d. b. e. K., 93 s. « Dass mit dem Sabbat nichts anderes bezeichnet sei als bloss das Aufhören des göttlichen Schaffens, können wir nicht zugeben. Das blosse Aufhören bildet ja an sich gar kein Moment, und wie könnte in diesem Sinn der 7. Tag den 6 anderen angefügt werden? Das Nächste wäre nun freilich, dass man an den Gegensatz des Schaffens und Wirkens nach aussen zu dem immanenten Leben Gottes dächte; und das ist auch gewiss nicht zu verwerfen, aber es kann uns nicht genügen. Jeder wird es fühlen und zuges-

tehen, dass in dem Begriff der Sabbatsruhe etwas der Arbeit und Mühe Entgegengesetztes angedeutet liegt, und nur in dem Sinn können wir von einem Sabbat des ewigen Lebens sprechen... Da nun... Mühe und Arbeit... auf Gott natürlich keine Anwendung finden können, so kann nichts anderes hier angedeutet sein, als dass das Werk Gottes, wie es in dem Sechstagewerk hervortritt, nicht das der Idee entsprechende, sondern nur ein vorübergehendes und stellvertretendes, weil durch die Störung des wahren Verhältnisses veranlasstes war. Und nun müssen wir hiebei das besonders ins Auge fassen, dass die erste, noch reine Schöpfung, die V. 1 besprochen wird, nicht mit eingerechnet ist in die 6 Tage, sondern dass diese erst da beginnen, wo nach unserer Ansicht die Störung durch den Fall der Geister eingetreten war ».

117. Iam ad alterum quod obiectum est veniamus Deum, ut perageret quod initio sibi proposuisset, materiam talem debuisse efficere dicitur qualis sit. Nam ad exsequendam hominis ideam, materiam ita fuisse formandam ab eo, ut spirituale cum ea coniungi posset in unum per se. Quo consilio Deus facere debuit, ut sensus et nervi nascerentur; necesse enim erat motui spiritus quo cognoscens et volens constituitur, motum corporis respondere quo mundus exterior intus replicaretur et homini facultas esset agendi in mundum exteriorem. Quo factum est, ut materia discriminata et in singula corpora divisa necessaria esset; unde sua sponte omnia illa nata sunt quae mala esse censuimus. Haec quae nobis cum idea pugnare visa sunt, mala non sunt nisi specie; quae enim mala videntur esse non sunt nisi momenta procedentium effectuum consiliorum divinorum quae sunt clementiae plena (Cf. Will. King, An Essay on the Origin of Evil L. 1731).

118. Itaque sophismata sunt speciosa quaecumque attulimus! At, etsi scripturae testimonia neglegimus, quorum verbis (hupetăge̱, eleuterotē̱setai Rom 8, 19) adversarii argumentatio certe non confirmatur, etsi rem nostram rationi soli committimus, respondendum est si malum physicum vere malum non est, quis probabit malum morale esse malum vere, non specie, non esse bonum quamvis imperfectum? Cf. D. G. Thompson, The problem of evil 1887, 7-8; Fr. Hettinger, Apol.[4] II. Bd. 1. Abt. 7. Vortr. p. 415. Potius concludendum erat ab adversario : ergo Deus mundum sine malis *veris* efficere non potuit, ac dicendum : ergo mundus fieri non potuit.

Praeterea physicam mortis necessitatem difficile est probare. Ben. (Fr.) Baader, Gesammelte Schriften zur Religionsphilos. X 1855 97 monet mundum universum non mori sed renovari; cur singula morerentur? James Orr, God's Image in Man and its Defacement, L. 1905, 255, exemplum affert adansonias quae 6000 annos vivere dicuntur (cf. A. Weismann, Üb. d. Dauer d. Lebens 1882, 3).

Accedit quod, mundum corporeum considerantibus ut est, fatendum nobis est certe vitia quae commemoravimus inveniri etiam in rebus, a

quibus ea abesse potuisse manifestum est, si perturbationis ratio habenda non erat, si illud praecipue agebatur, ut mala vitarentur et tamen homo ac materia esse possent. Ut autem mala esse doceamus parum interest, utrum corporum universitas fundamentis alienis contineatur an singulas tantum res aliquid vitii habere agnoscendum sit.

Insuper si perpenditur totam mundi corporei faciem contineri appetitu aequilibrii restituendi, quod aliquo modo sublatum esse sumendum est, differentias igitur corporum huic unitatis appetitui opponi, a priori concludi potest iustam naturae condicionem non esse sitam in his differentiis nec in materiae in particulas divisione, neque haec necessaria esse, ut materia sit.

119. Ut vero manifestum sit inanem esse rationem quae nobis opposita est, caeli rationem habeamus caelum enim esse potest sine vitiis malisque quae in hoc mundo occurrunt. « Ipse enim ille est, qui naturis ipsis leges praescripsit, quibus tales sint aut secus, prout ei ac soli videtur » Cyr. Alx., C. Iul. l. 8 M. 76, 925. Nec enim dici potest hic naturam rerum agi, illic opus summae Dei potestatis longius progredientis. Naturale enim et supernaturale notiones ex comparatione non secundum se sunt; in hac autem re ipsa Dei potestas agitur consilii sui exsequendi. Nec fingi licet supernaturalem rerum condicionem esse extortam per vim. Quae cum ita sint, recte omnino concluditur : si empirica hominis natura iusta habetur atque ideae hominis consentanea, paradisus non fuit neque caelum erit. « If man's life can be regarded as a type of true life, then it becomes perfectly apparent that all the evils... cannot be rightly excluded... If this is a true conception... then we must reject our author's notions of original unfallen man and his picture of the life to come ». M. Burton, The problem of evil. Chic. 1909, 186-7. Cf. A. L. Kym, D. Problem d. Bösen. M. 1878, 72.

120. Ne multa : Deum aliam rerum naturam efficere non potuisse sententia est, quae logice vera non est, nisi sumitur materiam esse aeternam eaque Dei vim circumscribi. Hoc D. S. Mill aliique putarunt (cf. I. Butkevič, Zlo, ego s. i pr. 1897, 388-90), sed christiana creationis notio, quae exit per materiae statum gloriosum, talem opinionem non recipit; hoc sibi vult manichaeismi crimen, in quod ab orthodoxis vocantur qui eiusmodi statuunt. Cf. G. Matulewicz, Doctr. Russ. de st. iust. or. 126. Ac sane magna notionum obscuritate laborant qui ita mala explicant comprobantque, velut Corn. a Lap., In Sap 1, 13) (1); caecitas haec infirmitatem cogitandi sequitur qua mens in eo sistit, ut

(1) « Adde corruptionis originalem causam in homine ceterisque corporibus non Deo auctori naturae sed naturali ipsorum condicioni et imperfectioni tribuendam esse, sc. tum ipsis elementis, quae contrarias habent naturas et qualitates, ideoque se mutuo interimunt, tum ipsi materiae primae, quae novarum semper formarum est capax et avida ».

Deum effecisse primum certae proprietatis materiam ac deinde eam ad hominem constituendum adhibere voluisse statuat neque cur id fecerit quaerit.

121. Restat, ut ad tertium quod oppositum est respondeamus; quod ad alterum redire apparet; neque enim Deus in opere faciendo pulchritudinem neglegere potuit. Itaque monemur umbras luminibus addendas fuisse, ut esset consensio, pulchritudo, congruentia universi; quas si universum spectetur, a ratione mali alienas esse. Dissona esse, ut in concentum abire possint quemadmodum in modis wagneranis. J. Bonniot quidem haec scribere non dubitavit : La mort des individus est un bien, parce qu'elle contribue au bien de l'Univers. Concluons : la mort est même un bien pour l'individu, puisqu'elle fait partie du rôle qui est la raison de son apparition sur la scène du monde. Cf. Etudes 1888 (44) p. 431. In eandem sententiam J. B. Heinrich D. Th.[2] V § 267, 204 disputat. Cf. etiam Thom. Aq. S. th. I q. 48 a. 2 et Dom. Bannes in h. l. Stoicos (velut Marc. Aur. Med. 6, 42; Epict. Enchir. 27) sequuntur, quibus malum singulorum bonum universi videbatur, singula esse imperfecta concedentibus, universum autem perfectum contendentibus. Quos optime refelli putamus hac sententia conversa : universum perfectum sit, mundus apte cohaereat, sed plenus miseriae est, si singula considerantur. Cf. H. Lotze, Microcosmus[4] II 716. Egregie P. Grünberg, D. Übel in d. Welt u. Gott. 1907, 37 : Niemand hätte die Schattenseiten als notwendig zum Lichtbilde gefordert, wenn sie nicht eben da wären, so wenig jemand sich eine ordentliche Krankheit wünscht, um seiner Gesundheit nachher um so mehr froh zu werden ». Quis defendere velit fieri potuisse, ut Christus etiamsi Adam non peccasset ad haec citima descenderet ac mortem crucis subiret ea tantum de causa quod universi pulchritudo inde augeretur? Sed haec videntur satis esse. An est cur addamus caelum non videri minus pulchrum futurum esse, etsi omnia naturae vitia ab eo exclusa sint?

### *b*) DE MALIS HOMINIS

122. Cum esse mala in mundo corporeo ab orthodoxis non soleat affirmari nisi dogmata exponentibus (1) vel sacros libros interpretantibus, concupiscentiam aut mortem non posse haberi simpliciter naturalia contra catholicos theologos de peccato originali disputantes contendunt. Apparet autem haec duo artissime inter se cohaerere neque

(1) Velut N. Malinovskij, Pravosl. dogmat. bogoslovie č. II, p. I. 1903 p. 42-3 (...разрушительныя дѣйствія природы... это зло не явилось вмѣстѣ съ твореніемъ а произошло въ послѣдствіи...) Cf. arxim. Innokentij in Sbornik iz lekcij byvš. prof. kiev. d. ak. K. 1869, 148.

unum sine altero negari posse. Licuit igitur verba I. Truskovskii, polemistae russi (Rukovodstvo k obličitelinomu bogosloviiu[1]. Mogilev na Dn. 1889 str. 31) etiam ante nostram malorum naturae rationis expertis investigationem collocare; hic autem proprius eorum locus est « Какъ же можно смѣшивать и отожествлять первобытное состояніе природы человѣческой, готовившейся и направлявшейся къ безсмертію или нетлѣнію съ нынѣшнимъ состояніемъ ея борьбы, разрушаемости и смерти, ясно свидѣтельствующихъ не о томъ только, что въ ней самой существуетъ внутренній разладъ и безпорядокъ, какъ внутренняя причина этого рода явленій? Не значило ли бы это смѣшивать неповрежденное съ испорченнымъ, здоровое съ болѣзненнымъ и нормальное съ ненормальнымъ? »

In recensendis hominis malis Vl. S. Soloviev tria capita veritati contraria (« nepravdy ») distinxit (Opravd. dobra[2] M. 1899 gl. 11, VII, 307) : 1. psychologicum : podčinenie razuma strastiiam; 2. civile : podčinenie mudreca tolpē; 3. physicum : podčinenie živoj organičeskoj formy neorganičeskim silam vešcestva v smerti. Nobis alia partitio praeferenda videtur esse.

123. 1. Ac primum quidem a iusta eius quod natum est ratione abhorret quod diabolus certo quodam modo ad hominem pertinet. Diabolum esse non oportet ob eamque rem ne pugnam quidem cum eo aut tentationem; eo minus diaboli in hominem dominationem. Quae dominatio certe aliud est quam verbum superlatum ac translatum quo nihil significetur nisi hominem perdidisse dignitatem supernaturalem qua in paradiso donatus esset. Exorcismi (ut exeas — recedas etc.) aliam explicationem prorsus poscunt. Cf. Bernard., Tract. de errorib. Abael. c. 5 n. 11. 14 M. 182, 1062-5. Huc pertinent etiam scripturae loci quibus quaedam hominum facta a daemonum energemate repetuntur (Mt 12, 29 vasa eius).

124. 2. Non magis iusta est ratio quae inter hominem et cetera corpora intercedit; cf. F. Sušil in Mt 4, 24; aeque perversa est atque corporis animaeque ratio. Homo ad id destinari inde ab initio non potuit, ut corpus eius (sive universi generis, sive aliquot individuorum) tutam redderet vitam alicui speciei animali velut pediculi vel pestis. Scholastici antiqui ius potestatis super animalia ab eius exercitio distinguebant; ius naturale imperandi animalibus omnes homini concedebant (velut Ch. R. Billuart, De op. 6 d. disp. 4 a. 4 : omnia animalia sunt naturaliter homini subiecta); solum usum iuris non omnino naturalem fuisse. Si significabant imperium materiae ad naturam hominis idealem pertinere, ad empiricam non pertinere, recte senserunt; verum ab hoc fundamento separata distinctio ea inanis est; corpus humanum ex elementis materiae empiricae constructum non potest fingi liberum

a continua cum ceteris mundi rebus pugna. Cf. Io. L. Vives, De veritate fidei christianae 1551 l. 1 p. 113-6 (1).

125. 3. Maxime mors hominis integrae hominis ideae oppositam se praebere dicenda est. Verum est si quis eum propter eius naturam empiricam definiat animal rationale, eum facile adduci posse, ut mortalitatem ex hominis notione colligat (2). At vera et integra hominis idea non potest peti a praesenti hominis condicione; sed sumi potest e verbis concilii lateranensis IV, quod hominem esse synthesin creaturae spiritualis et corporeae definivit. Iam vero si hominis natura est in coniunctione spiritus et materiae, separationem animi et corporis ad naturam pertinere non posse patet (cf. M. Scheeben, Handb. § 177 n. 1069; J. Orr, God's Image in Man and its defacem. 1905, 252) (3). Hac ratione Henricus Gand. comprobari potest et debet, cum scribit Quodl. 6 q. 11, immortalitatem pertinere ad naturam hominis in sua puritate (cf. Guil. Paris., De causis c. Deus h. c. 3 Opp. II Par. 1674, 556-7), etsi inferendum protinus non fuit pertinere ita, ut sine illa homo expers peccati originalis creari non potuerit. Tamen hanc conclusionem, si potentiae ordinatae ratio habeatur, notari non posse supra diximus ac facile ita concluditur, si Adami in paradiso status cum pura hominis idea repraesentanda confunditur (Cf. Theodoret., In Gen. interr. 37.)

Hoc unum serio opponi videtur posse mortem non esse animi a corpore separationem, sed ab empirica tantum materiae specie vel, ut verbis M. Georgel utar, ab accidentibus substantiae materialis (cf. Annales de philos. chr. 1900 t. 140 p. 542-7). At ita nobis occurri non potest nisi sumitur quod nos probaturi sumus, empiricam hominis naturam ab ideali secernendam esse.

(1) « Quale enim esset hereditatem filio parare eamque ita recondere, ne vel inveniret, vel postquam invenisset, eam addere difficultatem possessioni, ut capere et tenere vix posset? »

(2) Cf. Fr. Silvester (Ferrar.), Sup. C. gent. l. 2 c. 83: « Cum forma quaelibet rei etiam corruptibilis inclinetur naturaliter ad unionem cum tali materia, ad quam sequitur corruptibilitas in oppositum, sc. separatio a materia est sibi contra naturam, ipsa sola natura formae considerata; ...quia tamen est forma naturae corruptibilis, non repugnat sibi per aliquod agens violenter separari; quod non convenit formae rei incorruptibilis ». Hoc argumentum etiam contra Baium (prop. 78) affertur ab iis, qui hominis naturam idealem ab empirica non secernunt; velut a B. M. de Rubeis, De pecc. or c. 41 Ipsa materiae condicio corruptibilitatem exposcit; cur igitur eadem materia propriae relinqui imbecillitati et insufficientiae non potuerit?

(3) Veram hominis ideam ignorat (vel perperam eam dimisit) Jos. Kleutgen, Theol. d. Vorz., 2. Bd. 9. Abh., cum dicit: Gott konnte den Menschen von Anfang an dem Tode unterwerfen, und zwar auf immer, d. h. ohne den Leib je wieder zu erwecken. Denn wenn er die Engel nicht eher zur Seligkeit erhob als nachdem er sie im Himmel geprüft hatte, weshalb hätte er nicht beschliessen können, dass unsere Seelen nur eine Zeit lang mit dem Körper vereinigt wären...

126. Iam idea hominis, a qua argumentum petiimus neglecta, ad quid natus sit homo consideremus. Cum anima immortalis sit, post hominis mortem aut addicta est vitae sine corpore (tum corpus animae adiunctum esset per tempus experimenti tantum) aut iterum cum corpore coniungenda. Si hoc dicis, mortem a natura hominis esse alienam planum est; nam animam sumis natam esse, ut corpus vitae particeps faciat; quin etiamsi ad breve tempus fingimus Deum aliam materiam efficere non potuisse nisi eam quam novimus, tamen dicendum esset cum Duns Sc., In S. l. 4 d. 49 q. 13 : magis naturale est quod conservetur corpus hominis et elementa violenter in eo, quam quod violenter dissolvatur corpus hominis et unumquodque elementum sua naturalitate tendat in suum proprium locum ». Sin ad id natam esse animam dicis, ut corpore exuto libera viveret, non intellegitur, cur nunc cum corpore coniuncta sit. Nam rationes quas L. Lessius (qui hanc animae humanae naturam esse putavit) affert, De summo bono l. 1 n. 69) cuiquam probari posse non crediderim (: ne gradus vegetans et sentiens, quem anima habet, frustra sit; ut propagatio fieri possit etc.). Cum statu erucae (cf. G. Fell, D. Unsterbl. d. menschl. Seele 1892, 43) ille animae status antecedens comparari apte non potest; res similes essent, si aut anima in nostro corpore nondum adesset, aut vires ad vivendum sine corpore necessarias quas post ipsam mortem nanciscitur non haberet. Quapropter Thomae Aq. (C. gent. l. 4. c. 79; cf. S. th. I 118, 3; 89, 1; II II 164, 1 ad 2 etc.; Philos. Jahrb. d. Görresg. 1901, 30) argumentum firmum atque inconcussum stat.

Hoc argumento simul efficitur animam postulare corpus corruptioni non obnoxium; quippe cum corporis ad vitam reditus non sit « supra » sed « iuxta » expostulationem animae humanae. Ergo corpus humanum non est ex sua naturali condicione corruptioni obnoxium; quodsi contrarium manifestum videtur esse (S. Schiffini, De gr. div. n. 44), hoc est argumento naturam humanam empiricam ab ideali esse distinguendam.

127. Omisso argumento e dira servitutis condicione, in qua morte constituimur, ductum (cf. Vl. Ern, Borjba za Logos 1911, 232-3), tertium a scripturae et patrum auctoritate petimus, qua Deum negatur esse mortis causam (cf. Gelas., Ep. 7 CSEL 35, 360 etc.). Quantum per Deum stetit, i. e. secundum principale Dei consilium, homo immortalis fuisset. Cf. Ambros., De f. resurr. l. 2 n. 47 M. 16, 1327; Enarr. in ps. 1 n. 48. M. 14, 947 B; Basil., Hom. 9 n. 7 M. 31, 345 A. Etiam a scholasticis discimus Deum, si homini corpus corruptionis expers dare potuisset, daturum fuisse (Thom. Aq., Q. 5 de malo a. 5; cf. ČKD 1906, 403) neque Dei esse « quod bona ratione iunctum est, dissolvi velle ». (Dionys. Carthus., In Dion. Areop. De cael. hier. a. 66. Opp. 25, 224-5; De div. nom. a. 5. Opp. 16 p. 20). Homo non potest sine causa habere mortale corpus in his terris, cum in caelo

legibus materiae empiricae obnoxius non sit (SCOT. ERIG. De d. n. 4, 12 M. 122, 800), neque res commode explicari potest nisi causam fuisse statuatur dandae homini naturae ad hunc mundum aptae accommodataeque (BASIL., In Hex. h. 1 n. 4; cf. n. 5; M. 29, 13), munus dico mundi a malo liberandi homini commissum.

128. Postremo loci scripturae adhibendi sunt quibus peccatum veram esse mortis causam significatur. Nam naturam idealem non potest idem sequi quod peccatum sequitur; non potest enim nasci ex ordine perturbato quod nascitur ex ordine integro, neque doni rationem habere potest id quod ad hominem puniendum adhibetur; quod naturale est, poena non est. Itaque mors non est ordo naturae sed poena sententiae. (FAUSTUS RHEG., De gr. D. 1 M. 58, 786-7; cf. GREG. NYSS., Adv. Apollin. c. 55 M. 45, 1259 : ἡ φύσις ἐσχίσθη; THOM. ARGENT. In. S. l. 2 d. 29 .et istud decuit divinam bonitatem, quia alias homo prius sustinuisset poenam quam commisisset culpam (1).

Pro quadam poena autem, non solum pro effectu ingrato peccati, qui sine Dei voluntate acciderit, mortem habemus propter Gen 2, 17 et 3, 19. Cf. A. BURGOV, Pravosl. dogm. uč. o pervor. gr. 171; N. GLUBOKOVSKIJ, Blagov. sv. Ap. Pavla I 1905, 333). Idque tenemus frustra repugnantibus THEOD. MOPSU. M. 66, 1005. 1006. 1009 (Henoch); F. SCHWALLY, D. Leben nach dem Tode. Giess. 1892, 84; W. BOUSSET, D. Religion d. Judentums im neutest. Zeitalter[2] 1906, 466 ss. (« der Gedanke konnte erst entstehen infolge der spät eingetretenen ungeheueren Überschätzung, mit der man die Sünde betrachtete »), E. ALBERT in ZATW 1913 p. 5-6 (ביום; contra cf. 1 Reg 2, 37 — A. VAN HOONACKER in The Expositor 1915, 134-5; etiam O. Kirn in RE[3] XIX 802); p. 10 (natura mutata non est 3, 19[b] (2); non intellegit, quomodo res ad naturam empiricam pertinens poena esse possit); p. 12 (3, 22-4; at haec omnia ad poenam propositam irrogandam pertinent; quod vereor ut intellegat qui allegoria non agnita [quae tamen in v. 24 apertissime innuitur aliisque rationibus confirmatur; cf. F. S. RENZ, Gesch. d. Messopferbegr. I 8-9; Sl. l. th. IV 210; C. BÄHR, Symbolik I 340] locum sibi videtur posse explicare).

(1) Cum hoc Io. DUNS Sc sententiam In S. l. 2 d. 19 n. 3 aliorumque opinione similes discrepare patet.

(2) « Würde ihm das Leben erst in diesem Augenblick des Fluches auf eine bestimmte Zeit festgesetzt, so müsste gleichzeitig eine Erniedrigung seiner Natur angenommen werden. Anders wäre es unverständlich, wie ein auf ewiges Leben eingerichteter irdischer Körper jetzt plötzlich wieder aus vergänglichen Stoffen bestehen sollte, der {sic} nach einer gewissen Zeit wieder zusammenzufallen beginnt und sich eines Tages in seine Urbestandteile auflöst. An eine solche Änderung der Natur hat aber der Verfasser gar nicht gedacht, da er ausdrücklich den Tod als in der Natur des menschlichen Körpers begründet erklärt 3, 19[b] » Cf. THEOD. MOPSU. M. 66, 1006.

Idem cognoscimus e Sap 1, 15; 2, 24 (cf. N. GLUBOKOVSKÏJ in Xr. Čt. 1903 I 702. 705); e Sir 25, 33 (Grabe 25, 24 wbgllh gwenw yxd — et propter eam morimur omnes; cf. F. SCHWALLY, D. Leben nach d. Tode... 1892, 84); e Io 8, 44 (cf. B. WEISS[8] in h. l. p. 344; A. BURGOV, Pr. d. uč. o p. gr. 73. 175); e Io 5, 24 (cf. T. ZAHN in h. l.: abnormer sittl. u. physischer Zustand); e Rom 5, 12 (cf. J. ORR, The christ. view of God and the world[8] 1907, 199) etc. Nam ne hi quidem loci explicari possunt de facultate moriendi vinculis supernaturalibus exsoluta quae malum non sit.

Aliis locis mortem esse iniquum invasorem significatur. Cf. Rom 6, 9; 1 Cor 15, 54.

129. Patres maxime cum Pelagianorum (Caelestii M. 53, 618, Iuliani etc.) errorem, renovatum proximis temporibus a protestantibus (F. D. E. SCHLEIERMACHER, D. christl. Glaube ed. Gotha 1889 I § 76 p. 197-9; R. A. LIPSIUS, Lehrb. d. evang.-protest. Dogmatik 1876 § 414 p. 316; § 465 p. 368; § 491 p. 392; ALBR. RITSCHL, D. christl. Lehre v. d. Rechtfert. u. Versöhn. III § 42 (-1874. 315-7-) aliis), impugnant, clarissima fidei ab apostolis traditae testimonia praebent. Cf. ANT. BURGESSE, The Doctrine of Orig. Sin L. 1659, 523-5. Etiam extra Hebraeorum fines mors effectus habetur neglectae legis vel saltem exsecrationis susceptae nec usquam a puris naturae viribus repetitur; cf. E. S. HARTLAND in HASTINGS Encycl. of Rel. a. Ethics IV 411 ss.

130. Dices contra hoc argumentum: effectus adempti privilegii potest sequi peccatum et potest ad hominem puniendum adhiberi etiamsi privilegium ab initio cuivis tribui necesse non est. Respondeamus in forma: hoc verum est in rebus humanis, ubi in privilegiis concedendis difficultates occurrunt c., in opere divino sbd.: quatenus continetur primo consilio non impedito n., quatenus ordinem perturbatum sequitur, sbd. si Deus vult ordinem restitui, iniuriam redimi, detrimentum sarciri et ad hoc hominem collocans in condicione inferiore adhibet privilegium omnino gratuitum c., aliter n. Si enim Deus ordine perturbato rebus gignendis dat operam, potest destinare aliquid ad ordinem reficiendum, quod adhibere potest etiam ad puniendum peccantem; et potest tum sequi peccatum reficientis aliqua res quae secuta est peccatum propter quod ordo reficiendus est. Privilegium autem dari potest sive ad compensandam aliquam inopiam quae nascitur ex ordine perturbato, quae muneri reficientis obstaret, velut privilegium integritatis vel alius remedii aut auxilii ad non peccandum necessarii quo hominem lapsum indigere putant; quo posito integritatem omnino gratuitam esse negandum est; sive ad constituendum eum in ordine supernaturali, qui munus habet supernaturale ac divinum; ita certe naturae divinae consortium explicatur et sine dubio etiam immortalitas et indolentia, fortasse etiam integritas.

131. Dices contra nostram de morte sententiam: non potest esse

alia hominis natura nisi ea quae est, quam novimus et homo hoc modo est natura sua mortalis. Cf. FR. G. GINELLA, De notione atque origine mortis. Vrat. 1868 p. 60. Etenim omne compositum ex materiae subiecta contrarietati seu ex contrariis elementorum qualitatibus est corruptibile... quia unum contrariorum agit in alterum et per consequens tandem consumet ipsum THOM. ARGENT. In S. l. 2 d. 20; « functiones autem, quas nunc exercemus, requirit corpus ex contrariis humoribus et qualitatibus temperatum R. BELLARMINUS, De gr. pr. hom. c. 9. — At si ob ista mortem malum esse negatur, Deus in homine generando materiae obnoxius fuisse, non liber, putandus est, artificis instar e materia fingentis (cf. THOM. AQ., S. th. II I q. 85 a. 6); hoc autem alienum est a christiana mundi effecti notione atque opinioni materiae suis legibus utentis debetur ut supra n. 120 diximus. Apparet autem frustra rationibus impugnari rem quam esse novimus, corpus dico caeleste (1 Cor 15, 40). « Deus immortalia efficere potest ». ZACHAR. MITYL. M. 85, 1085. Nam corpora ad vitam revocata non habita cautionis divinae providentiae ea a malis protegentis aut miraculi adventicii cum hominis natura pugnantis ratione spiritualia appellanda erunt (πνευματικός 1 Cor 15, 44) vel caelestia (ἐπουράνιος 1 Cor 15, 40), sed « den ganzen Hergang, wie die Leiber zu dieser Verklärung kommen, bezeichnet der Apostel als ein Umgewandeltwerden (1 Cor 15, 51 ἀλλαγησόμεθα), genauer als ein solches, in welchem das Verwesen die Unverweslichkeit, das Sterben die Unsterblichkeit anzieht (ἐνδύσασθαι v. 53) oder als ein Überkleidetwerden (ἐπενδύσασθαι), in welchem das Sterbliche vom Leben verschlungen wird (2 Cor 5, 4) ». L. ATZBERGER, Christl. Eschatologie 1890, 350. Cf. FULGENT., De rem. pecc. II 12 M. 65, 563 (« caro mutabitur ut neque corruptibilis neque mortalis esse *possit*, quod nunc est. ») Conferri potest etiam 2 Cor 5, 1 prout a Io. CHRYSOST. in h. l., a TERTULL., De resurr. car. 41, AUGUST., In Ps 68 serm. 1, 3 aliisque explicatur. Ita theologi orthodoxi fere prorsus existimant. Cf. G. MATULEWICZ, Doctr. Russ. de st. iust. or. 1903, 16; 113-4.

Praeterea opponi potest Baianorum opinionem reiectam esse, qui Deum ab initio talem creare hominem potuisse, qualis nunc nasceretur (DENZ., Ench.[11] n. 1055) et immortalitatem primi hominis fuisse gratiae beneficium (DENZ. E.[11] n. 1078) negabant. Iam alias (n. 43) diximus non de alia re iudicium tum institutum esse nisi, utrum immortalitas (vel gratia habitualis, integritas) debita esset necne. Et id quaerebatur non de homine in rerum ordine qui esse debuerat creando verum post angelorum peccatum.

132. 4. A iusta rerum condicione aliena est etiam ratio quae inter corpus et animam intercedit. Non solum pariter atque cetera corpora humanum corruptioni obnoxium est quae eius ratio (ptartòn sòma Sap 9, 15) voce sàrx significatur (W BEYSCHLAG, Neutestamentl. Theolo-

gie II H. 1892, 56-7; cf. VL. SOLOVJEV, Opravd. dobra[2] 1899, 77; H. TH. SIMAR, D. Theol. des h. Paulus[2] 1883 § 9 p. 35-7; 41-5; E. D. BURTON in The Amer. J. of Th. XX 1916, 581-8); cuius sors fructui redemptionis ad corpus a servitute peccati mortisque liberandum pertinenti (1 Cor 6, 13. 20), corpori ad vitam revocando (1 Th 5, 23) opposita copiose praedicatur (1 Cor 15, 35-50); sed etiam, sive propterea sive praeterea, carcer animae (TERTULL., Anim. 35; ARNOB. Nat. 2, 45; AMBR., De par. 12, 54; Cain et Ab. 2, 9, 36; FULG., De s. Steph. M. 65, 730 A; HIERON., Ep. 100, 12; RUFIN. Apol. 2, 42; IUVENC. 1, 192; Inscr. christ. Rossi II, p. 112, 76, 5; LEBLANT 650 A 3 etc. (1), sedes peccati (caro peccati : Rom 8, 3; cf. JAM. DENNEY in the Expos. 1901, 290 « represents for Paul... the omnipresence of sin »; cf. 2 Cor 5, 1; praeterea Ijob 4, 19; cf. Sap. 9, 15; TERTULL., De c. Chr. 1, 16; De an. 11; HILAR., De Trin., 1, 13; AUG., De pecc. mer. et r. 24, 38; De gen. ad lit. 10, 20, 35; 18, 32; FULG., De inc. 6; Greg. Naz. Or. 51, 18 etc.; ROBERT DE MELID., De Verbo incarn. [BOULAY, Hist. un. Par. II 604]; PETR. LOMB. Sent. l. 3 d. 2 A) vocatur.

Quae corporis condicio maxime proditur concupiscentia. Quod vitium in natura hominis situm esse minime potest (2), si modo natura intellegitur ea quam Deus in prima rerum generandarum cogitatione conceperat, ea quae constituenda erat, ut esset ad quod facta est, non ea quae a posteriori cognoscitur, cui constitutae quo spectet definiatur quasi Deus naturam prius voluerit quam eius finem.

133. Concupiscentia est aliquid quod cum idea discrepat, ergo malum.

*a*) Malum appellatur in sacris libris : Rom 7, 21. Cf. NIC. L'HERMINIER, Summa theol. ad us. scholae acc. t. VI 1713, 384; malum constanter vocatur a patribus, maxime ab Augustino contra Pelagianos disputanti; velut De nupt. et conc. 2, 2; ac malum quidem secus ac poenae mala dicuntur. Qui vocis usus sufficit ad probandum quod statuimus; nec enim negandum est esse malum quod in scriptura et apud patres malum vocatur.

*b*) Concupiscentia idcirco non est a Deo; verba 1 Io 2, 16 ἐκ πατρός a patribus non contrahuntur ad significandam rationem (incitamentum)

(1) Cf. Io. ROOTHAAN, Exercitia spiritualia s. P. Ign. de Loy.[5] R. 1854 p. 40 n. 3; H. HAYD, Wesen u. Ursprung d. menschl. Seele. Progr. Freising 1888 p. 21. Quodsi quidam patres ab hac voce abstinent, ne errores qui apud Origenem cum ea coniungebantur tueri viderentur, aliter idem dixerunt. Cf. FR. DIEKAMP, D. Gotteslehre d. h. Greg. v. Nyssa I 1896, 39 43

(2) M. GRIGOREVSKIJ in Xr. Čt. 1906 II 264 Свободная воля человѣка по самой природѣ своей чужда была всякаго нечистаго побужденія и способна легко усовершаться въ добрѣ безъ препятствій и преткновеній.

desiderii voluntarii sed ad originem referuntur (« non est a patre, sed ex concupiscentia saeculi CYPR., De hab. virg. c. 7 CSEL III 193; non est a patre sed ex mundo : GELAS. CSEL 35, 406 etc.). Cf. AUG., Op. impf. c. Iul. l. 4 n. 21 qui concupiscentiam de qua apostolus loquitur aperte definit *indeliberatum* sentientis appetentis affectum a libero assensu qui illum sequitur distinguendum (n. 22). N. L'HERMINIER, Sum. VI 384 etiam e Iac 1, 13 docet concupiscentiam a Deo esse non posse, quia Deus neminem tentet.

134. *c*) Concupiscentia quaedam poena est (cf. H. ST. J. THACKERAY, The Relation of S. Paul to contemp. Jew. thought 1900, 50-7). Atqui « poena non potest esse sine culpa... Ergo stante statu innocentiae non potuit esse ». BONAV. In S. l. 2 d. 19 a. 2 q. 1; a. 3 q. 1. Cf. POMERIUS, De vita contem. l. 3 c. 2 (1); addamus autem : non potuit esse : secundum puram hominis ideam seu secundum primam Dei voluntatem. Cf. HENR. GAND., Quodl. 6 q. 11; « impugnatio, cui difficultate resistitur, poenalis est » THO. AQ. S. th. II. II. q. 165 a. 1 ad 3; « sed poena non debet praecedere culpam » l. c. 3. Iam vero « tentatio carnis est fortior tentatione daemonis »; nam « illa pugna est fortior et difficilior, ubi pauciora sunt auxilia seu remedia; sed talis est carnis tentatio, quia unicum tantum habet remedium, sc. fugam a causis et occasionibus huiusmodi tentationis THOM. DE ARG. In S. l. 2 d. 21 a. 2.

Poena vindicationis (quacum haec poena comparatur) natura sua destinata est ad ordinem redintegrandum; cum poena agitur, necesse est aliquem ordinem perturbatum esse qui ea poena restituatur; poenae est compensare nimium penuria, defectum augmento. Quapropter id quod cum poena convenit, discrepat cum ordine quem prima voluntas postulabat.

135. *d*) Concupiscentia in se maxime indecora est; atqui quod incompositum est, opus Dei esse non potest (2). Hoc a patribus imprimis contra Pelagianos urgebatur (3). Sescenties dicit AUGUSTINUS naturalem ordinem postulare, ut caro spiritui sit subiecta; spiritus enim dominus est et caro serva; velut C. Iul. l. 5 c. 7 n. 28 : Quomodo namque

(1) Piis conatibus nostris resistit ipsa concupiscentia vitiosa non naturalis, sed nostrae naturae indita poenaliter et inserta, quae peccato facta est et peccatum si vicerit facit.

(2) I. BORKOV in Prav. Sob. 1910 II 33 Человѣкъ вышелъ изъ рукъ Творца, безъ сомнѣнія, такимъ существомъ, въ которомъ не было и не могло быть какихъ либо нестройностей, диссонансовъ, а тѣмъ болѣе борьбы между отдѣльными сторонами существа.

(3) P. V LEVITOV, Iz kursa x̑ristianskago nravstvennago bogoslovïịa in X̑r Čt. 1911 (236) I 903 Католики усвоили пелагіанскій взглядъ по данному вопросу. Cf. FILARET, Prav. dogm. bog.[3] II 1882 § 129 p. 198; A. LEBEDEV, Raznosti... o presv. Dēvē Marïi 1881, 160-1; N. MALINOVSKÏJ, Pr. d. b. 358 etc.

malum non fuerit famulum sentientem appetitu reluctari reginae menti et concupiscere contra illam? Op. impf. l. 4 n. 33 : Homo es qui potius inverecundia quam facundia persuadere conaris quod deformitas vel nulla sit vel parva sit, ut cum subiecta esse caro spiritui debeat, adversus spiritum concupiscat; C. Iul. l. 6 c. 19 n. 62 : dici nequit nullam esse iniquitatem, cum in uno homine vel superiora inferioribus turpiter serviunt, vel inferiora superioribus contumaciter reluctantur, etiamsi vincere non sinantur. Manifestum videtur esse his locis Augustinum non ideo dicere concupiscentiam malam, quod Deus noluerit nos solum naturalibus uti bonis; quo modo fortasse etiam opus redemptionis eiusque fructus mala vocari possunt ideo quod Deus noluerat nos redemptore indigere. Augustinum non eo niti quod Deus voluerit nos bona supernaturalia habere etiam inde efficitur, quod malum hoc naturaliter cognosci posse sumit; velut C. Iul. l. 4 c. 12 de Cicerone dicit : rem vidit, causam nescivit (1).

136. Concupiscentiae iniquitas etiam manifestior est, si status praesens hominis cum caelesti comparatur; hic anima condicioni corporis accommodatur (ănthrōpos koikŏs), illic corpus condicioni animae (ă. ex ouranoŭ); Thom. Aq. S. th. I q. 97 a. 3. Utrum hoc an illud ipsa rei natura continetur? Responsum non videtur esse dubium. Idem docet Aug., De doctr. chr. 1, 24, 25; cf. Guil. Par., De causis cur Deus h. c. 2 = Opp. II 1674, 556; De sacr. bapt. c. 1 = Opp. II 416. Obscurari consequens non potest nisi natura ut data sumitur et ordinem quem Deus effecit ad eam accommodari fingitur.

His rationibus interioribus, quas simul cum patrum testimoniis commemoravimus, alias addi opus non est. Ceterum quae afferri praeterea solent, velut in homine concupiscentiae obnoxio Deum opus suum aut similitudinem suam agnoscere non posse (Martinet, Solution des grands problèmes t. X ch. 22; Hermes, Dogm. III § 206; Silvestr {Malev.}, Opyt pravosl. dogm. bog.[2] III 1889 § 58 p. 416) iam in superioribus inclusa sunt. Solum si animadvertitur hominem mundi visibilis finem, regem, animum esse debuisse, etiam minus credendum est Deum talem hominem generandum ab initio concepisse. « Or comment comprendre que Dieu ait donné pour maître à cette puissante nature, pour organe, pour prêtre à ce grand et admirable monde, un être si infirme de corps, si faible d'intelligence, si déréglé d'amour et volonté? Évidemment le souverain serait indigne de l'empire ». Pr. Gay, Vue philosoph. de la chute. Av. 1858, 300.

137. Concupiscentiae turpitudo modo proprio significatur pudore.

(1) De Platone (Legg. IX p. 854 C οἶστρος δ' ἐστί τις ἐμφυόμενος ἐκ παλαιῶν καὶ ἀκαθάρτων τοῖς ἀνθρώποις ἀδικημάτων περιφερόμενος ἀλιτηριώδης ; cf. Menex. p. 238) etiam benevolentius iudicandum esset. Cf. Schwarz, De lapsu prim. gen. hum. parentum a paganis adumbrato. Alt. 1730.

Non de eo pudore loquimur qui disciplinam et consuetudinem consequitur, neque cum C. Lemcke, Pop. Aesth. 393 ss., F. A. Nüsslein, Lehrb. d. Kunstwissensch. § 213, G. E. Lessing, Laok. V 56 etc. nobis concertandum est. Pudorem intellegimus eum qui in quovis homine nascitur cum motus corporis eo tempore produntur quo ratio eos non solum non postulat (velut singultus) sed quo postulat ne sint. Qui pudor non est revocandus ad metum ne quis nobis improbe utatur, ut R. W. E. Michels opinatur; nec ad iram vel molestiam quae nascitur ob rem intempestivam, quam sententiam W. Bölsche proposuit, sed est conscientiae vox testantis perturbationem vel infirmitatem nostram; « oritur ex ipsa *deformitate* (1) concupiscentiae quae est inordinatio illa, qua appetitus vehementissime fertur in bonum sensibile citra et contra ordinem rationis ». D. Palmieri, De Deo cr. 1878 p. 382. Augustinus rem contra Pelagianos admirabiliter ostendit : C. Iul. 3, 10 M. 44, 712 : Satis te debuit admonere nihil pudendum futurum fuisse in operibus Dei, nisi praecessisset, cur natura humana deberet de sui meriti deformitate confundi. — C. 2 epp. Pel. 1, 16, 33 CSEL 60, 450 : Itaque sua culpa sibi accidens malum natura humana permittitur agnoscere, ne cogatur aut (quod est impudentissimum) de his suis motibus non erubescere, aut (quod est ingratissimum) de sui creatoris operibus erubescere ». Cf. Iac. Serry, Praelectiones vol. I Ven. 1742, 247. Etiam scholastici e pudore peccatum originale efficiebant (velut Bonav., In S. l. 2 d. 30 a. 1 q. 1 arg. 3 respiciens illud Aug., De Trin. 6, 10, 11). Apparet hoc argumentum nullam vim posse habere, si homo etiam in statu naturae purae concupiscentiae obnoxius esset. De primorum parentum in paradiso nuditate cf. Cornel. a. Lap., In Gen 2, 25 etc.

138. *e*) Concupiscentia non solum in se mala est, mala est etiam homini adeo ut Deus hominem ab ea defensurus fuerit si potuisset i. e. nisi ad consilium de homine constituendo immutandum res perturbatae pertinuissent. Unde rursus efficitur eam a iusta hominis condicione esse alienam, eam esse malum in se. Probari autem videtur testimonio Sap 1, 13 (et 2, 23-4) rem homini ita perniciosam non potuisse inde ab initio propositam esse voluntati divinae; nam illud « Deus mortem non fecit » ex universa loci comprehensione hanc fere vim capit hoc in Deum non cadit; cur? Quia vult bonum eius quod natum est creavit omnia, ut essent, et non laetatur in perditione vivorum. Eadem ratione Tho. Aq. dicit S. th. II II 164, 1 ad 5 : mors... secundum quod

(1) Cf. Filaret, Zapiski na knigu Bytïja Spb. 1819, 81-2 : Стыдъ есть ощущенiе дѣйствительнаго или воображаемаго, но примѣтнаго недостатка въ совершенствѣ или въ красотѣ; слѣдовательно тогда можетъ имѣть мѣсто стыдъ наготы, когда она открываетъ дѣйствительное или приводитъ на мысль нѣкоторое несовершенство иди безобразiе, которое какъ не можетъ быть дѣломъ Божiимъ — то безъ сомнѣнiя еоть слѣдствiе нравственной порчи.

est quodammodo malum naturae { malum nobis } non est ex Deo, sed est defectus quidam incidens ex culpa humana.

Hoc argumento patres cum pelagianis pugnantes concupiscentiam malam esse docebant. Velut AUG., C. Iulian. 4, 13, 63 M. 44, 768 « Absit [enim], ut Deus... beneficium tale conferret, ut haberent in membris adversariam, contra quam pudicitia dimicaret ». Hominem concupiscentia afflictum non magis credendum est manu Dei non impedita fieri potuisse quam Deum potuisse creare hominem claudum vel luscum vel caecum (GUIL. ESTIUS, In S. l. 2 d. 25 § 6 1680, 266, 4). Hoc existimare est sapientiam, pulchritudinem Dei negare (AUG. NICOLAS, Etudes philosoph. sur le Christ. 1 p, l. 2 ch. 3); Deo optimo mundum administranti eiusmodi dissensio tribui non potest (L. BOUGAUD, Le Christianisme et les temps prés. III 2 ch. 6. 7.

Etiam e Rom. 7, 21 argumentum elici solet : « Si concupiscentia { per se } bona et a Deo esset, non debuerat apostolus ideo se infelicem lamentari, quod concupiscentia premeretur nec pariter debuerat liberationem ab eius imperio petere; ingratus enim Deo est, qui bonum ab eo acceptum aversatur ac respuit R. DROUVEN, De re sacram. l. 9. Ven. 1789, 279 (= Theol. curs. compl. XXV 1840, 725).

139. Ea de causa multi theologi conclusere Deum Adamum sine integritate generare non potuisse. Velut ESTIUS, HERRERA, MACEDUS, VINC. CONTENSON, IO. B. DU-HAMEL, N. L'HERMINIER, IO. SCHWEITZER, AUR. PIETTE, GASP. CASALIUS, FULG. LA FOSSE, PETR. CLENAERTS, JAC. SERRY etc. Quae opinio reiecta non est. GONET quidem, Clyp. tr. VIII d. 6 n. 17 hac de re dicit : « Licet inter damnatos Baii articulos 26. sic habeat: integritas prima creationis non fuit indebita naturae humanae exaltatio, sed naturalis eius condicio; et 52: Deus non potuisset ab initio creare hominem qualis nunc nascitur, inde tamen concludi non potest efficaciter opinionem quae impossibilitatem status naturae purae praecise quantum ad donum integritatis astruit, in hac bulla fuisse damnatam, sed tantum aliam, quae praeterea negat sine gratia sanctificante, quae absolute iustum et rectum constituit, hominem condi a Deo potuisse. Hoc enim, ut recte observat ESTIUS { In S. l. 2 d. 26 } intentum erat Baii in citatis articulis, ita ut 26. intellegeretur ab eo de integritate ut comprehendit gratiam habitualem absolute iustificantem et 25. de homine nascente modo cum privatione talis gratiae. » Eo minus reprehendendus est qui decorum dicit, non absolute debitum; velut AEGID. ROM., In S. l. 2. d. 30 q. 1 a. 1 (Ven. 1581, 408) *Oportuit* animam primi hominis infundi corpori cum originali iustitia.

Tamen quaestio haec implicatior est, nec propterea quod ad priorem respondimus concupiscentiam a prima hominis idea alienam esse, cogimur ut negemus Deum Adamum cum concupiscentia creare potuisse.

140. Deum nulla re impediente hominem sine integritate creaturum

non fuisse etiam alii theologi tuentur. Cf. THO. AQ. S. th. I q. 91 a. 1 ad. 2; C. gent. l. 4 c. 52. Rem autem fieri potuisse nisi rerum perturbatarum ratio habenda fuisset e caelesti hominum condicione cognoscitur. Etiam F. SUAREZ, De gr. l. 1 c. 28 n. 10 concedit haec « Ad auctorem naturae pertinet ita suis creaturis providere, ut finem suam assequi { addi potuit: facile } possint et licet illud adiutorium in rigore esset contra concursum naturae debitum, non esset ultra providentiam consentaneam tum magnificentiae et providentiae Dei, tum excellentiae humanae naturae pure et praecise spectatae ». Iam vero si Deus ab initio efficere potuit naturam talem qualem postea suppletam Suarez existimat, si porro natura constituenda destinationem, consilium sequitur non naturam constitutam consilium, Deus ab initio talem eam concipere debuit. Cum enim natura in manu opificis sit, omnia quae inde nascuntur eius arbitrio tribuenda sunt. Ἡ γὰρ ἐνέργεια τῆς φύσεως ἤρτηται, ἡ φύσις δὲ τοῦ δημιουργοῦ: Syn. Hieros. a. 1672 decr. 14 (E. J. KIMMEL, Libri symb. Eccl. or. 1843, 446). Quapropter M. GRIGOREVSKIJ in Xr. Čt. 1906 II 262 Bellarmino obicit: матерія отъ самого сотворенія есть по мнѣнію Беллармина, нѣкоторый источникъ зла. А такъ какъ она сотворена Богомъ, то Богъ есть виновникъ зла — вотъ куда ведетъ католическій дуализмъ.

De iis quae contra afferri solent ex ipso AUGUSTINO velut de illo « nec sic culpandus sed laudandus esset Deus » Retract. 1, 9 (cf. De lib. arb. l. 3 c. 16!) v. MICH. MARCELLIUS, Inst. theol. III (1846) 355-6.

141. *f*) Concupiscentiam quaedam sequuntur quae in se ipsis quoque mala sunt. V Sap. 9, 13-7, ubi v. 15 scriptum legimus φθαρτὸν γὰρ σῶμα βαρύνει ψυχὴν καὶ βρίθει τὸ γεῶδες σκῆνος νοῦν πολυφροντίδα. Cf. PLATO, Phaedo 81 C qui locus auctoritate libri Sapientiae, ubi memoriter affertur, confirmatur (cf. N. GLUBOKOVSKIJ in Xr. Čt. 1903, 135-50). Cum penes hominem omnes facultates sint ad se in mundo explicandum et ad utendum mundo idoneae, Deum inde ab initio copiam sui cognoscendi et amandi nobis denegasse quis crediderit? MAC COSH, The method of the div. gov.[4] 1855, 40. 46. De ignorantiae densissimis tenebris cf. AUG., De pec. mer. et rem. 36,66; de odio rerum caelestium ac spiritualium, cf BARTH. DE MEDINA In I II q. 109 a. 3; THOM. AQ., S. th. II I. q. 85 a 3.

Sui generis discrepantiam quae concupiscentiam sequitur G. ESTIUS ostendit In S. l. 2 d. 25 § 6, 1680 p. 268: inter officium generis propagandi et consilium, quod in empirica naturae condicione ratio suppeditat, a matrimonio abstinendi.

142. Restat, ut ea quae de concupiscentia statuimus ab adversariorum argumentis defendamus. Contendere solent scholastici eam necessario nasci ex animae cum corpore coniunctione; ex quo intellegi concupiscentiam idea ipsa hominis contineri. Corpus enim animae

coniunctum non plene sequi spiritualem naturam, manere materiale; nec animam ita posse abripi, ut non sentiat indecorum esse spiritum non habere plenam in corpus dominationem. Itaque vitium naturae non voluntatem Dei sed condicionem materiae consequitur, quale vitium est in gladio ferreo subiectum esse rubigini (R. Bellarm., De gr. pr. h, c. 5 ; cf. Tho. Aq. S. th. I. II 85, 6; De ver. 15 a. 7; De malo 4 a. 1 ; C. gent. 4, 52 ; B. de Rubeis, De pecc. or. c. 53, 6; H. J. D. Denzinger, Vier Bücher v. d. rel. Erk. II 1857, 393 ; D. Palmieri, De Deo cr. 375-6 ; J. Laminne, Déchéance origin. 1914 55-6 ete ) Haud dubium est quin ita concupiscentiae non relinquatur nisi mali species. Cf. Will. Whitaker, Tract. de pecc. or. 1600, 162-7.

143. Contra quosdam theologos germanos — Hermes, Günther, Kuhn — (ut omittamus et quosdam orthodoxos qui ita interpretandi videntur esse et eos qui concupiscentiam idem esse ac peccatum originale putarunt ideoque pro naturali habere non potuerunt, velut Hugo Vict., Summa sent. tr. 3 c. 11; De sacr. 1 p. 7 c. 26. M. 176, 106. 298; P. Lomb., Sent. 2, 30, 8; Petr. Pict., Sent. 2 c. 19 M. 211, 1014; Rolandus, Sent. ed. Gietl p. 134; Rob. Pulleyn, Sent. 2 c. 27 M. 186, 755, Cf. Mathoud, In l. 2 c. 31 M. 1033-4; Guil. Praepositinus, Summa, De pecc. or.; Innocent. III M. 217, 703-4. 1059; Garnerius, Serm. 31 M. 205, 766 ; Hugo Eterian., De an. corpore exuta 4 M. 202, 182; G. Estius, In S. l. 2 d. 30 § 9-10 etc. — et eos qui eam a daemonum impulsu repetunt, velut Io. Driedo a Turnhout, De capt. et redempt. g h. tr. 3, 1548 f. 66[a] : nondum erat diabolo perinde atque iam est, potestas accedendi ad interiora hominis et concitare humores et sanguinem eius, excitare motum legi mentis contrarium in carne eius) concedendum esse existimamus scholasticos verum dicere, si natura empirica spectetur; atque etiam contra R. Aversam, Sacra theol 1636 I q. 75 s. 4 tenendum esse hominem in paradiso quoque tristitiam et difficultatem sensurum fuisse in appetitu sensitivo, etsi voluntas ea affectione optime uteretur. « Potuit enim visus tunc videre turpe visibile et auditus audire turpe audibile et utrumque potuit offendere appetitum sensitivum » Io. Duns Sc., In. S. l. 2 d. 29 n. 5 ; cf. F. Lichetus in h. l. n. 13. Natura empirica ita constituta est, ut humani animi pars inferior vi quadam praedita sit percipiendi res singulares e materia concretas et suus iidem insit eiusdem ordinis appetitus qui necessario agat proposito sibi obiecto ita, ut parti inferiori a superiore parte nihil sit exspectandum quod si absit, sensus non plane valeant ad res rite obiectas et admotas percipiendas, aut quo vis appetendi compleatur. Eius modi actus necessarii a voluntate impediri non possunt. Nam « tamdiu causa necessaria persistit in actu, quoad integra permanent ipsique ea omnia constant ac suppetunt, quibus in actum perducta est. Voluntas autem non simul ut appetitum movere nolit, statim ipsi subducit ac subtrahit aliquid eorum quibus

omnino factum est, ut moveretur. Non continuo igitur, si nolit voluntas appetitum moveri, res propterea ab actu motuque suo cessabit et absistet, sed contra etiam ipsius imperium movebitur. » A. CASINIUS, Quid est h. a. 4 § 5 Mog. 1862 p. 163 (cf. M. SCHEEBEN, Handb. d. k. D. § 155).

144. Verum haec empirica hominis natura non est sola quae fieri possit, etsi nonnulli scholastici id contenderunt. Quin naturae vox immerito usurpatur ad significandam naturae condicionem empiricam; naturae ideali reservanda erat. Cf. AEGID. ROM. In S. l. 2 d. 24 p. 2 q. 1 a. 4 ad 5 (1). Non propterea homo talis factus est qualis est, quod aliud corpus ad animae cognitionem parandam idoneum non esset (cf. F. SUAREZ, De op. 6 d. l. 3. c. 1. n. 16), quae sententia ne ad id quidem valet, ut differentia formarum quae in gignentibus in terris invenitur, explicetur, cuius differentiae ratio ad teleologiam certe referri non potest ita, ut alicuius speciei proprietas inde repeti queat quod ad illius vitam utilis sit. Non, BASILIUS iam pridem verum vidit, cum empiricae hominis condicionis rationem in eius ad empiricum mundi corporei statum accommodatione sitam putaret : « quemadmodum vita haec temporaria cognatam obtinuit et huic mundo conformem (suggenê) naturam, itidem et secutae vitae illius ratio sortem condicionemve exceptura est animarum nostrarum statui commodissime respondentem » In Hex. h. 1 n. 4 M 29, 12.

145. Hominem propterea a concupiscentia liberum non esse, quod Deus naturam humanam ea privare non potuerit, minime teneri potest. Ut postea viderimus, Deus vera mala prima voluntate efficere, vel, si ita placet, permittere, non potest; itaque homo nasci non potuisset; vel primum anima pura creari debuisset ac deinde, postquam bonam se praestitisset, cum corpore caelesti coniungi.

Praeterea quis est qui quaecumque ad quaestionem hanc diiudicandam praesto sunt perscrutatus, dicat concupiscentiam necessariam esse? Cf. J. KLEUTGEN, Theol. d. Vorz. II 1854, 598. Qua in re varia fingi possunt. Neque illud spectandum est restricte, ut ostendatur hominem sine ullis vestigiis concupiscentiae esse potuisse, sed satis est docere tantam necessariam non fuisse; si enim ideo tantum Deus concupiscentiae in mundo locum dedisset quod homo aliter nasci non posset, minima exsistere debuit. At minorem esse non potuisse minime probatur. Omittimus rerum naturae peritorum sententiam qui, cum concupiscentiam pro reliquiis pristinae hominis silvestris licentiae habeant (cf. R. TENNANT, The origin and propag. of sin 78 s.), minorem lascivia adulescentium esse posse sumunt et quod tanta sit casu evenisse

(1) « Hoc non est secundum naturam institutam, sed secundum naturam corruptam, quod magis debet dici contra naturam quam secundum naturam ». Quamquam ipse (velut p. 386) huius praecepti neglegens est.

putant. Demus universum corporis praesentis habitum necessarium esse, ut homo sit. Num absurdum est cogitare Deum, ut malum concupiscentiae evitaret aut deminueret, hominem sine sexus differentia constituere potuisse? Vel si sexus necessarius fuit, cur sine impetu relinquere eum non potuerit? Praesertim, cum gignendi appetitum frustrari possit et menti voluntatique liberae sit in acceptum referendum si prolem habeat. Potuit enim praecipi, ut generi humano conservando consuleretur nec praecipi ut naturae desiderium coërceretur. Potius intellegitur cibi sumendi desiderium inserendum naturae infantis fuisse; at si hoc necessarium fuit, res ita institui potuit, ut esculentis utilibus mundus abundaret utque inter desiderium illud et praeceptum caritatis vel iustitiae certamen non oreretur; num tandem renovari corporis materiam absolute necesse est? An in caelis ambrosia vescuntur? Apparet igitur nullo modo confici posse concupiscentiam esse vivendi condicionem necessariam. Potius tenendum est « concupiscere inesse homini contra naturam, in quantum transcendit limites rationis », THO. AQ. S. th. II I. q. 82 a. 3 ad 1, non contra naturam empiricam, sed contra naturam idealem.

146. Aliud quoque nobis obici potest Baii sententiam esse damnatam qua negatur integritatem primae creationis indebitam fuisse humanae naturae exaltationi (DENZ. Ench.[11] n. 1026) et alteram qua negatur Deum ab initio talem potuisse creare hominem qualis nunc nascatur. Velut M. SCHEEBEN Handb. § 156 n. 566 hoc argumento utitur. Responsum nostrum idem est atque illud quod de morte reddidimus.

147. 5. Vitiosa est etiam cognitio nostra. Hoc minus apparet et rarius attingitur; non tamen ignoratur. In sacris libris occurrunt illa verba Io 1, 9, e quibus, si CYR. ALX. in h. l. (M. 73, 124-34), THEOPHYLACTUM (M. 123, 1149), THOMASSINUM (cf. K. WERNER, Gesch. d. apolog. u. polem. Lit. d. chr. Th. V 60), alios in iis interpretandis sequimur, colligi potest, in quovis veniente in hunc mundum (quae verba frustra addita non sunt; nec mundus aliud significat hic atque in appellatione principis huius mundi) obscurari mentem, quae obscuratio non tollatur nisi divino Verbi lumine, quod oratione mentem illuminet (cf. Sl. l. th. II 14-6). Obici certe potest etiam motum quo materia, mundus corporeus formetur ac motum quo ordo moralis generis humani, ordo societatis, pŏlis instituatur, ad extremum a divinae mentis opera repetendum esse. At non negamus etiam ordinem naturae et societatis condicione mundi corporei et generis humani non iusta contineri.

148. Apud patres, imprimis AUGUSTINUM, idem sermo occurrit de cognitione empirica qui de ceteris hominis vitiis; velut De Trin. 15, 27 n. 50 M. 42, 1097 : quae igitur causa est, cur acie fixa lucem ipsam videre non possit, nisi utique infirmitas, et quis eam tibi fecit, nisi iniquitas.

Inter scholasticos iam SCOT. ERIG., De div. nat. IV 25 M. 122, 855, accurate cognitionem empiricam ab ea distinxit, quam sine peccato originali haberemus : « Postquam peccavit, per organa exterioris sensus non nisi solas sensibilium superficies et quantitates et qualitates, situs quoque et habitudines, ceteraque quae corporeo sensui succumbunt, anima precipit. Et haec omnia non per se ipsa, sed per eorum phantasias attingit, quas secum tractans suum iudicium saepissime fallitur ». Cf. F. A. STAUDENMAIER in Z. f. Theologie Freib. 1840 III H. 2 p. 292 s. — IO. DUNS SC. saepenumero discrimen inter cognitionem iustam et empiricam tangit ac docet hanc empiricae cognitionis condicionem ex idea hominis non nasci. Cuius condicionis id proprium esse existimat, ut omnes notiones, etiam nostri ipsius, necessario copulentur visis, ut, quemadmodum scholastici rem enuntiarent, obiectum naturale adaequatum pro statu nostro sit quidditas rei sensibilis (THO. AQ. S. th. I q. 12 a. 4; q. 84 a. 7; q. 85 a. 1), ut « talis sit conexio istarum potentiarum, sc. phantasiae et intellectus pro statu isto, quod nihil intellegamus in universali, nisi cuius singulare phantasiemur » (IO. DUNS SC., In l. 1 d. 3 q. 6 n. 19), ut in statu isto anima nihil possit intellegere nisi sensibilia in se, vel essentialiter vel virtualiter inclusa in sensibilibus, quo fiat, ut ne anima quidem pro statu isto intuitive se cognoscat. Ita scribit : Quodl. q. 14 n. 12 : « Dico igitur quod obiectum naturale, hoc est naturaliter attingibile, adaequatum intellectui nostro etsi pro statu isto sit quidditas rei materialis vel forte adhuc specialius quidditas rei sensibilis, intellegendo non de sensibili proprie solum, sed etiam de incluso essentialiter vel virtualiter in sensibili; tamen obiectum adaequatum intellectui nostro ex natura potentiae non est aliquid specialius obiecto intellectus angelici, quia quidquid potest intellegi ab uno, et ab alio. Et hoc saltem concedere debet theologus, qui ponit istum statum non esse naturalem nec istam impotentiam respectu multorum intellegibilium esse naturalem, sed *poenalem* iuxta illud {AUG.} 15. de Trin. 27. — « Idem dicit commentator 6. Ethic. et Linconiensis ibid., et sup. primo posteriorum similiter (1). Vel forte ista causa est naturalis prout natura isto modo instituta est (2), non absolute naturalis. » In S. l. 2. d. 3 q. 8 n. 13. — « Obiectum primum potentiae assignatur illud, quod adaequatur potentiae in ratione potentiae, non autem quod adaequatur potentiae in aliquo statu. Quemadmodum primum obiectum visus non ponitur illud, quod adaequatur visui exsistenti in medio illuminato lumine candelae praecise, sed quod natum est adaequari visui ex se quantum est ex natura sui. Nunc autem... nihil potest adaequari intellectui nostro ex natura potentiae in ratione primi obiecti, nisi com-

(1) ROB. GROSSETESTE, In l. 1 Poster. c. 14 Ven. 1552 f. 16a : « Ipsa puritas oculi animae per corpus corruptum obnubilata et aggravata est ».

(2) Cf. AUG., C. Iul. l. 5 c. 7 n. 27. M. 44, 801.

munissimum, tamen pro statu isto ei adaequatur in ratione motivi quidditas rei sensibilis et ideo pro statu isto non naturaliter intellegit alia, quae non continentur sub illo primo motivo. Si quaeritur : quae est ratio istius status? Respondeo status non videtur esse nisi stabilis permanentia legibus divinae sapientiae firmata. Stabilitum est autem illis legibus, quod intellectus noster non intellegat pro statu isto nisi illa, quorum species relucent in phantasmate et hoc sive propter poenam originalis peccati sive propter naturalem concordiam potentiarum animae in operando, secundum quod videmus, quod potentia superior operatur circa idem, circa quod inferior, si utraque habeat operationem perfectam, et de facto ita est in nobis, quod quodcumque universale intellegimus, eius singulare actu phantasiamur. Ista tamen concordia est de facto pro isto statu, *non est ex natura nostri intellectus, unde intellectus est, nec etiam unde in corpore est*; tunc enim in corpore glorioso necessario haberet similem concordiam, quod falsum est. In S. l. 1 d. 3 q. 3 n. 24. — « Vel igitur *ex culpa*, vel ex isto statu propter aliquid *pertinens ad culpam*, cuius causa quaeratur » In l. 2 d. 11 n. 4. Cf. n. 8 ad 2. — Qua de causa Duns Sc. distinguit naturalia simpliciter a « naturali secundum statum naturae lapsae ». In prolog. q. 1 n. 13. — Obicienti sibi inter repraesentationem et obiectum debere esse specialem proportionem, respondet In l. 1 d. 3 q. 3 n. 4 : « potentiam et obiectum non oportet assimilari in modo essendi... igitur ex modo essendi talis potentiae non potest concludi similis modus essendi in obiecto » ; cf. In l. 2 d. 9 q. 2 n. 36.

149. Inter recentiores theologos complures a diversis opinionibus profecti inter se consentiunt condicionem cognitionis nostrae integram non esse, peccatum ad eam corrumpendam pertinuisse. Ut orthodoxos omittamus, nominemus J. F. MOLITOR, Philos. d. Geschichte § 134, 1827 p. 100 et § 443 p. 354 (1); BEN. (FR.) BAADER, Sämtl. W. VIII 38 (2) (qui L. C. DE SAINT-MARTIN, Des Erreurs et de la Vérité, Edimb. 1782, 466, secutus est), etc. ; logistae seu philosophi orationis velut F. MICHELIS, K. UPHUES, K. WERNER (Gesch. d. apolog. u. pol. Lit. V 1867, 253), J. JUSTUS; traditionalistae, quo nomine variae rationes comprehendi solent CLEMENTIS ALX., IOH. HAMANN (3),

(1) « Der Mensch würde in seinem ganzen Leben nur einen einzigen fortlaufenden, in unendliche Glieder organisch gegliederten Satz denken, und ebenso nur ein einziges in sich zusammenhängendes Kunstwerk schaffen, wäre er nicht aus der Einheit heraus, in die Zersplitterung der Reflexion gefallen, wodurch sein Fühlen, Wollen, Denken, Handeln, verwirrt worden ; doch hat sein Geist auch in dieser Zersplitterung den Typus der Einheit immer noch fortbehalten ».

(2) Docet eo loco hominem propter peccatum originale errori simpliciter obnoxium esse et quidquid cognoscat redemptioni tribuendum esse.

(3) Werke L. 1821-5, IV 145 Ist eure ganze Menschenvernunft etwas anderes als Überlieferung und Tradition?

L. G. A. DE BONALD, AUG. BONNETTY, IOACH. VENTURAE DA RAULICA, H. F. ROBERTI DE LAMENNAIS, ANT. M. BENSA etc. (1), quem morem ita retinemus, ut moneamus cavendum esse, ne certorum, qui ad hanc disciplinae formulam revocantur sententia ab ecclesia romana reiecta, ceteris eo nomine derogetur (cf. D. PALMIERI, De Deo cr. et elev. 1878, 614-5). Quibus etiam eos addere licet, qui generatim de quadam mentis obscuratione (ex culpa primi parentis... obfusae tenebrae menti) loquuntur (PIUS IX; DENZ., Ench.[11] 1643) (2).

150. Et sane duo sunt, quae aliter non explicantur : 1) latens in infantibus mens ac voluntas. Cogitare enim et velle ad spiritus naturam pertinent; quare iusta naturae condicio non fert, ut ita comprimantur seu constringantur, ut apparere non possint. Cf. AUG., De pecc. m. et r. 1 c. 36-37. Iam vero conscientia singulorum ita impedita est corpore, ut aliter solvi excitarique non soleat nisi oratione (SILIVESTR {MALEV.}, Opyt pravosl. dogm. bog.[2] III 1889 § 58 p. 420-1; F. MICHELIS, Beiträge zur Ref. d. Gramm. I 98); ceterum soluta non manet, sed ad tempus solvitur.

2) Cogitationis empiricae vitium. Contra universalia mentis actione a visis seiuncta ea quae sub sensus subiecta sunt atque individua, sua sponte videntur vera ita, ut quod est, idem putetur atque quod sub sensum cadit. Cf. F. MICHELIS, Krit. d. Günth. Philos. 1854, 113. Notiones verae seu reales, i. e. eae quibus res vera respondet ac notionum formae seu notiones formales, quibus res nulla respondet (velut nihili, limitis, spatii, temporis) eodem habitu menti se offerunt, id quod ad naturam cogitationis, quae per notiones procedit, pertinet. « Der Begriff bezeichnet jene Stufe des vorstellenden Denkens, wo im übereinstimmenden Bewusstsein vieler oder aller die Vorstellung, die an sich immer etwas Individuelles bleibt, zum Merkmal und zum Repräsentanten eines in der sinnlichen Wirklichkeit nicht Erscheinenden gesetzt ist, sei es dass ihm real, wie wir sagen, ein erscheinendes Einzelding, wie beim Begriff Sonne, oder eine Mehrheit von Einzelheiten, wie bei den Gattungsbegriffen, oder ein blosses Bedürfnis des Denkens, wie bei den Formalbegriffen oder endlich eine übersinnliche Wirklichkeit entspricht, wie bei den Ideen im wahren Sinn des Wortes MICHELIS, Kath. Dogmatik 396; cf. D. Philosophie Platons 1860 I 117 s; Theol. Ltbl. XI 1876, 370. Etiam id, quod ego appellamus, simulatque ultra sui praesentis in conscientia cognitionem ante mentem ponitur seu cogitationis obiectum fit, in nostra condicione viso adstrictum est. Cf. K. UPHUES, Wesen d. Denkens 71. Praeterea empiricae cogitationis forma, iudicium dico, omnino congruit cum hac

(1) Cf. etiam ep. AVGUSTIN, Rukovodstvo k osnovn. bogosloviju [3] M. 1894, 72-3, 146-7.

(2) Cf. P. LAHORGUE in Ét. 155, 1918, 65.

omnis veri ad corpora revocatione. Nam quatenus omnis sensuum cognitio in rebus singulis versatur, non fit nisi subiciendo singula universali, rem visam notioni, notionem inferiorem superiori quae est iudicii natura. Egregie Michelis exponit quorsum hoc evadat Soll ein übersinnlich Reales in der Form des Urteils gedacht werden, so kreuzt sich notwendig der Inhalt mit der Form des Gedankens, und so ist z. B. jedes Urteil, welches etwas von Gott aussagt, der Form nach unrichtig, weil es der Form nach den Begriff Gottes einem höheren Begriff unterordnet » Kant vor u. nach d. Jahr 1770. Br. 1871, 39; cf. Krit. d. Günth. Philos. 83. 118. Quo vitio continetur ignoratum vel neglectum discrimen inter notionem et visum, inter iudicium et sententiam (enuntiationem), inter notiones reales et formales, quod totam philosophiae historiam pervadit. Cf. K. Uphues, D. Definition d. Satzes nach d. platon. Dialogen Krat., Theaet., Soph. Landsb. a/W 1882, 40 etc.; F. Michelis, Beitr. z. Ref. d. Gr. I Münst. 1857, 21 ss.; Gesch. d. Philos. Br. 1865, 328 etc.

Quae contra haec in conscientia nostra occurrentia, afferuntur (velut: si res ita esset, cogitationem corrigi non posse) sententiae propositae imperfecta assecutione continentur. Nobis autem in sententia ita significata, ut si cogitatio adhibeatur, animo comprehendi possit, acquiescendum est nec ratio habenda omnium quaecumque impedire possint ne comprehendatur.

151. 6. Unum rerum humanarum genus, quae cum debita condicione videntur discrepare, reliquum est: dolores et infirmitates velut morbi, pravitates, caecitas, surditas, terrores, maerores, fames, sitis, frigus, calor etc. Suntne vere mala? Estne credendum iustum viae statum ab iis liberum esse? Argumenta, quibus hoc probatur, minus manifesta sunt quam vitiorum priorum; quia manifestum non est quatenus Deus sua natura obstrictus sit ad mentem creatam doloribus liberandam. Scheeben quidem ad Casinii (Quid est homo M. 1862) verba addit p. 99 s.: « Potest Deus, cum supremus sit Dominus, sicut maiora ita etiam minora largiri, quae sc. defectus admixtionem habeant, sicut bona ita etiam mala distribuere. Nec est horum malorum causa alia necessario quaerenda praeter ipsius voluntatem, a qua ut ait sanctus ille vir, si bona suscepimus, mala cur non suscipiamus ». Conceditur Deum non posse hominem caecum creare; sed defenditur hominem nasci posse caecum; quod oriatur cum hoc vitio, materiae esse tribuendum; non esse cur Deus impedire debeat, quominus homo hominem caecum efficiat aut oculus tabescat. (Apparet eandem sententiam recurrere quam in aliis malis explicandis negandam esse vidimus). Praeterea Leibnitzius non errat cum ait dolores consequi facultatem delectationis; eadem ad utrumque spectat facultas; atque assentiendum videtur esse F. Bouillier, Du plaisir et de la doul. P. 1865, 153, dicenti : sans la sensibilité l'homme ne serait pas plus un homme que

sans la liberté ou la raison. Tamen inde non efficitur aliunde atque a peccato commisso vel redimendo repetendum esse facultatis dolendi usum. Alia quaestio est, fuerintne a paradiso aeque pellendi dolores atque concupiscentia (cf. Io. CHRYS., Hom. 17 in Gen.) et pertineatne doloris et voluptatis sensus ad hominis naturam an utilitatis tantum causa in hac eius condicione additus sit. Cf. A. EYMIEU, La provid.[6] 103.

152. Orthodoxos, cum molestias vitae humanae pro peccati effectu habeant saltem eatenus non errare qua vera mala existimanda sunt, scripturae et traditionis auctoritate efficitur.

Mala, quae genus humanum patitur, in V. T. poenae peccatorum habentur: Deut 31, 17, 29; Iud. 3, 7. 8. 12; Ps 90, 7-12 etc. Cf. MAKARÏJ {BULG.}, Prav.-dogm. bogosl.[5] 1895 I § 84, 465; vel causae eorum in diabolum vertuntur: Iob 1. 2. In N. T. fere diabolo tribuuntur: Act 10, 38 etc., vel etiam propter peccata accidere putantur Mt. 9, 2-6; Lc 5, 20 etc. Christus discipulis praecipit, ut infirmos curent, leprosos mundent aeque atque ut daemones eiciant Mt 10, 8; miracula sanationum — victoria dolorum — argumento sunt regnum caelorum adesse Lc 11, 20.

153. AUGUSTINUM dolores pro vero malo, cuius praesentia primo Dei consilio non contineretur, habuisse clarius in eius libris enuntiatur quam ut obscurari possit: Ep. 166 n. 16 CSEL 44, 570-1: Sed cum ad poenas ventum est parvulorum, magnis, mihi crede, coartor angustiis, nec quid respondeam prorsus invenio... languescunt aegritudinibus, torquentur doloribus,... Demonstrandum est utique, quomodo ista sine ulla sua mala causa *iuste* patiantur. Cf. Op. impf. l. 1 n. 49; 3, 48; De pecc. mer. 1, 37 CSEL 60, 67-9. Contra THO. AQ. (q. 99 a. 1 ad 1; cf. 101 a. 2 ad 1) qui Augustinum non putabat loqui nisi de ea infirmitate, quae nunc in pueris appareat « etiam quoad actus eorum pueritiae convenientes » bene F. SUAREZ, De op. 6 d. l. 5 c. 5 n. 7. 8 contextum urget. — Addere libet argumentum, quo AUGUSTINUS ex eiusmodi malis peccatum originale docet: C. Iul. l. 4 c. 16 n. 83 M. 44, 782 Quid igitur restat nisi ut causa istorum malorum sit aut iniquitas vel impotentia Dei {non eius arbitrium!} aut poena primi veterisque peccati? Sed quia nec iniustus nec impotens est Deus, restat, quod non vis sed cogeris fateri, quod grave iugum super filios Adam a die exitus de ventre matris eorum usque in diem sepulturae in matrem omnium non fuisset, nisi delicti originalis meritum praecessisset; vel De lib. arb. l. 3 c. 9 M. 32, 1284: si peccatis animarum detractis miseria perseverat aut etiam peccata praecedit, recte deformari dicitur ordo atque administratio universitatis. Cf. De civ. D. 22 c. 22.

Similiter atque Augustinus sentiunt PROSPER, Con. Collatorem 9, 4 M. 51, 238; GELASIUS, Ep. 7 ad epp. p. Pic. M. 59, 37 A-B; 38 C-D; CSEL 35, 362. 364; Synod. Araus. II cn. 2 ap. DENZ.

Ench.[11] n. 175 (iniustitiam); Synod. patrum african. in Sard. ex., de incarn. (FULG. Ep. 17) c. 14 M. 65, 468 etc.

154. Quae cum ita sint, mirum videtur, cur sine revelatione cognitum non sit generis humani miseriam a consilio divino perturbato manare et cur etiam res revelata saepissime ignorata vel negata sit. Ad priorem quaestionem BONAVENTURA respondet In S. l. 2 d. 30 a. 1 q. 1 concl., cuius responsum etiam ad posteriorem pertinet: Philosophi non aspexerunt in hominis condicione suum principalem auctorem, sed aspexerunt principia componentia et operationes, quas habet per virtutem naturae {praesentis}: « et secundum hunc modum ratio potius discordat veritati catholicae, quam concordat. Et haec est ratio, quare philosophi, qui fuerunt tantae veritatis indagatores, non pervenerunt ad lapsus humani cognitionem. »

## c) UNDE NATA SINT MALA

155. E responsis quae ad quaestionem de origine mali dantur nonnulla iam anteoccupavimus. Ut exempla afferam, apparet reiciendam a nobis esse G. W. F. HEGELII (Philos. de la Relig. I 1876, 374) opinionem existimantis hominem ita a Deo conceptum esse, ut ei a vita rudi ad perfectionem progrediendum esset; vel evolutionistarum dogma, qui naturae imperfectionem pro initio absolute necessario habent, unde ad perfectiora procedat (1), quae necessitas nec naturae investigatione detegitur (cf. H. BUSHNELL, Nature and the Supernatural[4] 1859, 211. 213), nec, si quidem, quod fieri oportet ab iis qui sibi constant, ad peccati malum explicandum adhibetur, statuitur quin notiones morales pervertantur.

Commemorandum vix est tentamen culpae in Dei administrum conferendae, nisi confusarum Dei et creationis notionum eo ducentium ratio habenda est. Cf. P. JANET, Les causes finales 1876, 345.

Non tamen praeter tralaticiam explicationem christianam aliae omnes neglegendae sunt aut in sententia AUGUSTINI De Gen. ad l. lib. impf. c. 1 (CSEL 28, 460), haerendum qui in numero fidei dogmatum ponit illud: « omne quod dicitur malum aut peccatum esse aut poenam peccati »; i. e. sane poenam non restricte intellegendam, qua voce etiam Christi cruciatus significari possit etsi opinio substitutionis quae vocatur non probetur. Verum est aliter ab homine christiano rem intellegi non posse, cum id quod a natura ideali diversum est, non possit nasci nisi ex rerum perturbatione. Tamen notiones non satis enucleatae, opiniones

(1) Velut J. Y. SIMPSON, The spiritual interpretation of nature 1912, 332: Evolution in its insistence on the essentially dynamic and developing character of the world process, saves us from the necessity of attributing any absolute character to physical evil.

praeiudicatae quae passim occurrunt nonnullae separatim considerandae videntur esse.

I

156. Atque initium faciamus ab iis, qui mala ideo esse aiunt quod divina providentia permittantur. Certe maioris boni causa licet permittere res a quibus ea ratione non habita refugiendum esset; neque, si quis liber est ab officio effectuum malorum impediendorum, agenti crimini vertendi sunt, etiamsi eos praeviderit et impedire potuerit; Deus ne peccatum quidem permittere posset, si id non liceret. Itaque ea ratione Deus mala permittere potuit quod « fuit maius bonum esse bonum ex bono et malo quam ex solo bono » HUGO VICT., De sacr. l. 1 p. 4 c. 6 M. 176, 236. Si quaerimus quod bonum Deus spectare potuerit, responderi potest: ut maximus beatitudine caelesti donandorum numerus ad maximam beatitudinem perveniret. Cf. BEN. STATTLER, Theol. christ. theoretica[2] I 130. Mala enim physica beneficia sunt habenda quibus malis moralibus hominum occurritur. Cf. ORIG., De princ. 2, 10 n. 6 ed. Koetschau p. 179; LACTANT., De ira D. c. 13 CSEL 27, 104; J. M. DE MAISTRE, Soirées de St.-Pétersbourg, 8[e] entret.[5] II 1845 p. 101 etc. Quae sententia a stoicis petita est: SENECA, De prov. c. 3; EPICT., Diss. 3, 24 n. 110 etc.

Corporis molestiae etiam ad bona physica acquirenda utilia esse possunt, non solum in homine sed etiam in bestiis: Whatever pain is needed to make the animals so exercise their faculties as to improve and develop their natures, has been wisely and rightly allotted to them. « ROB. FLINT, Theism [4]1883, 248. Quodsi AUG., Op. impf. c. Iul. 3 c. 49 M. 45, 1270 verum dicit, cum negat teneri posse » ad exercendam virtutem parvuli, quae adhuc in eo nulla est, haec mala eum perpeti «, tamen concedendum videtur magnas illa mala habere posse opportunitates atque emolumenta, si ceterorum hominum vitae recte honesteque instituendae ratio habetur. Tandem necesse non est bonum quod Deus petit proxime ipsam moralem hominum perfectionem esse, sed potest spectare ad animos « metu divinitatis acuendos » (cf. PAULIN. NOL. Ep. 16 n. 5 M. 61, 231), ad spiritus frangendos, vel ut LUTHERI (ed. Jen. VI f. 48[a]) verbis utar, ad maiestatem suam quasi aculeis tegendam. Etiam de « decore et pulchritudine universorum » (H. VICT., De sacr. 1, 4, 6) consequenda cogitari potest. Ne multa, mala ideo esse putantur quod administratio mundi id poscat. (W. E. ORCHARD, Modern theories of sin. L. 1909, 160-1.)

157. Qui hanc opinionem tuentur nec videntur quaesivisse, utrum status empiricus primae Dei voluntati deberetur necne, nec essentne mala re vera an verbo tantum. Liquet nobis hic eam opinionem considerandam esse, quae a malis veris agnitis proficiscatur eaque modo

quem exposuimus êxplicat (cf. HORTEN, D. Metaphysik Avicennas 1907, 625), cum altera opinio a nobis iam sit reiecta. Confusio cogitationis qua haec opinio continetur iam pridem detecta ac denotata est; reliquum est, ut eius refutationem denuo afferamus P. BAYLE contra LACTANTIUM haec disputat in Dictionaire histor. et crit. III 1740, 625, Pauliciens E : « {Il} suppose qu'il a falu que Dieu produisît le mal parce qu'autrement il n'aurait pas pu nous communiquer, ni la sagesse, ni la vertu, ni le sentiment du bien. Peut-on rien voir de plus monstrueux que cette doctrine? Ne renverse-t-elle pas tout ce que nous disent les Théologiens sur le bonheur du Paradis et sur l'état d'innocence?... Bien loin que la vertu et la sagesse ne puissent convenir à l'homme sans le mal physique, comme l'assure Lactance, il faut soutenir au contraire que l'homme n'a été sujet à ce mal, que parce qu'il avait renoncé à la vertu et à la sagesse. Si la doctrine de Lactance était bonne, il faudrait supposer nécessairement que les bons Anges sont sujets à mille incommodités et que les âmes des bienheureux passent alternativement de la joie à la tristesse... Il est même vrai qu'en bonne Philosophie, il n'est point du tout nécessaire que notre âme ait senti du mal, afin de goûter le bien, ou qu'elle passe successivement du plaisir à la douleur, afin qu'elle puisse discerner que la douleur est un mal, et que le plaisir est un bien... Cf. PLUT., Adv. Stoicos pag. 1065 ».

Eo quod Deus vera mala permittere potest, mala physica explicari non possunt. « The evil is there, says the atheist; you cannot get away from the fact. » No amount of specious confidence-trick assurances of mysterious « divine purposes » behind it will divest it of its character as evil. « The application to the Deity of the theory that the end justifies the means », continues the atheist, « I cannot in any way accept. I will not press the point as to the omnipotence of your personal God, since I am aware that many theologians do not insist upon it; but in any case the power you attribute to Him must be transcendently greater than that at the disposition of our finite wills... If I only admit the principle of question with reluctance as a concession to the weakness of human powers acting in a limited time, how inconceivably less is the excuse for a Divine Being, whose powers, if not amounting to actual omnipotence, must nevertheless, as compared with human powers, be hardly distinguishable therefrom, and who works not in a limited time, but has eternity to play with! Such a Being, who erects the principle of the means justifying the end into an integral element of His world-order I cannot regard as moral in any sense to which I can attach the word, and hence I cannot worship such a Being ». ERN. BELF. BAX, The roots of reality. L. 1907, 279-80. Cf. C. E. ROLT, The World's Redemption, 168-9.

Deum peccata permittere posse aliud est. « Malum permittit, quia liberum arbitrium dedit », RUP. TUIT., De omnip. D. c. 24. Cf. VEL-

TISTOV, Grēx, ego proisx., susčn. i slēdstvĭta 1885, 33-49; T. BUTKEVIČ, Zlo, ego susčn. i proisxožd. X. 1897, 37-41.

158. Non negamus aliquid veritatis subesse huic opinioni aut eam, si a confusione liberetur atque a malorum causa explicanda removeatur, alicuius momenti esse. Cf. BADET, Le problème de la souffrance humaine 1904 (1). Etiam diabolo utitur Deus hominum saluti providens : « Adhuc opus est opera eius ad perfectionem eorum, qui coronandi sunt, opus est adhuc opera eius ad exercitia certaminum et victorias beatorum » ORIG., Hom. 13 in {c. 22} Numer n. 7 M. 12, 674; at nec diabolus nec praesens hominis condicio voluntati Dei non impeditae debetur; neque aptius inde explicatur cur mala sint, quam si dicis muscas nasci, ut aves alantur, aves ne muscae nimis propagentur.

## II

159. Explicatio liquida ac minime confusa Manichaeorum (2) est : Cum a Deo mala manare non possint, necesse est ea originem a Deo seiunctam habere, causae malae deberi. Hac ratione mala facillime explicantur; error non est nisi in notione Dei. Ut omittamus rerum naturam aequabilius informatam atque compositam esse quam ut duorum inter se pugnantium opus esse possit (cf. SAM. HINDS, The nature and orig. of evil. Ramsg. 1870, 18), nihil esse potest quod Deo infinito obnoxium non sit. Quapropter horridus duarum causarum error (cf. IREN., Adv. h. 1 c. 21) a nonnullis mitigatus est, qui malorum causam esse materiam statuerunt (cf. TERTULL., Adv. Hermog. c. 4 ss. CSEL 47, 130 ss.), ex qua a creatore velut vinculis adstricta formataque (HERMES TRISM. l. 1 c. 8 n. 3), malum rubiginis instar efflorescat (exantein HERM. TR., 1, 14, 7); cf. TH. ZIELINSKI in ARW VIII 1906, 336; materiam profecto aeternam, non effectam, esse fingitur iuxta Deum qui solus sit « efficient First Cause » universi (SAM. HINDS, The nat. a. or. of e. p. 20); quam materiam esse in se « inert, and derives its activity from the Creator's agency on it (p. 20); Deum ea quae erant formavisse, nihil ex nihilo effecisse (p. 16). Haec ab archiepiscopo nordwicensi tenentur. Mala igitur ex materia nascuntur, cuius vires ac proprietates a Deo ita disponuntur « that the property of generating Evil may be modified, and from some portion of creation, if not

(1) Is exponit nos malis premendos esse 1. parce que la souffrance préserve et purifie (7-23); perfectionne et grandit (24-43); christianise et sanctifie (44 60).

(2) Cf. EPIPHAN., Haer. 66 M. 12, 29; I. DE BEAUSOBRE, Histoire critique de Manichée et du Manichéisme. Amst. 1734; MUHAMMAD IBN ISHAK, Mani, s. Lehre u. s. Schriften ed. G. FLÜGEL 1862; K. KESSLER, Mânî 1889; E. ROCHAT, Essai sur Mani et sa doctr. 1897; A. DUFOURCQ, De manichaeismo P. 1900; F. CUMONT, Recherches sur le Manichéisme II. Br. 1912; A. A. BEVAN in HASTINGS Dict. vol. 8, 394-402.

from all, gradually and finally eliminated » (p. 16). Similiter CHR. v. EHRENFELS malum explicare conatur statuens Deum omnia scire, sed non omnia posse et simul cum eo ex omni aeternitate fuisse materiae rudem indigestamque molem. (Cf. Hlídka 1912, 591).

160. Minus sibi constant, etsi propius ad veram originis mundi cognitionem accedunt atque falsam Dei notionem corrigunt, qui Deum aiunt materiam effecisse, negant autem eum meliorem materiam efficere potuisse hac, a qua mala physica manent. Quam opinionem convenienter exposuit RICH. ROTHE, Dogmatik 1870 I 201-4. Is omne mundi vitium a materia nondum sublata nec unquam omnino tollenda repetit, sine qua Deus creare incipere non potuerit; quapropter fieri posse non existimat, ut mundus perfectus exsistat, verum infinitam esse novarum rerum creandarum seriem ei placet.

Duo esse ultima principia rerum, sive duas mentes (cf. DENZ., Ench. n. 237. 427), sive mentem et rem mentis expertem (DENZ., E. n. 428) nemo sapiens tenere potest. Cf. THO. AQ., S. th. I q. 45 a. 2 ; q. 47, a. 1 ; D. PALMIERI, De Deo cr. 1878 p. 7-61. Sin materiam, mali fontem, a Deo creatam esse statuitur, Deus ipse mali conditor evadit. (Cf. TERTULL., Adv. Herm. c. 15 CSEL 47, 142). Quodsi malum videri non esse contenditur, illud negatur, quod supra n. 122-154 a nobis effectum esse arbitramur.

III

161. Floruit quondam opinio eorum qui originem malorum explicantes ea peccato Adami deberi credebant. Quorum in numero adscribendi non sunt patres qui mala ad peccatum originale referebant. Non enim aliud statuebant nisi proximam malorum condicionem illud peccatum esse, neque veram originem alibi sitam esse negabant. Theologis autem orthodoxis, etsi nonnulli eorum vere originem aliam negasse videri possunt (velut N. DAMALAS, Peri arkōn 1865, 67, cum dicit naturae ipsius vi hominem immortalem fuisse), tribuendum non est quod a locis quos repetierunt abesse existimamus, etsi fieri non potest quin ei qui non omnia considerat ad ultimam malorum causam exponendam referendi videantur. Ceterum sunt qui aperte donum immortalitatis Adami debitum esse gratiae dicunt (MAKARÏJ { BULG. }, Prav.-dog.b[5] 1895 I § 85 p. 471 ; A. TUBEROVSKÏJ, Voskresenïe Xristovo 1916, 304). Hac detractione facta ex orthodoxis hic e. c. commemorari possunt N. ELEONSKÏJ, Kratkïia zapiski po osnovnomu bogoslovïiu M. 1895, 169 (1); N. TIXVINSKÏJ, Čtenïia po pravosl. xrist. bogosl. II 1895,

(1) То что называется зломъ, есть по своему происхожденію дѣло человѣческой свободы, результатъ злоупотребленія своею свободою со стороны человѣка, отсюда зло есть явленіе случайное, его могло и не быть и ему не было мѣста въ первоначальномъ планѣ міра.

129; S. GLAGOLEV in Strannik 1904, 241; FILARET {GUMILEV.}, Pravosl. dogm. bog.[3] I § 90 p. 140; § 98 p. 150; P. IA SVĚTLOV, Kurs apolog. bogosloviīa[2] 230; K. N. KALLINIKOS in E. P. III 1909, 250-4. E theologis catholicis quosdam iam attulimus qui concupiscentiam a peccato Adami repetebant; addi alii possunt velut KNOLL-NOGGLER (ALB. a Buls.-GODEFR. a Graun), Instit. theologiae theoret.[3] 1893 I 451-5; J. F. MOLITOR (cf. K. WERNER, Gesch. d. apolog. u. polem. Lit. V 268). Mundum fluxum atque interitui addictum esse propter hoc peccatum tenent, ut paucos afferam: FR. SUŠIL, in Rom 8; Io. B. HIRSCHER, D. Verhältnis d. Evangeliums zu d. theolog. Scholastik 1823, 22; IOH. PABST, D. Mensch u. s. Gesch. 1830, 79-80; Io. E. VEITH, D. Anfänge der Menschenwelt. 1865, 216. 350. E protestantibus unum PH. C. MARHEINECKE, D. Grundlehren d. christl. Dogmatik B. 1819 § 244 p. 188 commemoremus qui mala mundi corporei (velut bestiarum foeditatem) pro peccati primi hominis effectu habet. Cum de homine quaeritur, eum e meliore condicione peccato in materiae fluxum abreptum esse MAXIMUS CONF., Ambigua M. 91, 1156, existimavit; antea enim hominem natura immortalem fuisse dicit (1). Corpus hominis propter peccatum crassius factum esse sumit J. SÝKORA, Umučení a oslavení Pána našeho Ježíše Kr. Pr. 1896, 423, qui corpus Christi ab eo effectu excipit. MARTINEZ PASQUALIS Adamum principio purum spiritum fuisse putavit (ap. AD. FRANCK, La philosophie mystique en France 1866 p. 210) et etiam HONORII AUGUSTOD. sententia Adam ante peccatum naturam pneumaticam habuit (ap. JOS. BACH, D. Dogmengesch. d. MA. II 1875, 303). BÖHME, BAADER, alii, quos supra, cum de natura hominis quaereremus, commemoravimus, Adamum androgynum a Deo effectum esse posuerunt. Corpus hominis physice mutatum esse peccato Adami ita, ut ad peccatum propensum sit, a PAULO ipso tradi vult ARTH. TITIUS, D. neutest. Lehre v. d. Seligk. u. ihre Bedeut. f. d. Gegenw. II: Der Paulinismus u. d. Gesichtsp. d. Sel. 1900, 108. W. BOUSSET vero, D. Religion d. Judentums im neutest. Zeitalter 1906, 467, dicit iam 4 Esra 7, 11 s. peccatum Adami ad universum mundum pertinere creditum esse.

Si quaeritur, cur haec mala peccatum Adami consecuta sint, varia respondentur; alii ea pro poenis habent, alii pro effectibus congruentiae causa vel propter interiorem cohaerentiam necessariis (cf. PABST l. c.), alii pro remediis (cf. AMBROS., De bono mortis c. 4 n. 15).

162. Nititur haec opinio partim refutatis opinionibus, in quas hucusque inquisivimus, cum nulla earum christianae Dei notioni res-

(1) βρώσεως ἀπαρχὴν ποιησάμενος... εἰ γὰρ φθορὰ γενέσεως ὑπάρχει ὁ θάνατος, ἀεὶ δὲ τὸ δι' ἐπιρροῆς τροφῶν γινόμενον φυσικῶς φθείρεται σῶμα τῇ ῥοῇ διαπνεόμενον, ἀεὶ ἄρα δι' ὧν εἶναι τὴν ζωὴν ἐπίστευσεν ἀκμάζοντα ἑαυτῷ τε καὶ ἡμῖν, τὸν θάνατον ὁ Ἀδὰμ συνετήρησεν.

pondeat (cf. {DE SAINT-MARTIN}, Tableau Naturel 1782 I 32; Des Erreurs et de la Vérité 1782 p. 26), partim iis locis scripturae (velut Rom 5, 12; 1 Cor 15, 21. 22) et patrum (cf. DENZ., Ench.[11] 101. 175; BASIL., Carm. l. 2 c. 3 v. 104 M. 37, 1487 etc.), quibus mors hominum a peccato originali repetitur, partim iis locis (praeter Gen 3, 17. 18; cf. Bar. 53. 56), qui ad peccatum Adami saepe referuntur (velut Rom 8, 19 ss.). Hominis lapsi naturam mutatam esse etiam voce κατῴκισεν Iac 4, 5 indicari videri potest: « naturam corruptam in nobis collocavit. »

Praeterea urgetur fieri non potuisse, ut peccatum naturam non immutaret: a priori rem colligi. THEOD. MOPSU. vinculum, quo spiritus et materia copulandi erant peccato hominis turbatum esse dicit, cum nodus inter corpus et animam tolleretur; quo factum esse, ut commercium quod esse debebat inter spiritus et materiam cessaret, ut corpora disturbarentur: In Col 1, 16 ed. SWETE I 268: « Etenim et omnis conexio creaturae hinc solvebatur... ita, ut nec ultra existimarent invisibiles virtutes aliquam sibi nobiscum esse communionem secundum corporis nostri diligentiam... unde et hi, qui insistebant visibilibus naturis et commovebant eas pro nostra utilitate secundum propositum sibi terminum, nolebant ultra ea implere, si non promissione Dei percepissent quod omnia aspera solverentur... » Cf. In Rom 8, 19; In Eph 1, 10. Aliter IOH. H. PABST, D. Mensch u. s. Gesch., 79 rem exponit: « Da die gesamte Natur nur eine Beziehung auf den Menschen ist, so dass das ganze Sein und Leben derselben kein anderes Ziel hat als den Menschen mitzuconstituieren und durch die Einheit mit dem Geist zum höheren Bewusstsein und zur Persönlichkeit zu gelangen; da ferner das leibliche Element des Menschen, als Product der Gesamtnatur, mit dieser und diese deshalb auf lebendige Weise mit dem Geiste zusammenhängt und organisch verbunden ist, so war es natürlich und folgt notwendig, dass sich der Sündenfall des Menschengeschlechtes, dieser Widerspruch aller Widersprüche, auch in dem Leben der Gesamtnatur auf traurige Weise reflectierte — dass sie durch den Untergang ihrer eigentlichen Idee und den dadurch herbeigeführten Bruch ihres grundorganischen Verhältnisses in ihren tiefsten Tiefen erschüttert werden und bis zum Tode erkranken musste. »

163. Quodsi ab empirica rerum cognitione proficiscimur, videri potest ordo rerum optime explicari puniti generis humani coniectura. Finge stellae incolam in insulam S. Helenae venisse, cum Napoleo ibi in custodiis esset duo vidisset: eundem hominem et principem esse in insula et libertate privatum. Quid coiecisset? Aliquid simile coiciendum est ex hominis condicione.

Adde utilitatem quam mala homini praebent, quam, ut exemplum afferam, THO. BROWN, Lectures on the Philosophy of the Hum. Mind[19] 1841 Lect. 94 p. 631-5 praedicat: nisi homo mala, morbos

aliasque miserias videret, quam non ferendus, quam procax foret! Commiseratione vero ac demendae iniuriae seu satisfaciendi expostulatione quantopere homines excoluntur, visis malis quantopere mitigantur, commonentur, submittuntur!

Apud patres nonnumquam etiam haec sententia occurrit: resurrectio est reditus ad pristinam condicionem: GREG. NYSS., De hom. opif. c. 17 M. 44, 188; cf. PROCOP., In Gen 4, 1. M. 87, 233; MICH. GLYC. Annal. p. I M. 158, 201. Vereor tamen, ut haec sententia, aperte non satis accurata (qua discrimen inter naturam idealem et empiricam negle-gitur, neque consideratur quae ratio intercedat inter statum praeparationis et statum exitus, sed solum quae sit inter naturam empiricam et statum gloriae), a quopiam urgeatur; etsi testimoniorum contrariorum, velut THEOPHILI, Ad Autol. l. 2 n. 24 M. 6, 1092 A, ratio non habetur. Idem dicendum videtur de discrimine neglecto inter Adami condicionem paradisi propriam et iustum seu idealem hominis statum, quemadmodum PHILO formam humanam idealem et empiricam, quas PLATO distinxerat, cum duplici Gen 1 et 2 de rebus creatis narratione composuit; quamquam minime negandum est statum empiricum statui ideali tum similem fuisse.

164. Iam ad aestimanda haec argumenta aggrediamur. Ac primum quidem de iis quae rationi probantur e causis effectus colligenti, verum est peccatum sine effectibus esse non posse; at sequitur etiam peccatum spirituum mala genuisse ac planum faciendum est quae ex hoc nata sint, ut cognosci possit, num peccato Adami nova orta sint.

Deinde ad coniecturae vim iudicandam satis est monere eo, quod providentia divina molestiis vitae humanae utatur ad nostrum commodum, non effici hanc propter causam eas esse; praesertim cum natura earum ferat, ut etiam ad vitia excitanda pertineant: invidia et ulciscendi cupido vires et incitamenta ad agendum inde capiunt quod aliorum animi et corpora doloribus affici possunt. (JAM. MAC COSH, The method of the div. governm.[4] 32-3).

165. Iam ad scripturae locos veniamus. De Iac 4, 5 dicendum est: ut eandem vocem legamus et eodem modo eam interpretemur ac legendam et interpretandam esse sumitur (cf. Rev. bibl. 1915 p. 47. 49. 52), tamen nec dicitur hoc factum esse propter Adami peccatum et sententia illa, si separata consideratur, significari potest simpliciter naturam nostram ad invidiam propensam esse; ratio addendi verba: quem Deus in nobis collocavit, non esset mutatio facta sed alia, contextus propria et e contextu eruenda, quem perincommode ignoramus (nec enim contigit, ut locus ei qui hic apud Iacobum commemoratur similis repe-riretur); negari autem non potest contextum rationem addendi illa verba continere potuisse; addi enim potuerunt, ut errori occurreretur dicentium satanae vel causae malorum Deo non obnoxiae naturam nostram ad vitia proclivem deberi. Ab ipso Iacobo illa verba « quem collo-

cavit ad verba quae affert addita non esse certum est; potius B. WEISS coniectura tolerari potest, qui interpunctione difficultatem tollit (D. kathol. Briefe 1892, 109). Ceterum laborandum non est quod in libris canonicis locus qui commemoratur deest (cf. Eph 5, 14; Iuda 14; Io 7, 38), etiamsi ne Domini quidem sententia illis verbis referatur, id quod A. RESCH, Agrapha L. 1889, 256 suspicatus est, scriptorem verba perperam conversa legisse ratus.

166. De Rom 5, 12 dubium non est, quin mors physica (nam ad hanc pertinet; cf. Io. CHRYSOST. in h. l.; GODET in h. l.; id apparet e 5, 14; 8, 10) a peccato Adami repetatur (quemadmodum in Antiq. Hebr. [The Jewish Quart. Rev. 1898 X 290]; Apocal. Mos. 14.19; 4 Esra 3, 7 ed. VIOLET p. 4 etc.). Quodsi JAM. DENNEY in The Expositor 1901 (6 ser. vol. III), 287 negat Paulum mortem cum peccato coniungentem Gen 2 et 3 interpretari aut mortem pro peccati poena habere, sed illud significari opinatur Dei sanctitatem resistere atque adversari peccato, hominem impium iure vivendi carere, id quod ex ipsa conscientia cognoscatur: the end of the life in which sin and wrath express man's relation to God and God's relation to man, cannot be doubted: that life is donned to death, non solum contra conc. arausic. II cn 2 repugnat, sed etiam a loci contextu discrepat. Nam e 5, 15 (delictum). 17 (delicto). 18 (delictum) apparet Paulum effectum perniciosum ab Adamo in genus manantem certo cuidam peccato tribuere. Verba inter se opposita di' henòs — kósmon argumento sunt non illud inane praedicari Adamum primum peccavisse (ut opinantur C. F. A. FRITZSCHE 1836, M. J. H. OLTRAMARE 1881; vel potius, quae PELAGII sententia fuit, Evam primam peccasse); eadem autem oppositio ad mortem pertinet: eis pántas antr.; idem e comparatione v. 15. 17 efficitur.

167. At quaeritur num ultima mortis causa hoc loco indicetur; id quod non probatur. Similiter 4 Esdr 4, 28-30 etsi apertissime origo mali in Adamo ponitur, Adamum solum hanc ruinam edidisse vel eius peccato ita mala explicari ut nihil ultra quaerendum sit, non significatur. Idem de Gen 2, 17; 3, 16-9 dicendum est (cf. F. DE HUMMELAUER, Comm. in Gen. 1895, 170); etenim Adami immortalitas ea potuit esse, ut potentia moriendi per statum innocentiae non reduceretur ad actum (Io. DUNS SC., In S. l. 2 d. 19 n. 3). Vel inde apparet argumenti infirmitas, quod Gen 3, $14^b$ aliter explicari posse conceditur atque APREM, IOS. FLAV., RAŠI, APRAHAT, IO. CHRYS., ZONARAS, H. AB OLEASTRO, LUTHER, FAGIUS, OSIANDER, HOLZINGER, L. MURILLO (El Genesis 1914, 299) eum locum explicaverunt, qui serpentem antea repentem fuisse negari putarunt. Et haec ad mala hominis pertinebant.

168. Reliquas vero naturae res peccato originali mutatas esse defendi nullo modo potest. Quapropter si quis hominis mala Adamo in accepum referenda esse tuetur, ei dicendum est corpus Adami a natura empirica diversum fuisse, quod malis naturae empiricae non tangeretur et

tamen in eo mundo viveret. Atqui hoc teneri non potest. Nam 1., si libri Gen. fidem sequimur, etsi vim vocabulorum propria significatione non circumscribimus (ut METHODIUS ap. ANAST. SIN. M. 89, 1045 vel MOSES Bar Cepha M. 111, 601), sed paradisum pro imagine status supernaturalis Adami habemus, homo extra paradisum fingitur, fictus in horto Dei collocatur, praevaricatus in terra reponitur. (CH. F. A. DILLMANN, Handb. d. alttest. Theol. 1895, 388; BASIL. SELEUC., Or. 2 n. 3 M. 85, 40, C ne cognationi naturae donum ascriberet, sed potius munificentiae; SJ. l. th. V 210).

169. 2. Obstat 1 Cor 15, 45-50. Cf. CYR. ALX. in h. l. M. 74, 912: ἄμφω {Christus et Adam} μὲν ἤστην ἐν γηΐνοις σώμασιν, οὐ μὴν καὶ ἐν ἴσοις ἔτι κατά γε τὴν γνώμην ἤτοι τὸν τῆς ζωῆς τρόπον; AUG., De civ. D. 13, 23.24; METHOD. M. 89, 1044; R. CORNELY in h. l. — Cf. etiam Sap 7, 1 et F. SCHWALLY, D. Leben n. d. Tode. 1892, 84; N. GLUBOKOVSKÏJ, Blagov. sv. Ap. Pavla I 1905, 306.

170. 3. Patres diserte de corpore terreno et animali Adami in paradiso degentis loquuntur; velut AUG., C. Iul. l. 4 c. 16. M. 44, 780. Fortissime res affirmatur a THEOD. ABUC. M. 97, 1598 Scire oportet et sentiendum et dicendum esse corpus Adami natura sua mortale et passibile fuisse, divina vero gratia immortale et impassibile perstitisse (diepulătteto), donec transgressio illud naturali dono spoliavit; et *hoc omnes sancti patres tradunt*. Cf. ANASTAS. SIN., In Hex. l. 11 M. 89, 1044-5; NEMESIUS, De nat. hom. c. 1 M. 40, 513 (de usu cibi); [BAS] M. 30, 44 (item); DIODOR. TARS., M. 33, 1569 (de mortalitate); EUSEB. THESSAL. ap. PHOT. cod. 162. M. 103, 452-3 (item); ANTIOCH. PTOLEMAIDENS. ap. LEONT. M. 86, 2044 etc. Huc pertinet etiam asseveratus a patribus hominis paradisum incolentis sexus, ab empirico nimirum non diversus (METHOD. ap. EPIPHAN. Haer. 64 M. 41, 1105; DIODOR. TARS. M. 33, 1568; SEVERIAN. GABAL., De mundi cr. or. 5 n. 9. M. 56, 483; APREM, ed. ASSEM. Syr. I 19; GREG. NYSS., De opif. h. c. 17 M. 44, 189; ANTIP. BOSTR., C. Orig. c. 7 M. 86, 2045; IO. DAM., De f. o. l. 2, 30; 4, 24 M. 94, 976. 1208); ac vel ipsa de generatione prolis futura, etiamsi Adam non peccasset, sententia (cf. DIDYM., C. Manich. c. 8 M. 39, 1096; CYR. ALX., Glaphyra l. 1 M. 69, 20; BASIL. SELEUC. Or. 4 n. 2 M. 85, 65 etc.) quam communem omnium patrum esse ANAST. SIN. M. 89, 1044 dicere non dubitavit. Concedendum tamen est etiam magnae auctoritatis patres negavisse primos parentes, si in paradiso mansissent, procreationi daturos operam fuisse (ATHAN., In Ps. 50 n. 7 M. 27, 240; IO. CHR., H. 15 in Gen. n. 4; 18 in Gen. n. 4 M. 53, 123.153; BASIL. ANC., De v. virg. n. 54 M. 30, 777; IO. CLIMAC., Sc. par., gr. 14 M. 88, 880; PROCOP., In Gen 4, 1 M. 87, 233; EUTHYM.. In Ps 50 M. 128, 553; cf. HIERON., Ep. 22, 19 CSEL 54, 169); neque in hoc erraverunt quod saltem modum generis humani propagandi ad naturam idealem pertinere non crediderunt; aut

in hoc, quod concupiscentiam negotium comitari generationis propter peccatum originale dixere, de ultima rei causa non disputantes. Hac ratione explicatur, cur de sexu ipso erraverint. Patres qui de hac re sententiam non dicerent credidisse nihil loci sexui in paradiso fuisse veri simile non est, auctoritatis habita ratione quam scripturae adiungebant. Saepissime certe occasio erat commemorandi virum aut mulierem tum nondum fuisse; nec effugere eos poterat, si primi parentes mas et femina non fuissent, fieri non potuisse, ut « scriptura diceret illos nudos fuisse et nihilominus non erubuisse ». APREM ed. ASSEM. Syr. I p. 26.

171. Patres nonnulli alio quoque argumento usi sunt quod non premimus: sumebant enim Deum in poenis ab eo quod natum est repetendis naturam integram relinquere (METHODIUS M. 89, 1044-5; NEMESIUS M. 40, 513 C). Quod caput evidens non est nec e poenae notione colligitur, eique aliud opponitur, quo supra cum mortem malum esse diceremus usi sumus: id quod naturale est, poena non est. Ceterum Deum universe neminem donis naturalibus privare (ne angelos quidem) a plerisque reicitur (cf. THO. AQ., Qu. 5 de malo a. 2: propter vitium proprium personae); sin de homine negatur quód de angelis conceditur, id non fit nisi propter particularem de peccato originali opinionem, i. e. nisi sumitur singulos homines culpa proprie intellegenda vacare; quod si conceditur, adhuc quaerendum est, num vulnus naturae infligi potuerit non ut peccati poena sed ut effectus.

172. Negavimus defendi posse reliquas naturae res peccato originali immutatas esse. Explorata mortis morborumque vetustate ad doctrinam de peccato originali (male expositam) improbandam callide abusus est C. VOGT, Bilder a. d. Tierleben 1852, 16-33. Rem satis copiose docuerat E. HITCHCOCK, The religion of geol. L. 1851 Lect. III p. 73-8; L. VII 222-4. Eiusdem rei cognitio a FR. LORINSER, D. Buch d. Natur I 1876, 61-8 aliisque recentioribus, qui verborum vi propria relicta in hexaëmero interpretando Augustinum sequi maluerunt, in mundi natura christiano lumine illustranda neglecta non est. Cf. etiam HUGH MILLER, Footprints of the Creator L. 1849, 279-313.

173. Tamen duobus modis opinio quam consideramus periculo adeo manifesto eripi potest: aut Adami peccatum (vel lapsum hominis Adamo superioris) tempore quod praesentis mundi constitutionem antecessit factum esse, aut Deum peccati eventuri ratione habita mundum hunc formavisse statuitur. Priorem sententiam LUD. CL. DE ST-MARTIN tribuere possumus, etsi in Tableau Nat. des Rapp. qui existent e. D., l'H. et l'Univ. 1782 I 35 (à l'homme ou à tout autre Être) indicat se negare nolle ruinam a naturis ab humana diversis importari potuisse; similiter ac MARTINEZ PASQUALIS lapsum spirituum cum lapsu primi hominis compositum pro mali fonte habuerat (ap. AD. FRANCK, La philos. myst. en Fr. 1866, 13-14. 208. 222). Duas hominis prolapsiones statuit calamitosas, vitae anteactae et vitae ter-

restris (Ministère de l'homme esprit p. 257). Quae sententia verbis conc. lat. IV c. 1 « deinde hominem » (DENZ., Ench.[11] n. 428) reiecta non est; Adamum, dum mundus visibilis formaretur, somno quodam oppressum fuisse fingi potest; etiam hanc opinionem amplexi explicare videntur posse, cur secus atque angelis Adamo salutis copia data sit, quamquam vereor, ut quae ST-MARTIN de hac re obscure exponit (De l'esprit des choses II 48 : daemon altius ascendere voluit, homo altius descendere) cuiquam probentur. Sed ne ab ecclesiae doctrina discedatur, unus hominis funestus lapsus tenendus videtur esse ideoque paradisus imago status qui ante hunc mundum fuisse existimatur, habendus est, non tertia vitae humanae aetas (cf. A. FRANCK, La philos. myst. en Fr., 172). — Simillima huic opinio exposita est a CH. RENOUVIER et L. PRAT, La nouvelle Monadologie P. 1899, 488; cf. J. SOUBEN, Nouvelle théol. dogmatique[2] III 1906, 173-6.

174. Altera ratio iam pridem inita est; patres ad id ducebantur scripturae locis impediti, velut cum Gen 1, 28 scriptum legerent « replete terram », e 2, 8 autem hominem e terra in paradisum translatum esse discerent (cf. APREM, In Gen 1, 28 Opp. ed. ASSEM. Syr. I 19). Itaque generandi modum (velut Io. CHRYS., H. 15 in Gen. n. 4), sexum aliaque bestiis in homine congruentia (GREG. NYSS., De opif. h. c. 17 M. 44, 189; cf. H. P. BERLAGE, Kathol. Dogmatik IV 197), cibi necessitatem (PROCOP., In Gen 2, 25 M. 87, 177; MICH. GLYC., Ann. p. I M. 158, 192) peccato Adami praeviso deberi existimarunt. Non solum hominis mortale corpus sed cetera quoque huius mundi propria hoc modo explicavit MAX. CONF., Amb. M. 91, 1104 A (cf. SCOT. ER., De div. n. II 12). Huius opinionis genus occurrit ap. THEODORET., In Rom 8 et in Gen. interr. 37 M. 80, 136; ap. ZACHARIAM MITYL., De m. opif. M. 85, 1133; Io DAM., De f. o. l. 2, 10 M. 94, 908, partim etiam ap. FULGENT., De incarn. n. 52 M. 65, 600 et alios. Inter recentiores qui hanc opinionem probarunt (IOS. AGUS, IS. A. DORNER, F. DELITZSCH, E. HITCHCOCK, R. MUMSSEN ⊢AAV VIII 132⊣) HOR. BUSHNELL, Nature and the Supernatural[4] 198-219, praetereundus non est. Is a falsa de Dei in rebus creandis proposito sententia proficiscitur; illud enim maximi interfuisse Dei putat, ut peccato occurreret; quasi in cavendo, ne quid indecori vel inhonesti fieret aut ne quis Deum peccato offenderet, mundi temperatio verteretur (1). Deum rerum cursum ita temperantem non potuisse se gerere acsi nesciret peccatum futurum esse; quapropter similiter atque in civitate carceres ante sententiam construuntur, Deum ante peccatum poenas providisse. At ipse Bush-

(1) What then shall we look for, since God's whole plan of government is, in some highest view, a campaign against sin, and is from the beginning projected as such, but that all the turnings of his counsels and shapings of his creations, should have some discoverable reference to it? (p. 200).

nell animadvertit praeviso peccato non posse omnia explicari; ideo a generibus exstinctis (moral beings) suspicatur rerum perturbationem allatam esse, ut peccatorum suorum poenas penderent (198-9). Sane cur in infima terra eadem mala occurrunt, quibus nunc superficies repletur ? Intellegi potest aliquo modo, morbos ac miserias quibus mundus visibilis nunc, dum genus humanum vivit, laborat providentiae utiles esse ad propositum illud quod scriptor finxit assequendum; sed priores? Neque dici potest priores necessarias fuisse, ut ordo, qui nunc est, fieri posset. Imprimis autem urgendum est illud quod iam indicavimus, eam sententiam falsa creationis notione contineri. Si enim liberae mentis est consilium de Deo sequendo vel non sequendo capere, praevideri effectus malus potest, non autem ante consilium captum ad bonum efficiendum adhiberi.

Itaque prius effugium a dogmate ad commenta ducit, posterius dogma explicandum in ineptias convertit.

175. Ceterum contra universam hanc de fonte malorum in peccato originali sito opinionem haec dicenda sunt : 1. Lapsus spirituum ratio nulla habetur, quo corpus mundi turbatum esse ex ipsa rei notione colligendum est. 2. Societatis inter daemones et huius mundi formam, antiquitus traditae, nulla ratio habetur. 3. Non explicatur, quamobrem statim ab initio genus humanum in statum supernaturalem evectum sit. 4. Ut proponitur haec opinio, i. e. nisi additur aliquid alieni, mala non ita poenas hominum esse (ne medicinales quidem quae vocantur), sed potius instrumenta peccati compensandi, portentum continet : genus humanum propter unius hominis peccatum, quod in singulis voluntarium non sit, modo tam immani puniri. Effectus peccati originalis, quem experimur, explicari non potest, nisi sumitur homines communitate officiorum seu solidaritate coniunctos designatos esse ad participandum opus redemptionis; propterea designatos quod qui lapsus est erigi non potest nisi ut prostratus est victoria potitur, sicut factum turpiter resarciri non potest, nisi ab eodem denuo et honeste fiat. Recte igitur contra opinionem de peccato originali P. Janet dicit, Les probl. du xix$^{e}$ s.[2] 1873, 473 Cette transmission du mal du père aux enfants est précisément un des scandales qui révoltent le plus le cœur humain.. C'est un de ces faits dont vous nous demandez, dont nous vous demandons l'explication. S'en servir pour rendre plausible et vraisemblable l'hypothèse que vous nous proposez, c'est supposer ce qui est en question. »

176. Omittimus origenistarum de delictis ab animabus antequam corporibus unirentur commissis opinionem (cf. Aug., C. Iul. l. 4 c. 12), quae etiam ap. Numenium Apam. (ap. Euseb., Praep. ev. 14, 5; cf. Plotin., Enn. I. l. 6 n. 8, etc.) et Mercurium Termax. (l. 3 c. 1; Ménard p. 191), ap. Scot. Erig. (M. 122, 310 : omnes peccaverunt, priusquam in mundum procederent), ap. Ibn Ḥaït (Ahmad) (ap. M.

Horten, Die philosoph. Systeme d. speculat. Theologen im Islam. Bonn 1912, 333-4) aliosque occurrit, et etiam a Io. Hirscher, Erörterungen relig. Fragen, 8 p. 85, probabilis iudicata est. Quam opinionem Iul. Müller, D. christl. Lehre von d. Sünde[3] 1849, renovavit, qui poenae anteire culpam ratus et etiam antiquissimis terrae nostrae temporibus poenas inveniens mala a culpa ante hanc vitam contracta manare opinatus est... Ne in hac quidem opinione aestimanda immorabimur; nam ut alia silentio praetereamus, cum iis quae de condicione spirituum lapsorum a condicione hominum diversa novimus, minime convenit. Ceterum cf. T. Butkevič, Zlo, ego susčnostį i proisxožd. 1897, 385-8; Al. Burgov, Prav.-dogm. uč. o pervor. gr. 1904, 109-11. 206; Jac. Laminne, Déchéance orig. 1914, 24-5 etc.

## IV

177. Iam ad ultimam opinionem veniamus quae est eorum qui malorum originem spiritibus lapsis tribuunt; quam cum ab opinione superiore distinguimus, sane ita intellegimus, ut eorum effectus eo non circumscribatur quod peccato Adami intervenerint, quomodo circumscribi videtur ap. J. H. Oswald, Angelologie, 1883, 90 s.

Haec quoque opinio vetus est et tempore procedente formam mutabat.

Quattuor genera distingui possunt dempta quaestione de malis praeterea per Adamum additis.

178. 1. Lapsos spiritus vel unum ex iis mundum visibilem effecisse; haec sententia est Apellis (vel apellitarum : Aug., Haer. 23 M. 12, 29; Epiph., Haer. 44 M. 41, 822) et Saturnili (Epiph., Haer. 23 M. 41, 297).

2. Spiritus lapsu suo vel postea maximum detrimentum operi divino attulisse, unde mala huius mundi manare. Ita de spirituum lapsu existimasse videntur, saltem ex parte Papias et Athenagoras; quam cogitationem planum est spectari etiam a Io. Dam., De f. o. l. 2 c. 4 M. 94, 873 (πρωτοστάτης τῆς περιγείου τάξεως, καὶ τῆς γῆς τὴν φυλακὴν ἐγχειρισθεὶς παρὰ θεοῦ; cf. Mich. Glyc., Ann. l. I M. 158, 216 A) et Metroph. Critop. ap. J. Kimmel, Libri symb. e. or. App. 1850 p. 55 (ὁ λεγόμενος Ἑωσφόρος, ᾧ ὁ θεὸς ἐπίστευσε τὴν τῶν μετὰ τὴν σεληνιακὴν σφαῖραν διοίκησιν) et Tho. Aq., qui Damasceni sententiam comprobat (cf. etiam Dante, Parad. 29). Etiam F. Suarez concedit veri dissimile non esse vel luciferum vel eius socios in eo peccavisse quod ministeria sibi commissa infideliter et inique implerent.

3. Spiritus lapsos materiam corrupisse (et in hac iniuria facienda perstare), Deum autem negotio intervenisse, unde natum mundum hunc esse. Hoc tenetur ab iis qui opinionem restitutionistarum qui vocantur

sequuntur, in quorum numero duci potest, [illegible]roris de tempore, quô spiritus peccavere ratio non habetur, etiam ille qui librum Henoch scripsit, qui ruinas terrae allatas a prole daemonum cuius mentio fit Gen 6, 1-4, commemorat (15, 10: 16, 1; similiter FR. GEORGIUS, In scripturam et philosophos 3 millia Problemata 1622 t. I pr. 54. 74. 75 f. 8. 11; t. VI pr. 330. 331 f. 395); sed imprimis recentiores theologi hanc sententiam secuti sunt. Praeter Arminianos (EPISCOPIUM, CURCELLAEUM, LIMBORCH) huc pertinent M. BAUMGARTEN, Theolog. Commentar zum Pentateuch I 1843, 10; JAC. BÖHME, Mysterium Magnum.., 1640, 37; H. DELFF; FR. DELITZSCH, Comment. üb. d. Genesis[2] 166; MOR. DRECHSLER, D. Einh. u. Achth. d. Genes. 1838, 65; FR. GODET; N. GRUNDTVIG; MICH. HAHN; JUL. HAMBERGER in Jhb. f. deutsche Theol. XII 466; PH. FR. KEERL, Schöpfungsgesch, 537; J. H. KURTZ, Bibel u. Astron.[3] 1853, 186-7; FR. v. MEYER; F. C. OETINGER (ap. C. A. AUBERLEN, D. Theosophie Fr. Chr. Oet. 1847, 197); K. v. RAUMER, Kreuzzüge II, 7; FRIED. SCHLEGEL; LEOP. SCHMID, D. Erklärung 1834; H. v. SCHUBERT; H. STEFFENS, Christl. Religionsphilosophie 1839, 352; A. STENZEL; ANDR. WAGNER; A. WESTERMAYER, D. A. T. I 37; M. WOLF, D. Bedeut. d. Weltsch. n. N. u. Schr. 1866, 29.

4. Spiritus malos materiam non corrupisse, sed tamen in ea formanda aliquid valuisse; hunc mundum natum esse formatione materiae quae non solum, ut aiunt ⟨EUAGRIUS ANT.⟩ Quaest. N. ac V. T. c. 2 n. 3 CSEL 50, 18 et EDGAR REX M. 138, 489, lapsu spirituum contineretur, sed etiam eiusdem lapsus habita ratione a Deo fieret. Hanc sententiam solam defendi posse videbimus, non tamen in modum BAADERI intellectam, Deum naturam corpoream reddidisse, ne spiritus malus materia in suam dicionem redacta hominem in potestate haberet (Bemerkungen üb. einige antirelig. Philosopheme neuer. Zeit. L. 1824, 11-3; cf. K. WERNER, Gesch. d. apologet. u. pol. L. V 1867, 504); neque in modum brachmanum qui materiam pro carcere habent a Deo facto, ut spiritus malos in eam coniceret (O. WILLMANN, Gesch. d. Idealismus I 94); sed potius in modum, in quem [J. JUSTUS] rem accipiebat (D. Christentum. Wien 1883), etsi ne eius quidem sententia integra comprobanda est.

Variae opiniones adiungi possunt quibus explicetur, cur homo creatus non sit extra materiam effectibus lapsus spirituum patentem, cur initio a quibusdam effectibus liberatus sit, cur generi humano, postquam Adam lapsus est, totum onus molestiarum quae peccatum spirituum consecutae sunt, ferendum sit; addi potest etiam sententia de malis prolapsione hominis auctis. Verum opus non est omnia quae fingi possunt, proposita autem numquam sunt et quae argumentis quibus nostram opinionem docebimus, refutaturi sumus, afferri.

Antea tamen de singulis opinionum generibus quae adumbravimus videndum est.

179. Ad 1. In hoc genere refutando non immorabimur, cum planum sit universa mala (de nullis enim rebus a daemone effectis solum cn. 8 conc. bracar., DENZ., Ench.[11] 238 decretum est, quod decretum vim dogmatis non habet) hac ratione explicari non posse, nisi absurde contra dogma repugnetur, etsi a quibusdam rationalistis idem error antiquissimis christianis tribuitur (velut a C. SCHMIDT, Gnost. Schriften in kopt. Sprache 1892, 402).

180. Ad 2. Haec explicatio his affirmari potest argumentis

*a*) Imperium satanae, quod certe calamitosum est, ab initio mundi subitur. Inde est omne malum (P. CHRYSOL. S. 67 M. 52, 393). Ipse initium mortis est, radix hamartias (Ev. Nicod. 23); ei Adami lapsus crimini vertendus est (Io 8, 44: homicida), is causa a patribus habetur, quare sine Dei gratia lex honesti tota a nullo observari possit (Ios. KLEUTGEN, Theol. d. Vorz. II 1854, 595). Eius imperium ad universum mundum visibilem pertinet. Si hoc non sumitur, exorcismi ecclesiae inanes essent (cf. G. ESTIUS, In Rom 8, 20; F. MICHELIS, in Nat. u. Offenb. VIII 75-6; M. SCHEEBEN, Handb. § 204 n. 395; AL. SCHÄFER ad Rom 8, 19). In scriptura haec res clare ac saepe indicatur: spiritus mali mundo terrestri imperant; velut Eph 2, 2; 6, 12; 1 Cor 15, 24; nonnulli etiam 1 Cor 2, 6 malos angelos commemorari putant (P. W SCHMIEDEL[2] in h. l.; contra v. c. ROBERTSON-PLUMMER in h. l.; G. KURZE, D. Engels.-u. Teufelsglaube d. Ap. Paul. 1915); multis voce stoikeia (Gal 4, 8. 9) spiritus elementis praefecti significari videntur (velut EVERLING, FRANKE; contra F. PRAT[4] II 160-4). Quam ob causam diabolus et princeps mundi huius vocatur Io. 14 et 16 et deus huius saeculi 2 Cor 4 » G. ESTIUS, In Rom 8, 19; cf. M. Baumgarten, Theol. Comment. zum Pentateuch I 1843, p. 10. — « Creaturam peiuro servire latroni » (PRUDENT., Hamartigenia v. 508 M. 59, 1048) patres docent. Ut alia omittamus, munus ad quod nati erant, ad operam materiae dandam spectasse tenent (etiam Eph 1, 21 angeli potestates, virtutes, dominationes vocantur) : ATHENAGORAS, Leg. n. 24 M. 6, 945, ed. E. SCHWARTZ in TU IV p. 32; IUSTINUS, Apol. II 4 (5) M. 6, 452, ed. A. W. F. BLUNT p. 111; COMMODIAN., Carmen apolog. v. 97-8 CSEL 15, 122; METHOD. ap. Epiphan. Haer 64 n. 21 M. 41, 1104; GREG. NYSS., Or. cat. c. 6 M. 45, 28; Io. CHRYSOST., Hom. 4 in Eph 2, 2 M. 62, 32; THEODORET., Haeret. fab. comp. l. 5 c. 8 M. 83, 476 A (cf. Graecar. aff. cur. S. 3 n. 23 M. 83, 896 A); cf. RUFIN., Com. in symb. apost. n. 15 M. 21, 353 B, ubi tradita accipiuntur etsi ut propriae rationi magis placerent extenuantur acsi aliud munus potestatum non fuisset quam humanum genus docere divinis oboedire praeceptis. Praeterea aperte dicunt diabolum hoc munere male functum esse PAPIAS: εἰς οὐδὲν συνέβη τελευτῆσαι τὴν τάξιν αὐτῶν; ATHENAG. M. 6, 948; METHODIUS : πονηρὸς περὶ τὴν τῶν πεπιστευμένων ἐγένετο διοίκησιν; RUFIN. : datam sibi a Deo potestatem non his, quibus acceperant, legibus tem-

perarunt; eumque pergere ut malum spiritum materiam dominatu tenere : ATHENAG. : ὁ δὲ τῆς ὕλης ἄρχων..ἐναντία τῷ ἀγαθῷ τοῦ θεοῦ ἐπιτροπεύει; IO. CHRYS. : μὴ μεταπεπτωκέναι τῆς ἀρχῆς καὶ μετὰ τὴν παράβασιν; ANTIPATER BOSTR. M. 85, 1796.

181. *b*) Alterum argumentum duci potest e huius mundi cum diabolo cognatione et congruentia, qua fit ut vincere mundum sit vincere diabolum. Quo pacto diabolus in scriptura serpens vocari potest, si serpens ad res diaboli non pertinet? (THEODORET., In Gen. interr. 32 M. 80, 129; cf. supra n. 109; CASSIAN., Coll. 8 c. 10 M. 49, 756). Mors, in cuius dominatu natura est, a Christo hostis capitalis habetur (C. HARRIS; cf. 1 Cor 15, 26), a quo capitali odio dissidet diabolus; inferi, i. e. mortalitatis imperium in spatio collocatum semper cum diabolo conectitur (Mt 16, 18). A. WESTERMAYER (D. A. T. u. s. Bedeutung I 1861 p. 45) inter alia etiam illud affert, ad diaboli foeditatem, atrocitatem significandam adhiberi praeter serpentem multas viventium formas et impetus.

182. Quorum argumentorum rationes neglegendae esse non videntur; et imperium, quo diabolus hunc mundum tenet et mundi huius cum diaboli ingenio convenientia clarissima sunt. At ea melius explicari opinione tertia videbimus.

Error potius in complexione conficienda situs est : Mala huius mundi proximi ducuntur effectus lapsus spirituum vel motus malorum spirituum. Atqui praesens naturae forma, ut mala continet, non est solum ruina, sed specimina continet remedii a Deo adhibiti (cf. JAM. MAC COSH, The Method of the Div. Government[4] 1855 p. 69; L. CL. DE ST. MARTIN, Tableau Nat. 1782 I 41. 163; De l'esprit des chos. I 132-5). Catenae diabolo in terra iniectae ap. 2 Pet 2, 4 (seiraîs cf. J. B. MAYOR, The epistle of St. Jude and the sec. ep. of St. Peter 1907, 121) et Iud 6 certe verbum translatum est. Quid significat? Aperte illud manus quibus mali spiritus materiam teneant vinctas esse interposita Dei redimentis actione, donec in materia in caelo constituenda vis diaboli omnino cesset et ipse in aeternum condemnetur (cf. Iubil. 10, 5). — Qua ratione neglecta illa opinio inepta fit ad verum hominis munus praesentemque hominis statum explicandum.

183. Ad 3. Qui hoc statuunt his potissimum ducuntur argumentis :

*a*) Gen. 1, 2 nonnulli restitutionistae non interpretantur terra erat, sed : terra facta est (quemadmodum etiam H. L. STRACK, G. HOBERG, alii); alii autem, etiam restitutionistae, negant hanc esse vim verbi hebraici hoc loco; velut F. H. REUSCH, Bib. u. Nat.[3] 85; CHR. F. A. DILLMANN, D. Genesis[6] 1892, 18; H. HOLZINGER 1898, etc. Certe verbis thw wbhw significari videtur non opus incohatum sed opus destructum, cum aliis locis, ubi eadem vox occurrat (Is 34, 11; Ier 4, 23) vastitas oborta significetur (cf. C. H. VOSEN, D. Christent. u. d. Einsprüche s. Gegner 1861, 252-3). Perspicue etiam tenebrae quae cum

chao coniunctae erant (cf. HESIOD., Theog. 123) peccatum sibi cognatum indicant. Tenebris vim esse malum declarandi graecis patribus adeo perspicuum fuit, ut etsi scripturae in Graecum conversae verbis vastationis significatio obscurata prorsus esset (ἀόρατος καὶ ἀκατασκεύαστος), tamen malorum spirituum effectum coicerent. Velut ANASTAS. SIN., In Hexaëm. l. 1 M. 89, 862 : « Aperte et citra ullam dubitationem erat praefiguratio et imago... transgressionis, erroris et tempestatis et ignorationis... quam excaecavit princeps tenebrarum.. 863 : aquae quoque peccatorum eam obruerunt et demerserunt.. unde etiam terram non solum dicit ἀόρατον, i. e. ἀόμματον, sed etiam invisibilem, ut quae non videretur omnino. Avertam, inquit Deus, oculos meos a vobis Is 1, 15 (cf. Osee 9, 10). Sed eam dicit quoque incompositam. Nam cum in eam mali irrupissent fluvii et iniqui spirassent venti, cecidit fuitque incomposita... 864 D. Dicens ergo scriptor : et vidit Deus lucem quod esset bona, ostendit omnia illa quae venerunt ante veram lucem.. et terram obscurarunt, obruerunt, demerserunt et suffocarunt, non esse bona; adeo ut ipsa carens lumine, invisibilis et incomposita et infrugifera sustineat contrarios spiritus... 866 A. Est enim perspicuum quod tenebrae sunt signum seu symbolum peccati ». — Ipse diabolus a patribus frequenter tenebris aequiparatur (velut ab APRAHAT, ed. Graffin I 675). AUGUSTINUS lucem v. 3 gloriam angelorum intellegit sicut lucis a tenebris separationem ad bonorum angelorum a malis discessum referebat (cf. De c. D. l. 11 c. 7; F. SUAREZ, De op. 6 d. l. 2 c. 1 n. 3).

Tamen quominus res adeo manifesta ab omnibus agnosceretur, quaedam obstabant; non solum defendendae a Marcionis, Valentini, Manichaeorum erroribus, quos Gen 1, 2 significari opinabantur, veritatis ratio (cf. AMBR., In Hex. l. 1 n. 30. 28), sed etiam illud quod spiritus intellegendus videbatur Spiritus S.; ubi enim Spiritus erat, ibi « tenebrae contrariarum virtutum » esse non poterant (AMBR., In Hex. l. 1 n. 29).

Neque contra hanc Gen 1, 2 explicationem afferri potest quod J. BALTZER urget, D. bibl. Schpfgsgsch. I 279, dicendum esse omnem materiam turbatam esse, si Gen 1, 1 materia caelo opposita universa materia est, ut spiritibus opponitur; lapsum autem generalem non fuisse, bonos angelos victores fuisse. Responderi enim potest iam in primo versu materiam eam significari, qua Deus in mundo visibili formando usus sit.

Itaque Gen 1, 2 ruinas regni caelestis antecedentis describi dicendum est, cui lucifer praefuit, atque opus 6 dierum huius regni in terrestre bene constitutum conversionem fuisse. Cf. Pravosl. bogosl. ənciklop. II 243. Cf. etiam A. V. NOVORUSSKIJ, qui in Prav. Ob. 1886 p. 778-804 (cf. 566-89) haec refutare conatus est.

184. *b*) Quae Gen 1, 2 interpretatio iis confirmatur, quae apud alias gentes tradita sunt. Assyrii narrant terram e Tiamat dracone pugna

acerrima victo (cf. Gen. 2, 2) effectam esse (H. WINKLER, D. babylon. Weltschöpfung. L. 1906, 32; StML X 180 ss. 322 ss. etc.). Tiamat, serpens (draco) est materia potestati diaboli obnoxia, lucis atque ordinis adversaria. Cf. L. FISCHER, Paganisme et révélation 1881, 164. — « Die Schlange im Paradies ist im letzten Grund identisch mit den Chaosungeheuern Leviathan, Rahab, die Jahve besiegt » A. JEREMIAS, D. A. T. im Licht d. alten Orients[2] 1906, 213. — Similis est fabula indica (ERSCH u. GRUBER, Enc. S. II. Bd 17, 173; O. WILLMANN, Gesch. d. Ideal. I 94).

185. *c*) Ex Iob 9, 13 efficitur potestates tenebrarum aliquo modo pertinuisse ad terram formandam. Nam cum contextu non convenit nisi eventus historicus, ac perfecto (incurvaverunt se) שָׁחֲחוּ idem confirmatur; itaque etiam scriptoris libri Iyob temporibus imago illa renovati operis divini vigebat, cum sibi fingerent olim monstrum marinum cum omnibus sociis a Deo victum.

186. Haec argumenta omnia inepta sunt ad efficiendum spiritus lapsos materiam corrupisse; satis est sumere spirituum prolapsione materiam eatenus affectam esse, quatenus a spiritibus ad perfectionem suam perducta non est et quatenus Deus eiusdem prolapsionis habita ratione eam forma non mansura induit.

Opinio autem ipsa, ut errores adventicios omittamus (velut conatum opus sex dierum postrema terrae aetate circumscribendi vel inaccuratas de natura spirituum sententias), nihil suppeditat quo explicetur, cur diabolus dominus huius mundi maneat, cur homo inde in miseriam incurrat, cur status primi hominis supernaturalis fuerit etc. Quin ne id quidem apparet mala cur sint, ad quae explicanda opinio introducitur. Ut enim enuntiari solet, sine cohaerentiae inter spiritus et materiam, perturbationem et redemptionem animadversione, nihil fit nisi ut rationem reddendam esse non Deo sed eius ministro statuatur, id quod fieri posse inde ab initio negavimus; nisi forte diabolo partes affinguntur quas manichaei et non quas christiani ei tribuunt (cf. F. H. REUSCH, Bibel u. N.[3] 1870, 229-30.) Quod vitium non solum ex historia commune esse eorum qui hanc opinionem sequuntur cognoscitur, sed in ipsa rei natura situm est; nam simulac diabolum agendo intervenisse statuitur, quaeritur, cur Deus ei libertatem plenam non concedat sed eum coërceat, cur Deus hunc limitem, non illum statuerit; si duo sunt summa principia inter se pugnantia, quorum utrumque efficit quantum potest, res intellegitur; sin Deus solus omnia tenet, arbitrium, non consilii ratio ostenditur.

187. Ad 4. Iam ad ultimam explicationem veniamus. Convenit cum superioribus in statuendo lapsum spirituum aliquo modo ad praesentem materiae formam pertinuisse, differt autem eo, quod a statuenda actione deletrice abstinet. Haec *prima* (cf. n. 215. 223) opinionis pars his certo probari potest.

1. ratione e causa effectus colligente.

Iam supra docuimus opus divinum comparandum esse cum corpore, cuius membra inter se cohaereant. Si res, ut debebant evenissent, materia simul cum angelis perfectionem suam consecuta esset. Pars autem angelorum cecidit; etiam huic aliqua pars materiae adhaerebat (cf. ATAN. PARIOS, Epitomē eite sullogē 1806, 232), commissa erat, quemadmodum corpus animae; habebant oikētērion, qua imagine Iuda 6 utitur ad spirituum malorum adversus materiam habitum significandum (vocem enim oik. non pertinere ad spiritum vel ad hominem, sed ad materiam liquet). Iam vero sicut scholastici docuere partem materiae decreto, quo boni angeli a malis se separarunt, ad summum perductam esse et caelum empyreum evasisse, reliquum rudis indigestaque moles facta est seu « caliginosus aer » (P. LOMB, Sent. l. 2 d. 6), cum perfectione, quae ei congruebat privaretur. Nihil aliud cogitari potest, si modo creata universitatem quandam, unum corpus constituunt. Sicut in horologio rotula impedita vel in embryone membro turbato partes adiunctae vel respondentes corripiuntur, ita etiam the whole solidarity of being in the creation, physical and spiritual, is necessarily penetrated by it and configured to it. H. BUSHNELL, Nature a Sup.[4] 1859, 215; cf. p. 170. 171. 196-7. « Haben die Geister von Anfang ein wesentliches Verhältnis zur Erde, so muss auch der Zustand der Erde verschlungen sein in ihren Fall, so wie die Erde verflucht wird um der Sünde des Menschen willen ». M. BAUMGARTEN, Theolog. Commentar zum Pentat. I. Kiel 1843, 10; cf. IAC. BÖHME, Myst. M. od. Erkl. ü. d. 1. B. Mosis. 1640, 37.

188. 2. Si ab empirica rerum cognitione proficiscimur, haec suppeditantur :

Ordo mundi empirici talis apparet, ut explicari non possit nisi sumatur spiritus et materiae vires inter se oppositas sed libratas e sua sede et statu demotas esse. Omnia enim naturae phaenomena turbata aequilibritate continentur et omnis corporum motus ad aequilibritatis restituendae appetitum revocari potest. Atqui huius turbatae aequilibritatis ratio intellegi non potest nisi eo quod spiritus cum materiae aequilibritas primo peccato turbata est. Cf. F. MICHELIS, D. Gesamtergebnis d. Naturforschung. F. 1885, 68.

Adde intimam praecipui mundi huius mali — mortis — causam.

189. *a*) Mors est individuorum. Vivens est certa coagmentatio singularis, non tamen seclusa a reliquis rebus; mors autem est vinculi quo corporis partes inter se copulabantur abruptio. Si idem corpus paulo ante et paulo post mortem consideramus, eaedem atomi, eadem forma, eadem compositio physica et chemica quantum iudicare possumus nobis occurrunt; sed vita iam abest quia partes subito inter se alienae factae sunt, unitate, communitate carent, et quia quae effectui virium adversarum resistere debebant iam iis cedunt alia alio pro sua natura,

sensim redeuntes ad universum, a quo olim separatae sunt, ut individuum constituerent.

*b*) Mors est effectus individualitatis sive physiologica sive ideali necessitate cum ea coniunctus. A. LALANDE, La dissolution P. 1899, p. 135 « La conjugaison ne se produit jamais spontanément entre les cellules les plus proches parentes, dont la structure est évidemment très voisine. Au contraire, au bout d'une centaine de bipartitions, elle devient possible entre individus d'une même souche; c'est donc selon toute vraisemblance que ceux-ci sont devenus plus hétérogènes. Ces individus, qui auraient dégénéré sans cela, reprennent la même vigueur, la même vitalité qu'ils avaient au début de la prolifération; toutes les probabilités sont donc pour que la cause de leur mort soit cette différenciation même qui dissout leur mélange réciproque... Quel que soit le mécanisme, semblable ou différent, qui cause la sénilité des métazoaires, cette sénilité est également concomitante d'une forte différenciation : histologique d'abord, en tant que les tissus se différencient depuis le premier germe de l'embryon jusqu'à son complet développement; individuelle ensuite, en tant que chaque animal, subissant nécessairement des actions un peu différentes de celles que subit l'animal voisin, se distingue de plus en plus des autres êtres de son espèce. Nous voyons donc, en fait, que l'être sujet à la mort est également l'être sujet à la différenciation. Ceci reste vrai même dans l'hypothèse où la mort résulte de l'accumulation des substances résiduelles propres à la vie élémentaire de chaque cellule... (p. 136) D'autre part nous pouvons établir la même relation inductive entre la dissolution (différenciation décroissante) et tous les modes de reproduction par lesquels les animaux et les plantes composés rajeunissent continuellement leur type spécifique... (p. 140) Le mélange, et par conséquent la désindividualisation des deux éléments composants sont tout l'essentiel de la fécondation. (p. 141) Les tissus eux-mêmes qui donnent naissance chez l'animal adulte aux « ovogonies » ou aux « spermatogonies » sont remarquablement indifférenciés, c'est-à-dire voisins des cellules embryonnaires par leur structure et leurs fonctions... (146) Au résumé, la différenciation conduit à la mort et cela d'autant plus sûrement qu'elle est plus avancée. »

191. *c*) Mors videtur esse physiologicus individualitatis effectus. « La vie ne se présente à nous que sous la forme de cellules : cellules isolées, ou cellules associées par myriades et différenciées. M. CAULLERY in R. de Métaph. et de Mor. 1914, 343. Atqui ut iam supra indicavimus, hac ratione mortis necessitas apparet « nulla forma individua potest esse sine solido fundamento; in quo iam inest semen mortis » (supra n. 85) : « Le protoplasma après avoir fabriqué son tégument et son noyau — la couche protoplasmique se raréfie de plus en plus et finit par disparaître. La cellule est alors morte. » CL. BERNARD, Leçons sur

les phénomènes de la vie, 1878 p. 191. Ubi solidatio vicit, mors sequitur.

Quae cum ita sint, apparet corporum vitae, quae extra individua non conspicitur, individua esse sepulcra.

Iam ipsam hanc individuationem accuratius consideremus. Individua naturae vera non sunt; materiâ, quae « tamquam massa aliqua in frusta dissecta » apparet (ANAST. SIN.) verum individuum contineri non potest. Non est ibi locus nisi copulationibus atomorum, segregationibus a massa materiae, quae si cum aliis comparantur, individuorum vim habent nullo modo inter se cohaerentium. Ita existimandum est et de corporibus vitae expertibus (stellis, crystallis) et de viventibus. Hae copulationes individuae videri nobis non possunt nisi ludibrio sensuum; motus veritas fugit nos sive propter intervallorum in divisione macrocosmi immensitatem sive propter summam in coniunctione microcosmi viciniam. Et corpora caelestia et atomi chemicae, quarum admotione vel remotione cellulae constituuntur, perpetuo in motu sunt; recte K. UPHUES dicit, Wesen d. Denkens 108: In der Natur gibt es tierische und pflanzliche Körper, sofern der schaffende, göttliche Gedanke die immer wechselnden Inhalte und Formen dieser Gebilde zusammenbringt und zusammenhält und zu tierischen und pflanzlichen Körpern gestaltet; aber im Sinn von selbstständigen Einzeldingen mit bestimmten und gleichbleibenden Inhalten und Formen gehören die pflanzlichen und tierischen Körper durchaus dem Gebiete des Scheines an.

Iam quaerere licet: Nonne hoc individuationis simulacrum, quod ad extremum materiae in atomos divisione continetur, aliquid prodit deflexae in pravum rationis materiae? Ut peccatum discrepat cum natura mentis, ita cum natura materiali discrepat exsistentia corporum individuorum; non eo spectat, non eo perficitur spiritus aut materia. Sive in peccato consideratur verae naturae mentis abdicatio et ficta materiae individuatione ponderi materiae res ab huius natura aliena addi existimatur, ut compensetur quod ex altera librae parte in spiritu deest; sive in peccato observatur falsa individuationis spiritualis elatio quae in materia recurrat: praesens materiae forma non intellegitur nisi lapsus spirituum ratio habetur. Attendendum est non dici hanc individuationem proxime aut sua sponte lapsum spirituum secutam esse. Potius, ut sententiam accuratius definiamus, dicendum videtur solam materiae in atomos divisionem proximum effectum fuisse, cum dissolutio quaedam sit; differentiae postea a Deo materiae impressae sunt; etsi hae duae res una Dei actione effectae sunt, Deus effectum duobus modis attingebat atomos permisit, differentias voluit. Itaque cum primum divisio atomorum materiam occupavit postquam a spiritu teneri desita est, differentiae — inter ponderabilem et imponderabilem (cf. S. GLAGOLEV, Sverxestestvennoe otkrovenie. X. 1900, 254) — origine divinam voluntatem intervenisse apparuit, quae confusioni

occurrit. Superata quae inde nascitur discordia virium ac motuum formae individuae exsistunt ut singulae imagines unius formae qua universa materia in concentum redigenda est. Quibus positis fundamentis homo in hunc mundum intrare potuit.

Hoc modo empirica materiae formatio animo comprehendi potest neque, nisi spirituum lapsum eo pertinere cognitum est, intellegitur. Quapropter concludi potest huius opinionis « veritatem esse effectam nec dubitari de ea licere » (Pr. Gay, Vue philosoph. de la chute. Av. 1858 p. 145). Cf. Nat. u. Offenb. XII 80-1.

192. 3. Hanc primi lapsus vim veram esse necessitate theologicae conclusionis probatur.

Constat enim terrae renovationem vel potius in caelum elevationem post interitum mundi futuram vel apparituram non fieri nisi redemptione. Ad hoc explicandum alia hypothesis idonea non est. Cf. F. Michelis, Kath. Dogm., 196. Nam redimi non potest nisi quod corruptum est, materia autem corrumpi non potuit nisi libero mentis alicuius decreto. Iam vero homini mundi caduci sortem noxiae non esse vidimus. Restat, ut statuamus redemptionis vim ad universum mundum visibilem pertinentem lapsu spirituum contineri.

Num opus est docere tantam esse vim redemptionis? Commemoremus modo nostram loci Rom 8, 19 expositionem; Irenaeum Ps 68, 19 de imperio angelorum seditiosorum per Christum deleto explicantem (Dem. evang. n. 83 ed. Tēr Mkrtčean et Tēr Minaseanč in T. u. U. 31, 44); Theodoretum locum Eph 1, 10 loco Rom 8, 22 explicantem (M. 82, 512); Ven. Fortunatum (et secutam eum ecclesiam precantem; Miscell. l. 2, c. 2 M. 88, 88) Col 1, 20 interpretantem, quem locum dilucidum Ios. Knabenbauer in h. l. fortasse omnium obscurissimum appellavit (1); Abraham Ephesinum, In annunt. Deip. n. 6 (Byz. Ztschr. 1913, 53 ἵνα τὴν διαφθαρεῖσαν φύσιν καὶ πᾶσαν τὴν κτίσιν ἀνακαινίσῃ), etc. Cf. Honor. Solitar., Clav. phys. f. 60 ap. J. Bach Dogmengesch. d. MA II 303; In Hex. c. 1 M. 172, 253, etc.; Scot. Erig., De div. nat. V 25 (omnes huius mundi partes); e graecis theologis Seb.

(1) Ipse tamen in Eph. 1, 10 explicando creaturas adspectabiles rationis expertes meminit propter Rom 8, 19. Hic vero post 1, 16 dubitationi locus vix est, ubi caelo sedes sanctorum angelorum et beatorum hominum, ut F. Zorell aliique opinantur, significari nequaquam potest. Nam dominationes, principatus, potestates non omnes boni sunt et tamen etiam hi creati sunt. Discrimen certe est inter ea, quae in caelis sunt v. 16 et v. 20; illic, ut etiam angeli comprehendantur, apostolus addit visibilia et *invisibilia;* 1, 20 id non fit, quia solum visibilia in caelis commemoranda erant, cum angelorum aut caeli invisibilis nulla sit redemptio. Hac ratione hoc quoque loco probatur etiam extra terram partem materiae, visibile caelum, a Deo distractam fuisse (ἀποκαταλλάξαι). — Cf. 4 Esra 7, 75; 13, 26 (R. L. Bensly, The fourth book of Ezra 1895, 32. 65).

KUMENITES, Dogmatikē didaskalia 1703, 75 (νὰ ἐλευθερώσῃ... καὶ ὅλον τὸν αἰσθητὸν τοῦτον κόσμον ἀπὸ τὴν ἐξουσίαν τοῦ σατανᾶ) etc.

193. 4. Idem probatur scripturae auctoritate.

**A.** Ac primum quidem opinio nostra effici nobis videtur posse e Rom 8, 19 ss. Quem locum iam supra consideravimus. Hic videndum est, cur natura corruptioni (φθορά) subiecta sit.

Plurimi interpretes Paulum loqui de maledicto Gen 3, 17 suspicati sunt; ut aliquot nominemus : APREM (Evang. concord. expos. c. 19 Ven. 1876, 227), SEVERUS ANT. (Ep, 27; ed. Brooks p. 255), MAXIMUS C. (M. 91, 1104, B); G. ESTIUS, GUNDIS. de la Cerda, Io. TH. BEELEN, J. PABST, EDW. ELTON (The triumph of a true christian described. L 1623, 507), M. J. MACK (in Tüb. Theol. Qu. 1833, 623-4); FILARET {D. G. GUMILEVSKÏJ} (PRAV DOGM. BOG.[3] I § 90 p. 140; § 98 p. 150), MAKARÏJ {M. BULGAKOV} (Pr.-d. b. § 154 IV; ed. gall. II 585), IA. A. BOGORODSKÏJ (in Pr. Sob. 1905, 224), P. IA. SVĒTLOV (Kurs apol. bog.[2] 1905, 230), ÏOANN, ep. smol. (Bog. akademič. čtenïia. Spb. 1897, 153 s.), F. SUŠIL, C. L. W. GRIMM (D. Buch d. Weish. L. 1860, 61-2), E. REUSS, P. SCHANZ, H. SIMAR (D. Theol. d. h. Paul. 1883, 256), F. W. TENNANT (J Th St II 220), J. ORR (The christian view of G. a. the world[8] 1907, 194), C. TOUSSAINT, W. S. SANDAY A.C.H. HEADLAM, E. KÜHL, M. J. LAGRANGE. Nonnulli voce hupotăxas ipsum hominem significari existimarunt, ut infra viderimus.

194. At α) praesens naturae forma iam ante illud maledictum fuit. Hoc animadverterunt THEODORET. in h. l., NICETAS ep. Remesianae (?) (1), H. GROTIUS, F. MICHELIS, F. LORINSER (Buch d. Nat. I Proleg. 58 s.), A. L. G. KREHL, BAUMGARTEN-CRUSIUS, W M. L. DE WETTE, F. GODET (in h. l.) etc. Cf. etiam H. J. HOLTZMANN, Lehrb. d. neutest. Theol. 1897 II 43.

THEODORETUS quidem (eumque secuti recentiores, velut IOS. AGUS) sibi statuit formam naturae iam ante Adamum eandem esse potuisse, non tamen exstitisse nisi propter Adami peccatum praevisum. At, ut hic in explicando nostro loco omittamus hanc opinionem veram non esse, id quod supra exposuimus, animadvertendum est 1) hanc opinionem contextui aptam non esse; loco ἐφ' ἐλπίδι... ἐλευθερωθήσεται scribendum Paulo fuisset cum Deus hominem peccaturum esse praevideret; 2) voce ὑπετάγη, si suppleatur ὑπὸ τοῦ ἀνθρώπου viam divini

(1) De pascha n. 2 ed. A. E. Burn 1905 p. 95 (cf. M. 72 MARTINI BRACARENSIS) : Haec creatura est spiritus vitae, qui creavit omnia ⟨,⟩ terrena corpora servituti subiectu⟨ru⟩s in eam spem, ut de corruptelae interitu cum libertate filiorum gloriae Dei liberetur quae utique in eo die subiecta est servituti, quo mundus effectus est, qu⟨e⟩m ⟨,⟩ cum Christus per passionem suam liberare venisset, servavit, ut in eo tempore pateretur, in quo creatura subiecta erat servituti, ut qui dies tristitiae fuerat idem laetitiae redderetur.

consilii ob Adami lapsum praevisum initam significari minime posse; sin ὑπὸ τοῦ θεοῦ suppleatur, nihil esse, cur Adamo lapso hanc mundi formam deberi dicatur; atqui hac sola ratione Theodoreti opinio nititur; 3) ratione habita veri contextus (ut iam supra indicavimus, quod vocem hupotăxas explicantes diligentius comprobaturi sumus) hypothesis Theodoreti haec daret : Deus hominem lapsurum prospiciens naturam mortalitati subiecit, ut ea per hominem liberaretur; atqui eiusmodi consilium omnino inexplicabile esset; Paulus autem explicare volebat.

β) Gen 3, 17 ad terram pertinet, ut paradiso opponitur; hoc loco mundus invisibilis universus comprehenditur. Praeterea illic poena fit ex re ad naturam pertinenti; aperte materia corruptioni iam obnoxia habetur mansura propter hominis lapsum; hic autem materiam mataioteti subiectam esse aliquando (aliquo temporis momento) sumitur (8, 20), corruptio igitur effectus habetur alicuius « in irgendwelcher Praeexistenz vor sich gegangenen Abfalls. » H. J. Holtzmann, Lehrb. d. neut. Th. II 43), Theodoreti autem rei expediendae ratio discrepat cum iis quae Gen 3, 17. 19 narrantur.

γ) De maledicto in terram inflicto post hominis peccatum dici non potuit « propter eum, qui subiecit eam in spe ». F. Michelis, Entwicklung d. b. e. Kap. d. Gen. 78.

195. Praecipua ratio quae pro huius loci cum Gen 3, 17 necessitudine afferri potest, est traditum fuisse apud Hebraeos terram propter Adami peccatum malis repletam esse. Dicitur enim Bereš. Rabba c. 19 etiam animalia propter Adami lapsum mori; c. 25 bestias homini oboedientiam negavisse; c. 10 planetarum cursus mutatos esse; c. 12. 14 omnia perversa esse; ap. Ioseph., Antiq. I 1, 4 et ap. Philonem, De confus. ling. 3, Quaest. et sol. in Gen I 32 bestias oratione privatas esse propter Adami peccatum, Apc. Mos. c. 24 eas reverentiam erga hominem abiecisse scriptum legimus.

At contra haec quae tradita esse dicuntur, quaeque potius ex interpretatione scripturae orta esse coiciendum est et quae summatim recipere in Paulum cecidisse credendum non est — constat traditam esse aliquam lapsus spirituum in corporum naturam vim, cuius traditionis testes velut Papias (M. 106, 325), Athenagoras (M. 6, 946-7) rem modo ad notionem mundi quam habebant accommodato enuntiarunt, et etiam praeter Rom 8 in scriptura id quod traditum erat indicari.

Praeterea affertur Paulum in epistula ad Rom. saepe ad primam historiam respexisse (Rom 5, 12; 7, 7-16 ; cf. T. Zahn 1910 p. 402). At inde nihil efficitur. — Quae afferuntur ad probandum verbo hupotăxanta subiectum esse hominem paulo inferius considerabimus.

196. Certum igitur haberi potest Gen 3 ad Rom 8 non pertinere. Eo minus hupotăxas hominem significare potest. Id propriis argumentis refutatur, quibus exponendis penitus in locum introspiciendi copia dabitur et paraphrasis, quam supra p. 64 dedimus comprobabitur.

De voce hupotăxăs 4 sunt sententiae.

*a*) Plerique Deum intellegunt, velut THEODORET. (τοῦ δημιουργήσαντος ἀσπασαμένη τὸν ὅρον), SEDULIUS (M. 103, 76), AEGID. ROM., G. EST., CORN. A L., I. TH. BEELEN, F. A. PHILIPPI, A. SCHAEFER, R. CORNELY, G. RICHTER, H. LIETZMANN, F. PRAT, E. KÜHL , M.-J. LAGRANGE.

*b*) A. CATHARINUS Christum intellexit. Ita Paulus dixisset : Christum subiecisse creaturam huic vanitati in spe tamen, ut sicut corruptioni et mutabilitati subiectus ipse Dominus obtinuit gloriam, sic et creatura obtineret suam; sicut ipsius creaturae creator Christus liberatus est a servitute corruptionis, cui subiecit illum Deus propter ipsam creaturam, ita et ipsa creatura, quae ad similitudinem eius ab eo subiecta est vanitati, etiam ad similitudinem eius liberabitur ab ista servitute corruptionis et ascendet in libertatem filiorum Dei; « hoc enim sic ordinatum est propter eum, qui subiecit eam, i. e. propter Christum, quoniam nos etiam ipsum adegimus ad humanas miserias, ut quod suum erat in re, fieret in spe. Gloriam enim suam per passionem obtinuit et lucratus est sic ei statuente Patre... » In h. l.

*c*) H. HAMMOND (cf. TERTULL., De coron. 6) satanam intellexit, qui homine ad peccatum seducto creaturam secum traxit. Quo posito planum est legendum esse non : qui subiecit cum spe, sed : quae subiecta est cum spe : « dès l'abord quand ce châtiment a été infligé, il ne l'a été que dans la perspective d'une restauration future. » FR. GODET in h. l.

*d*) Hominem significari existimarunt IO. CHRYS., APREM (Com. in ep. D. Pauli. Ven. 1893, 27; Evang. conc. exp. c. 19 p. 227), M. J. MACK, A. BISPING, M. SCHNECKENBURGER, F. A. G. THOLUCK, T. ZAHN, R. A. LIPSIUS, A. JÜLICHER ; sententia a ZAHN accuratius explicatur verbis (p. 403) : um des Menschen willen in mehr als einem Sinn, nicht nur ihm zur Strafe, sondern auch zum Zwecke seiner Erziehung ist es geschehen.

197. Vocem hupotăxas ad Deum referendam esse tribus argumentis docemus :

*α*) ἐφ' ἐλπίδι coniungendum est cum ὑποτάξαντα; quare neque diabolus neque homo significari potest, sed Deus. Das Untergeordnetwerden ist in Rücksicht auf Hoffnung, und diese kann nur Gott begründen ». AL. SCHAEFER in h. l.

Verum est vocem ἐφ' ἐλπίδι vario modo intellegi. A multis cum ὑπετάγη coniungitur ita, ut spes ipsi creaturae tribuatur (τὴν δὲ περὶ ἡμᾶς ὁρῶσα κηδεμονίαν, ἔχει τῆς μεταβολῆς τὴν ἐλπίδα) velut a H. GROTIO, NIC. ZEGERO, IO. TH. BEELEN, IOS. AGUS, R. CORNELY. C. TOUSSAINT, W SANDAY-A. HEADLAM, B. WEISS, E. KÜHL. BEELEN eo progressus est, ut vocem ὑπετάγη vertendam esse censeret : se subiecit (1); ratio eius est, quod

(1) Similiter iam H. DE GROOT iudicaverat scribens ὑπεταγη significat subest : passivum pro neutro.

nisi hoc significari voluisset, Paulus non dixisset οὐχ ἑκοῦσα; affert Rom 10, 3; κολληθέντες Act 17, 34; χωρισθείς Act 18, 1; ἁγν. Act 21, 24. 26; de ὑποταγῆναι citare potuit etiam Iac 4, 7; 1 Pet 2, 13; 5, 5; Hebr 12, 9. At ubi ὑποταγῆναι medii locum tenet, oboedire significat, quod ab hoc loco alienum est; praeterea vox ὑποτάξας apte passivum poscit. Ratio Beelenii aliquid valeret, nisi *animo* suppleri posset: obnoxia erat (cf. n. 199). — Aliter ἐ. ἐ. a Zahn accipitur. Interpretatur enim: « unter Vorhandensein der Hoffnung » neminem putans significari qui speret; si tamen quaeratur quis speret, responderi non posse nisi: hominem sperare: « sowohl der erste Mensch, welcher die Erniedrigung durch seine Sünde verursacht und zu seinem Kummer erlebt hat, und jeder spätere Mensch, welcher die Zeichen der Vergänglichkeit in der Natur teilnehmend betrachtet ».

198. Sed his interpretibus non assentimur. 1. Nihil prorsus est, cur ἐφ' ἐ. potius cum ὑπετάγη coniungatur quam cum ὑποτάξαντα. Ratio quam B. Weiss affert (similiter ac Philippi): quod illud maxime animadvertendum erat creaturam non in sempiternum tempus vanitati subiectam esse (cum sortem suam mutatum iri exspectare non potuerit, si servitus eius sine fine futura fuisset), sed eam cum subiceretur et eo quod subiceretur in mutationis spem adductam esse; haec, inquam, ratio afferri non potest, nisi sumitur vocem γάρ v. 20 ad causam significandam pertinere, propter quam id sperare liceat. At si id significaretur, simul verborum οὐχ ἑκοῦσα insigni pondere significaretur hominis animum hanc spem subire non posse; nisi forte ὑποτάξας satanam significare dicis et etiam ad hominem verba οὐχ ἑκών pertinere. Haec opinio igitur defendi non potest. Sola ratio, cui innititur, est verborum sententiae paulinae ordo prima enim sunt τῇ γὰρ ματαιότητι, non ὑπετάγη καὶ αὐτή vel similia. Sed a) hominem vanitati subiectum esse non poterat absolute dici; b) vox γάρ proprie pertinet ad hanc sententiam: sors enim eius cum hominis sorte coniuncta est; quae sententia statim concrete significatur: vanitati subiecta est, ut per hominem ad perfectionem suam perduceretur; interposita est sententia de culpa non in materiam sed alio conferenda et de neganda rei cum voluntate divina discrepantia; cui parti interpositae sententiae pars reliqua voce ἐφ' ἐλπίδι appenditur; nisi sententia hoc modo immutata esset, ἐφ' ἐ. ὅτι abesset et eius vices gereret ut finale; c) ut adversariorum interpretatio cum loco congrueret, sententia incohanda erat ab οὐ γὰρ ἑκοῦσα ἡ κτίσις, non a τῇ γὰρ ματαιότητι.

2. Eum qui speret non esse hominem certum est. Nam intellegi nequit, cur Paulus spem Adami vel posterorum quam de mundo convertendo habent commemorarit. Quod cum afferimus, illud sumimus quod aequissimum est in adversarios vocem ἐφ' ἐ. eo modo accipiendam esse, quo Zahn eam accipiat: wobei Hoffnung vorhanden war. Si enim artius cum ὑπετάγη (vel cum ὑποτάξας) coniungeretur quam con-

cursione, illud urgendum esset quod Cornely opponit dicens cum « ille qui subiecit creaturam evidenter sit idem atque ille, a quo creatura subiecta est, locutione ἐπ' ἐλπίδι, sive cum participio sive cum verbo finito conecteretur, hominem illam spem creaturis proposuisse vel fecisse significaretur; eiusmodi autem spes ab homine facta profecto nullius esset valoris. Dixi commodissimam adversariis esse Zahnii interpretationem; quae tamen ipsa quoque immutanda esset. Si enim concursio commemoratur, certe posteri non spectantur; itaque aut Adamus solus intellegendus est aut vertendum : quod cum factum esset, sperari potuit (ab aliquo qui animo statum illum complectitur). Ea quibus Gen 3, 17 ab hoc loco seiunximus, hic neglegimus.

3. Quodsi naturam ipsam spem habere sumitur, rursus locus impeditus iacet. Si enim ὑπετάγη pro passivo habemus, huic passivae affectioni spes ut socia, nedum ut momentum, incitamentum vel ut levamentum, adiungi non potest. Sane inepte diceretur puer caesus est sperans... Ea ratione Zahnio assentiendum est cum negat κτίσιν posse logicum spei subiectum esse, cum de statu eius ea invita mutato scribatur nec ullo modo indicetur eam in hoc eventu activam se praebuisse (v. contra 4, 18).

4. ἐφ' ἐλπίδι coniungendum est cum ὑποτάξαντα. Argumento est vera ὅτι particulae (vel διότι) explicatio. Contra Godet cum Io. Chrys., ⟨Euagrio Ant.⟩, aliis plerisque interpretanda est latina voce fore ut, non quia; quid speretur non cur speretur enuntiatur. Sapienter enim Zahn animadvertit fieri nôn posse, ut veritate futurae liberationis creaturae, Paulo speranti persuasissima, nitatur spes eiusdem eventus inde ab initio habita, nedum creaturae sub vanitatem subiunctio. Atqui si hoc sumitur, ἐφ' ἐ. cum ὑπετάγη coniungi non potest; nam si hoc modo Paulus verba struxisset, non repetivisset αὐτὴ ἡ κτίσις; sic enim nemo loquitur natura subiecta est in spe fore ut natura... Id iam ab Erasmo animadversum est, Godet eo argumento usus est ad probandam ὅτι particulae significationem causalem, C. Toussaint rem sensit, cum verba in Gallicum converteret creaturae vocem omisit : qu'*elle* aussi.

199. β) Nisi vox ὑποτάξαντα ad Deum refertur, explicari non potest, cur Paulus hac elocutione hoc loco usus sit; neque si ad diabolum neque si ad hominem refertur (de hoc cf. infra γ, *c*) eius eligendae ratio reddi potest. Contra omnia perspicua sunt, si interpretamur : non erat hoc consentaneum cum natura eius sed cum Dei decreto secundario; vel : ratio eius rei sita non est in eius natura sed in eo quod res secundario Dei decreto respondet. Haud scio an opus non sit monere ad ἑκοῦσα animo adiungendam esse non formam passivam ὑπετάγη sed aliquam formam qua condicio effecta significetur.

200. γ) Reliquae explicationes idoneae non sunt *a*) Nulla ratione nititur opinio Christum significari dicentium. Quae Catharinus affert (de cetero creaturam hominem intellegens) a contextu aliena sunt.

Solum si statui posset incarnationem proprie intellegendam i. e. Christi in carne mortali adventum, non humanae naturae acceptionem, esse operis divini finem et id quo proxime huius mundi forma contineretur, argumentando locus esset Christum spectat hic mundus visibilis; eius causa corpus humanum hanc definitam formam habet, eius causa corporum hae definitae sunt proprietates; ergo eius causa mundus ματαιότητι subiectus est.

*b*) ὑποτάξαντα non pertinere ad aliquem daemonem vel inde apparet quod ullum spiritum malum universae creaturae (non soli terrae) iniuriam intulisse traditum non est. Ratio quae pro hac explicatione afferri potest : non fuisset, cur Paulus Deum vel hominem, si eos significare voluisset, non nominasset (GODET p. 185) de Deo inanis est. Deus a Paulo saepius eiusmodi circuitione significatur, velut Rom 4, 24 τὸν ἐγείραντα.

*c*) Si ὑποτάξαντα hominem intellegimus, vox haec fit incredibilis; cur enim ita loqueretur Paulus nihil habere potuit, si Zahnii sententiam conceperat; scribendum ei fuit διὰ τὸν ἄνθρωπον vel διὰ τὸν ἁμαρτόντα et tum cogitatione addendum esset ad ὑπετάγη : διά vel ὑπὸ τοῦ θεοῦ. Verum est aliquo modo dici de homine posse « dass er die Creatur in diesen Zustand gebracht habe » (ZAHN), sed hoc dici non potest in hoc verborum contextu, hoc loco. Vel illud portenti aliquid esset, si dixisset : ὑπετάγη διὰ (vel ὑπὸ) τοῦ ἀνθρώπου, οὐχ ἑκοῦσα ἀλλὰ διὰ τὸν ἄνθρωπον; quanto magis illud quod scriptum legimus, si Zahnium explicantem sequeremur.

Eius rationes infirmae sunt 1. καὶ αὐτή certe opponi homini; hominem autem non commemorari nisi voce ὑποτάξαντα; respondendum est toto hoc loco animo Pauli hominem ad patiendum cum Christo destinatum obversari; significatus est voce ἡμᾶς v. 18. — 2. διά praepositioni manifesto aliquam coniunctionem esse cum διά Gen. 3, 17 et 8, 21; etsi LXX discrepet, Paulum quae in Palaestina tradita erant sequi. — Negamus hoc manifestum esse. — 3. ἑκοῦσα opponi causae quae hominem perdidit; cum ἑκοῦσα negetur et contra ἑκοῦσα ponatur διὰ τ. ὑ., hoc contrarium illius significari, quod non significaretur, nisi δ. τ. ὑ. ad hominem pertineret. — At verus loci contextus alius est; nihil fuit, cur Paulus differentiam inter mundum et hominem demonstraret, hunc sua sponte calamitatem hausisse, illum non item. Non illud Paulus dicebat, sed mala mundi non esse naturae ex prima eius institutione (vel, si videtur, ex eius voluntate), verum ea contineri secundario Dei decreto.

201. Argumentis quibus ὑποτάξαντα Deum significare docuimus expositis ea quae contra afferri possunt nec a nobis praeoccupata sunt, refutari oportet.

1. διά c. acc., inquiunt, non idem est ac διά c. gen. vel ὑπό nec ipsam efficientiam declarare potest. Atqui Deus nec occasio nec finis malae

mundi condicionis dici potest. — At hic accusativus impedimento non est quominus G. B. WINER- W F MOULTON, W S. SANDAY- A.C. H. HEADLAM, B. WEISS, alii tueri posse sibi videantur Deum significari. Ac Wineri quidem explicationem probari non posse concedendum est; scriptorem enim consulto genitivum declinavisse putat, ne Deum proxime rem effecisse significaret; atqui hoc tamen factum esset verbo ὑποτάξας. Sed διά cum personae accusativo semper strictim loquentis est; pro contextu supplendum est propter industriam, auctoritatem, mentem, mores, favorem, etc. Hoc loco supplemus βουλή (vel ὅρος THEODORET.) propter consilium, voluntatem (« weil Gott es so wollte » PHILIPPI), quod supplementum e voce ἑκών sumimus; similiter ac loco Διὸς διὰ βουλάς Odyss. θ 82 διά c. acc. personae usurpari potuit (cf. ν 121).

2. Obici praeterea potest : Quid Deus speraret? Deo non spes tribuenda est, sed scitum. At sicut Deus speravit Adamum e tentatione iustum evasurum ita speravit hoc exitu mundi visibilis perturbationem sublatum iri. Sperans autem, non praesciens Deus inducitur propterea, quod salus huius mundi proxime in Adamo (in genere humano) vertebatur nec nisi postquam Adamus lapsus est, redemptoris victoriae coniuncta est. Si inde ab initio mundi visibilis sors e Christo pependisset, aliter eum formari oportuit.

202. Reiectis hoc modo vestigiis Gen 3, 17 quae hoc Pauli loco inveniri adversariis nostris visa sunt, argumentum ita absolvitur Alicuius eventus perturbationem afferentis hic (Rom 8, 20) ratio habita est. Ideo praesentem materiae formam secundario consilio deberi (ὑποτάττειν) dicitur, cui primam creationem (κτίσις) anteivisse necesse est. Iam vero praeter Adami peccatum aliud fingi non potest nisi prolapsio angelorum. Ergo haec significatur, et quod de spe dicitur, intellegendum est de mundo ad tempus a Deo post rerum perturbationem formato cum speraret fore ut ab homine gratia divina ornato ad verae formae perfectionem perduceretur. (Cf. F. MICHELIS, Entwickl. d. b. e. K. d. Gen., 78).

203. **B.** Alius scripturae locus qui huc spectat est Iudae 6 : ἀγγέλους τε τοὺς μὴ τηρήσαντας τὴν ἑαυτῶν ἀρχὴν ἀλλὰ ἀπολιπόντας τὸ ἴδιον οἰκητήριον εἰς κρίσιν μεγάλης ἡμέρας δεσμοῖς ἀϊδίοις ὑπὸ ζόφον τετήρηκεν.

E contextu apparet falsam esse omnem interpretationem qua his verbis significatio culpae adimitur et sola effectus peccati significatio relinquitur. Praeterea concedi non potest saltem alteram sententiae partem ad solum effectum pertinere; si enim ita res esset, saltem καί, non ἀλλά usurpandum erat. Quae cum ita sint, ἀπολείπω non potest habere vim discedendi, physice relinquendi sed vim habet deserendi, turpiter derelinquendi (velut ap. DEMOSTH., Adv. Polycl. n. 14. 15). Ἴδιον οἰκητήριον imago est rationis, qua materia ad spiritum pertinet, ut iam diximus n. 187. Iam vero factum quo materia perfectione sua

privata est, melius exprimi non potest quam verbis ἀπέλιπον τὸ ἴδιον οἰκητήριον; ergo haec aliud significare non possunt.

204. In ea sententiae parte quae negat (μή) ἀρχή dignitatem significare non potest, quam in N. T. nusquam significat et cuius iactura peccatum non esset; neque dignitatem supernaturalem significare potest, cuius iactura hominum peccata consistunt. Hoc apparet vel ex altera parte quae ait, qua pars negans explicatur (nisi redundantiam scriptori tribuis acsi dicat : peccato se non abstinuerunt sed peccaverunt). Praeterea id discrepat cum contextu, quia scriptor peccati naturam, speciem designare vult, non solum dicere — modo arcessito, sententiae theologorum scholasticorum accommodato — eos aliquo modo peccavisse. Aliud significare ἀρχή non potest nisi munus (cf. Tit 3, 1; Lc 12, 11; 20, 20), ministerium (FILARET, Prav. dogm. bog. I 1864, 268), provinciam, unde angeli alias ἀρχαί nominantur, i. e. magistratus, procuratores, gubernatores 1 Cor 15, 24; Eph 1, 21; 3, 10; 6, 12; Col 1, 16; 2, 15; ut omittamus etiam cetera nomina potestatum dico, dominationum, thronorum, virtutum officia significare (« rationes quaedam gubernationis, dominii, administrationis « connotantur : KNABENBAUER, In Eph 1, 21) et ex officiis ducta esse (cf. Test. XII patr. III Levi 3; THEOD. MOPSU., In Col 1, 16 ed. Swete I 271).

205. Verbum τηρεῖν certe vim habet non neglegendi, quae praeterea ex ipso contextu emergit (cf. ATHENAG. : ἀμελήσας M. 6, 948; ANTON., Ep. 2 n. 4 M. 40, 983), sive verbo custodiendi in Latinum vertitur (ut Mt 28, 4) sive verbo conservandi (Iud 21). Si separatim consideratur, ἀρχὴν τηρεῖν significare potest etiam imperium tenere seu conservare (ut ap. Polyb. 22, 15, 2) et quatenus rectus inter spiritum et materiam ordo in materia a spiritu regenda consistit, imperio non conservato culpa aliqua significari potest. Sed, cum materia spiritui imperare non possit, sed solum desinere teneri imperio seu sublevari et quia ex altera sententiae parte intellegitur culpam non poni in imperio materiae tradito, in iure deserto sed in materia aliquo bono privata, in *munere* deserto, nisi sententiam aliquam a scriptore omissam esse fingitur, qua ἀλλά loco καί positum explicetur, — hic potius muneris perfunctionem, officii religionem significat (cf. τηρεῖν τὰς ἐντολάς), ut CYR. ALX. Glaph. in Gen. l. 1 n. 3 M. 69, 24 rem intellexit sententiam significans verbis ἀπολιπεῖν τὴν οἰκείαν ἀρχήν.

E parte quae ait illud quoque apparet vocem ἀρχή nequaquam latissime patere nec de quolibet munere ab angelis explendo explicandam esse sed de munere quo materia iuvanda erat.

206. At peccatum constitisse dicimus in voluntate ad Deum non conversa, in decreto quo voluntatis suae perfectionem debitam peremerunt, non in materiae perfectione impedita, nisi quadam ex parte. Cur igitur Iudas peccatum angelorum describens rationem non habuerit nisi rei secundariae vel consequentis? Res diverse explicari potest.

Forsitan illud de quo angelis decernendum erat, ut Deo obsequerentur, ad materiam iuvandam pertinuerit; eos noluisse adorare Deum-hominem vel eos Dei naturam vel regnum affectasse coniectura augurari solent theologi, non pro certo habere; quodsi huius loci contextus opinionem quam modo indicavimus postularet, haec maiore niteretur auctoritate quam reliquae. Sed explicari potest etiam, cur Iudas culpae materiam omnem non commemorarit si altera pars, etsi fortasse rei caput fuit, non erat satis cognita vel difficilior significatu, fuit, cur solum rei cognitae, facilius animo concipiendae et verbis exprimendae mentio fieret.

207. Obici praeterea potest a theologis rationi confidentibus : locum non e contextu solo explicandum esse, sed etiam ex eius fonte, libro Henoch; a cuius scriptore alium lapsum angelorum ignorari praeter eum qui Gen 6, 1-4 narretur, qui saltem proxime non cum materiae calamitate coniunctus erat sed quo hominum mores perversi sunt.

Demus ab illo scriptore alium spirituum lapsum ignorari neque quibusdam antiquis patribus (velut Minucio Felici c. 26 M. 3, 321) alium cognitum fuisse (quod certe dici non potest de Athenag. M. 6, 948; Origene, In Ezech. hom. 9, 2 M. 13, 734; Method. ap. Epiph. Haer. 64 n. 21; de Lactantio l. 2 c. 8. 11. 14; Ambr., In Ps 118 s. 7, 8 CSEL 42, 131) et concedamus modum, quo res in libro Henoch narratur apud antiquos patres occurrere, eos nonnunquam Henoch auctoritatem laudare (cf. Commod., Instr. 3; Tertull., De cultu fem. l. 1 c. 2; Cypr., De hab. virg. 14; Lact. l. 2 c. 16) (1). Vel inde coniectura duci potest conubia (vel stupra) angelorum non esse nisi verae rationis imaginem : rationis quae inter spiritum et materiam intercedit et malorum physicorum et moralium inde in genus humanum redundantium. Si apud Henoch hoc modo intellegi non possunt, quaeritur, num ea sententia in eius fonte rei subiecta sit. Ceterum nihil refert, si antiqui hunc librum obscuri scriptoris secuti veritatis obscurationem passi sunt. Explicari autem error inde potest quod christianorum primorum magni intererat Graecorum de dis fabulas expedire; cum eos qui a Graecis dii vocarentur, esse non negarent, similitudo inter fabularum et libri Henoch conubia commodissima iis erat ad Olympiorum naturam daemonicam demonstrandam (cf. Euseb., Praep. ev. l. 5 c. 4. M. 21, 317-24). Sed si hoc modo patrum de angelorum lapsu opinionem explicamus, ut non imaginem veri eventus oculis proposuerint sed erraverint, ne apud Iudam quidem usum figurae occurrere contendimus, sed ei angelorum conubia in mentem venisse negabimus.

208. Respondentes igitur dubitationi negamus 1. scriptorem qui

(1) Absurdum est putare 1 Cor 11, 10 rei recordatione contineri (cf. L. Brun in ZNTW 1913, 299); quid Paulus illis verbis significarit, utrum idem quod aliter 1 Cor 7, 5 enuntiavit an aliud, nostra non interest.

aliquid e libro Henoch sumpsit, necessario ea omnia comprobasse quae in eo continerentur aut ea quae cum sententia inde hausta coniuncta essent (cf. CH. ROBERT in Rev. Bibl. 1895 IV 549 50). *Illud* sumere vel idcirco difficile est, quod multa inter se pugnantia in libro Henoch qui ad nos pervenit occurrunt; *hoc* vero cur concedamus non habemus; certe id non sumitur ab iis qui in explicandis plurimis N. T. locis non satis accurate nec sententia non mutata commemoratis versantur; nec id observatur ab iis qui nostris temporibus contiones habent.

Negamus 2. nihil aliud nisi id quod in libro Henoch de re a Iud 6 commemorata traditum est, traditum fuisse, nihil aliud huius loci fontem esse posse. Ut Babyloniorum fabulas omittamus, constat aliquid de materia a spiritibus in discrimen adducta traditum fuisse, quod a narratione diluvii et vitae filiorum Dei (Gen 6) seiunctum esset. Aliquid de materiae ruina traditum fuisse saepe conceditur velut a G. BEER (in KAUTZSCH, D. Apokryphen u. Pseudepigr. d. A. T. II 1900, p. 225); sed etiam illud videtur manifestum esse e fabulae partibus subtiliter dispectis, id penitus a narratione de filiabus hominum stupratis differre. Nam cum spirituum prolapsio coniungi soleat cum administratione partis mundi visibilis, dubium non est, quin ponatur in infidelitate vel neglegentia, id quod diserte enuntiatur apud PAPIAM (ap. ANDR. CAES. in Apc. 12, 7. 8. M. 106, 325 C) et apud ATHENAGORAM (M. 6, 948); cui simile peccatum apud Henoch septem stellis tribuitur (21, 3). Atqui amores ad imperium hominum (THEODORET., Haer. fab. comp. l. 5 c. 8 M. 83, 476 A) vel materiae (VICTORINUS AFER, In Eph 2, 1. 2 M. 8, 1253) vel terrae (terra COMMOD. Carm. V 153; mundus RUFIN., Com. in symb. ap. n. 15 M. 21, 353 B; terrester ordo : Io. DAM. l. 2, c. 4) vel materiae sub caelo (Io. CHRYSOST., In Eph. 2, 2 M. 62, 32) vel sub luna sitae (infralunarem partem METROP. KRITOPOUL. ap. Kimmel, Append. 1850 p. 55) nihil pertinent. Sive igitur Iudas rem aliunde hausit, ut R. Cornely, Hist. et crit. introd. I 1885, 208 opinatur, sive e libro Henoch, vera non corrupta tradidit.

Ut argumentum ad hominem addi potest, si cum iis agendum est qui — contra CHR. F. A. DILLMANN comment. in Is (1890) et contra A. JEREMIAS, D. A. T. im Lichte des Orients[2] 1906, 179 — Is 24, 21 non explicant de exercitu stellarum (Is 40, 26; Ier 33, 22) sed de angelis lapsis (propter iniuriam adversus Deum), velut G. B. GRAY, A critical and exeg. comm. to the b. of Isaiah I Edb. 1912, G. BEER ap. KAUTZSCH l. c. 242, vel cum iis, qui iam ap. Is 14, 12-15, Ez 28 seditionis angeli non ignoratae vestigia reperiunt (cf. Hen 29, 4 5), velut W BOUSSET, D. Rel. d. Judent. im neutest. Zeitalter 1906, 386 si hi loci libro Henoch nihil debent, ne Iudae quidem locum ei quidquam debere dicendum esse.

209. 3. Negamus opinionem eorum qui Iudae cogitationem in conubiis angelorum veris, non figuratis, versatam esse suspicantur, cum

catholico inspirationis dogmate conciliari posse, quo scripturam in re dogmatica errare posse negatur. Nullus enim locus est in dogmate catholico prolapsioni angelorum Adamo posteriori vel libidini. Quodsi tamen De Bruyne (Rev. Bén. 1906, 440) concedit scriptorem de Gen 6, 2 cogitasse, fatemur nos non intellegere quomodo Iud 6 explicet.

4. Non videtur esse tanti ingenii, ut Iudam ea res fugerit, inferre diabolum primum hominem seducturum non fuisse nisi ipse iam deliquisset (cf. Orig., In Io t. XX ed. Preuschen n. 254 p. 365); nisi forte aut manichaeum aut incogitantem eum fuisse fingis. Eum satanam pro peccati Adami auctore habuisse, non mutum serpentem (etsi Sap 2, 24; Asc. Moys. ap. Orig., De princ. 3, 2 n. 1; Bar 9 etc. rationem non habemus) e Io 8, 44 colligi potest (cf. etiam 12, 31; 16, 11 et de hoc v. c. J. Bovon, Théol. du N. T. I 499-500), nisi scriptorem epistulae Iudae Iudaeum, non christianum, fuisse vel Io 8, 44 Christi dictum non esse et Ioannis evangelium scriptori ignotum fuisse defendis.

210. **C.** Tertius locus est Eph 6, 12, ubi scriptum legitur : ὅτι οὐκ ἔστιν ἡ πάλη πρὸς αἷμα καὶ σάρκα, ἀλλὰ πρὸς τὰς ἀρχάς, πρὸς τὰς ἐξουσίας, πρὸς τοὺς κοσμοκράτορας τοῦ σκότους τούτου, πρὸς τὰ πνευματικὰ τῆς πονηρίας ἐν τοῖς ἐπουρανίοις.

Hic a Paulo spiritibus malis aliqua necessitudo tribuitur cum hoc mundo terrestri, eatenus qua tenebricosus (cf. Test. XII patr. Levi 19, Ios. 20 etc.) est, qua voce ii qui philosophi non sunt, discrepantiam cum iusta rei perfectione significant (tenebrae opponuntur lumini φῶς, sicut mors θάνατος vitae ζωή Hebr 2, 14). Tenent harum tenebrarum, huius mundi imperium, ut supra vidimus patres luciferum πρωτοστάτην regionis terrestris appellare et ecclesiam liturgia sua iudicare satanae in dicione esse res corporeas. Quod imperium explicari aliter non potest nisi ut effectus qui naturae necessitate angelorum lapsum consecutus est.

211. a. De malis spiritibus hic agitur (cf. Act 19, 12. 16; Manuel Caleca, De princip. fid. cathol. c. 5 M. 152, 596), non de bonis, a quibus res custodiri fingi possit (cf. Iubil 10, 8; castigatores : Mich. Glyc., Annal. P. I M. 158, 216 D) neque de indifferentibus, adversus quos homines omnes vel saltem inhonesti culpam contraxerint, neque de notionibus vita indutis (velut discordia, fallacia in Test. Sal. M. 122, 1328 στοιχεῖα τοῦ κοσμοκράτορος τοῦ σκότους finguntur; aliter ib. 1341 κοσμοκράτορες τοῦ σκότους τούτου). Neque enim « mundi rectores harum tenebrarum » aut « spiritualia nequitiae » res distinctae sunt a principiis (ἀρχαί) et potestatibus (ἐξουσίαι) sed sunt duo insignia principum et potestatum, quibuscum dimicandum est et quibus significandis sive synecdochice sive coniunctim v. 16 vocabulum nequissimi (πονηροῦ i. e. diaboli הָרָע, sicut Mt 13, 19; 1 Io 2, 13; 5, 18) seligitur. Voce ἐπουρανίοις caelum non significari liquet; ideo eam usurpari loco vocis ὁ ἀήρ, ut hostium naturae subtilioris commoneret, H. v. Soden[1] coicit.

212. b. Tenebrae non est nequitia, mundus non sunt sceleratae

actiones vel mali homines, ut Io. CHRYS. M. 62, 159 visum est; neque ignorantia aut corruptio, ut HIERONYMUM, AMBROSIUM, AUGUSTINUM (quem ita iudicasse G. ESTIUS in h. l. dicit « quo longius ab haeresi manichaeorum recederet ») secuti opinantur IOS. KNABENBAUER, F. ZORELL, alii. Manifestum enim est ex Eph 2, 2 etiam a Paulo diabolum haberi principem qui in materiam dominetur; nam ibi scriptum legimus, ut F. PRAT, La théol. de St. Paul[4] II 91 interprete utamur : secundum (κατά) « le chef du pouvoir qui domine dans l'air (le génitif ἀέρος étant un génitif objectif » ; utcumque explicatur, genitivus qualitatis esse non potest acsi spiritus naturae aëriae sint. Qua de causa veri simile est κοσμοκράτορας (cf. κοσμαγωγούς ap. M. PSELLUM M. 122, 1132 D), cui voci consulto (cf. PRIMASIUS, A. SALMERON etc. in h. l.) sententiae circumscribendae causa additur τοῦ σκότους τούτου, principes mundi intellegendos esse, prout diximus. Nam ut ait ESTIUS in h. l. » Sic { tenebrae { [enim] vocatur turbulentus hic mundus inferior comparatione superioris, qui perpetua semper et purissima luce refulget. Vocatur autem non hic solum sed etiam 2 Pet 2, 4 (graece), Iuda v. 7 {recte 6}; quin etiam CIC. Tusc. l. 1 : nebulosum et caliginosum caelum. Nobiscum sentit Prudentius, Hamartig. cum spiritibus tenebrosis nocte dieque congredimur, quorum dominatibus iste e pigris densus nebulis obtemperat aër etc. » Certa res fit contextu considerato. Vult enim Paulus certaminis difficultatem, immanitatem praedicare. Quodsi sententia diversa ab ea quam statuimus (principes virium corporearum) verbis supponitur, hoc eodem recedit acsi dixerit : non est nobis colluctatio adversus carnem et sanguinem, sed adversus mundum, adversus homines pravos; etenim nominato principe nationis quacum armis congrediendum est (nisi eius virtutes singulares exponuntur), pugna non describitur magis ardua quam si natio ipsa nominatur. Longe aliter res est, si princeps nationis quacum congrediendum est praeter sui exercitus vires propria instrumenta habet ad bellum gerendum ; huius rei mentio supervacanea non fuit.

Eadem ratione voces principum et potestatum et ea, quae locis similibus (velut 1 Cor 15, 24) occurrunt, non vacua nomina sunt habenda aut monumenta otiosa pristinae daemonum magnificentiae, ut multis interpretibus placuit (cf. R. CORNELY, In Eph 6, 12); nec iis de gradibus daemonum vel divisione provinciarum (A. SALMERON, In Eph 6, 12) aut de eorum in malos tyrannide (HIERON. M. 30, 839) certiores fimus. Haec citima in dominatu esse spirituum lapsorum vulgaris erat opinio (cf. Asc. Isaiae c. 4, 2 ; I. ARM. ROBINSON, St. Paul's Epistle to the Ephes. 1909, 184), quae ipsis apostolorum temporibus in ecclesiae caerimonias penetravit.

213. Iam quaeritur, qua ratione spiritus mali rerum huius mundi potiti sint. Liquet 1. cogitari non posse de duobus primis rerum principiis, quae cogitatio a scriptura aliena est (cf. F. PRAT l. c. p. 116). 2. Neque

peccati originalis poena hoc imperium est, acsi mundus terrester propter Adami peccatum daemonibus permissus sit; qua opinione malorum origo et peccato originali et daemonum lapsui tribueretur et quam reiecimus, quatenus mundi mala a peccato originali repeti non posse docuimus. Ea vel inde infirmatur, quod a Paulo nullo modo indicatur diabolum huius mundi imperium Adamo debere; quae Gen 3 narrantur, non sunt aequiora; insuper mirum esset, si animadversio malis spiritibus potius committeretur quam bonis. Itaque apparet praesentis daemonum tyrannidis rationem totam in hominis peccato poni non posse. Aliud autem est dicere hominem in paradiso divina gratia potestati tenebrarum aliquo modo subductum fuisse, quo nunc earum vis ab eo non arcetur, sicut Estius in h. l. intellegendus est. 3. Neque ut muneris iniucunditate punirentur spiritibus lapsis huius mundi malorum et vitiorum pleni administratio commissa est. Nam nusquam in scriptura neque Gen 3 neque alibi (contra v. c. Vita Adami 16) principatu suo poenas pendentes inducuntur; potius poenas post iudicium daturi existimantur (cf. D. Petau, De ang. l. 3 c. 4 n. 11-22), interim autem eatenus puniri qua in vinculis retinentur (cf. Iubil 10, 5), potestate privantur, non eo quod imperium regionum inferiorum iis commissum sit. Ceterum hac opinione origo malorum non explicatur. 4. Neque hoc imperium a spiritibus malis obtentum est homine in servitutem redacto et opere sex dierum occupato (F. Delitzsch, Com. üb. d. Gen.[3] 168). Nam aut Deo volente hoc factum esset et ad Adamum puniendum pertineret, id quod refutasse nobis videmur, aut Deo invito, quae seditio a pio scriptore imperium nominandum non erat.

Itaque non relinquitur nisi Io. Chrys. sententia et quae inde ad mala explicanda colliguntur (Hom. 4 in Eph 2, 2. M. 62, 32) Ἐμοὶ γὰρ δοκεῖ γενόμενος ἄρχων ὑπὸ τὸν οὐρανὸν μὴ μεταπεπτωκέναι τῆς ἀρχῆς καὶ μετὰ τὴν παράβασιν. Cf. Athenag. M. 6, 949; Greg. Nyss., Or. cat. c. 6 M. 45, 28; Theod. Mops., In Rom 8, 19 M. 66, 824-5.

Ergo lapsu spirituum mala mundi explicantur. Si non peccassent, corpora in bonorum angelorum dominatu essent. Nunc qui iis praesunt mali sunt. Hoc malum est, unde alia mala manare necesse sit. Ergo malorum origo aperta est.

214. Sed antequam sententiam nostram probare pergimus occurrendum videtur esse iis quae contra afferri possunt.

1. Dicet quispiam sententiam esse novam, a scriptura et patribus eam ignorari. F. H. Reusch, Bibel u. Nat.[3] 88 respondet Eine neue theologische Ansicht ist nicht schon darum zu verwerfen, weil sie neu ist. Neque quod sciam unquam a theologo orthodoxo negatum est novas conclusiones theologicas fieri posse. Explicantes, cur Moses diabolum silentio praeterierit metum erroris duo principia statuentis afferre solent (H. Lesêtre in Dict. de la bible II 1368; L. Reinke, Beiträge zur Erkl. d. A. T. II. M. 1853, 273; cf. Honor. Augustod.

M. 172, 253); eodem metu etiam patrum silentium explicat WESTERMAYER. Neque aliter nisi manichaeorum errore propulsando (cf. AMBROS., In Hex. l. 1 n. 28. 30 M. 14, 138. 139) explicari potest, cur ea quae tradita essent, librorum subditiciorum auctoritate iam obscurata, maxime in occidente elanguerint. Verum non solum satis multos patres testes traditionis adhibuimus, sed etiam in scriptura firmissima argumenta repperimus.

2. Dices scripturam docere mortem Adami peccatum consecutam esse, ergo eam lapsui spirituum tribuendam non esse. At mortem importatam esse peccato originis dici potest, etiamsi malorum originem a lapsu spirituum repetimus, quia natura humana non est condita ut sibi derelicta, sed ut producta sub originali iustitia, quam non perdens homo per peccatum, non moriebatur (AEG. ROM., In l. 2 d. 29 q. 3 a. 2). Idem autem de omnibus malis dicendum est, a quibus homo in paradiso liber fuisset. Negandum non est apostolum plus tribuere peccato Adami quam rei supernaturalis, quam in paradiso habituri eramus, iacturam, sed id non accidit nisi quia lapsu spirituum eiusmodi rerum condicio orta erat, ut genus humanum individuis animalium corporibus accommodatam vitam degere deberet.

215. Atque his quidem prima opinionis nostrae pars absoluta videri potest. Restat, ut quaeramus, cur homo mundo huic empirico insertus sit.

Huius rei causa sita est in munere homini commisso mundi visibilis redimendi, et in lege qua postulatur ne quid lapsum extollatur nisi peccato, lapsu correcto, sanato, id quod nisi a iacente fieri non potest.

Hac sola lege opus Christi redimentis explicatur. Non est nostrum hic de redemptione exponere; sed nostra quidem sententia intellegi sine hac lege non potest, eorum autem opinio, qui iure forensi rem explicare conantur defendi nequit contra eos qui negant iustum esse innocentem affligi. Cf. P. A. R. JANET, Les problèmes du XIXe s.[2] P. 1873, 480.

216. Dixi « a iacente ». Hoc accuratius definiendum est. Redemptionis duae sunt partes: altera Dei propria, altera rei creatae, pariter ac duae sunt partes iusti rerum exitus et perfectionis. In re redimenda Deus se inclinans benigne opem fert, in re perficienda naturae viribus suis iuste usae divinitatem largitur, eadem utrumque actione creatrice, notione creandi postulata, attingens. Sicut genus humanum donis transnaturalibus (cf. n. 44) et divina providentia comparandum erat, ut Messias mitti posset, ita etiam materia eo modo formanda erat, ut homo exsistere, Adam creari posset. Semper tamen natura corruptae condicionis servanda est. Ideo hunc mundum ita formatum esse videmus, ut homo eius sit finis. Non solum corpus eius perfectissimum est, sed universa formarum varietas nisi quatenus ad corpus humanum, suum finem spectet, explicari non potest, quod oculis Dei propositum erat,

ut ait APRAHAṬ (Dem. 17, 7 Graffin 798; Bert 283), cum cetera crearet ita, ut dum conceptus homo retineretur in cogitatione Dei, Deus verbo oris creaturas omnes formaret. Quapropter « every creature will be most perfect in form, when his parts are adjusted most nearly according to the human analogies H. BUSHNELL, Nat. a. the Sup.[4] 209; cf. F. MICHELIS, D. Gesamtergebnis d. Naturf. 1885, 377. Hac ratione etiam idcirco sunt, ut homo sit, homini serviunt (ARISTOT., Politic. I c, 5; Deut 4, 19; IUSTIN. Ap. II 5 M. 6, 452; EUSEB., De ncorp. l. 2 M. 24, 1142; Io. CHRYS., In Gen. h. 15 n. 2. 4 M. 53, 120. 123; MICH. PSELL., Expos. orac. chald. M. 122, 1129 C ⊢ut dogma contra Chaldaeos⊣; AVERROES ap. JOS. E. RENAN, Averroes et l'averroisme 1852 p. 348; THOM. AQ. q. 96 a. I. ⊢contra MOSEM BEN MAIMON, Le Guide des Égarés III P. 1866 c. 13 p. 88-98⊣; L. LESSIUS, De prov. num. l. I n. 62; J. ORR, The christian view of God a. the world[8] 1907, 133 etc.) et finis mundi cum fine rerum humanarum concurret (1). Haec materiae ratio significari nobis videtur fabula de primo homine se mergente, qui se mergendo initium et auctor omnium rerum et motuum evadit (R. REITZENSTEIN, Poimandres 1904, 242 ss.).

217. Praeterea constat Adamum a Deo in statum supernaturalem evectum esse, quae res certe non est extenuanda dicendo Adamum natum esse, ut filius Dei fieret, non autem cum hoc honore effectum (ut vult BEN. BAADER, Sämtl. Werke II 792). Supersedemus autem hic disputare, utrum Adam divinae naturae particeps fuerit necne (2),

(1) A recentioribus quaestio, quam subtilitatis nomine tulit serpens humi simplicitas (cf. Th. BURNETIUS, De statu mortuorum et resurgentium 1733 p. 182) saepenumero explicata est, num stellae incolerentur. Verum est rem dogmate decisam non esse (PII II. papae decretum, quo « perniciosissimus error » ZANINI DE SOLCIA reiectus est, ap. DU PLESSIS D'ARGENTRÉ, Collectio iudicior. 1724 I 2 p 254 tantum auctoritatis non habet), sed haeretica iudicata est opinio stellicolarum a synodo petropolitana (A. PALMIERI, Theol. dogm. orth., Proleg. t. I p. 132) et cum dogmatis christianis discrepat (frustra enim iis detorquendis datur opera: cf. ALFR. H. KELLOG in the Princ. Theol. Rev. 1905 N° 2 p. 177-90 etc; credi vix potest serio coniectum esse a TH. K. ABBOT, A critical and exeg. comment. on the epistles to the Eph. a. to t. Col. Ed. 1897, 224, Paulum Col. I, 20 siderum incolas significare), nec ulla ratione e naturae investigatione hausta nititur (cf. Ad. MÜLLER in St ML 59, 1900, 70-84; A. WALLACE, Man's place in the universe 1903, contra quem C. DE KIRWAN in Les Questions Ecclés. 1909 I 506-13 nihil memorabile attulit; SIM. NEWCOMB, Side-lights on astronomy 1906 etc.), unde, si modo ratio disciplinae servatur, potius repudiatur (cf. F. MICHELIS, D. Gesamterg. 5-7), et etiam Hegeliis, Schopenhaueris, Hartmannis dogmatum christianorum parum memoribus placuit opinio contraria, etsi aliis philosophis haec necessaria visa non est (velut Malebranche).

(2) Ne in illud quidem inquirimus, utrum consortium divinae naturae, quo in terris viva Christi membra efficimur, vere ad ipsam naturam convertendam pertineat an solum sit compensatio contagionis quam vivendi ratio e mundi empirici constitutione ducta praebet, compensatio huius spiritus mundi cum spiritu Christi...

satis est rem explicare, si statuenda est. Dubium non est, quin Adam redimendi munere functurus liber fuerit ab omnibus arbitrii impedimentis, integram habuerit eligendi potestatem. Cf. AUG., De corr. et gr. c. 11 n. 32 M. 44, 936 (acceperat posse si vellet, etc.; qua in re cum angelis comparatur merces meriti) (1). Quapropter si natura hominis empirica fert, ut voluntas paribus examinata ponderibus non sit, auxilio idoneo iuvanda, examinanda erat. Quodsi integritatis donum, quippe anticipatam hominis condicionem caelestem ita e divinae naturae consortio pendere sumitur, ut sine ea concedi non possit, iam explicatur, cur status Adami in paradiso supernaturalis fuerit, etsi status supernaturalis proprie ad finem rei creatae pertinuisset. Verum etiamsi hoc non sumitur, res munere redimendi explicatur. Cum enim redimens inferiore loco constituitur quam si res integrae mansissent, illud quod deerat anticipata divinitate suppletur, id quod plane cum munere convenit quod divinum esse vel, ut accuratius loquamur, divini muneris consortium esse planum est. Hoc modo res Adami prorsus alio loco esse possunt quam res angelorum, in quibus simplex optio, non pugna, transitioni ad divinitatem anteivit et aliam atque hominis lapsi, in quo eidem transitioni anteit voluntas se Christo coniungendi (2). Atque his thesis exposita est.

218. Iam vero Adamo munus redimendi commissum esse, eum « ad hoc » factum esse « in mundo » (⟨ EUAGR. ANT.⟩, In Rom 5, 14 M. 17, 95) atque hac ratione imperium cepisse, quod satanas perdidisset (La seconde venue du Christ et la Résurrection des Morts R Or Chr XV, 1910, 437; R. M. BENSON, An Exposition of the Ep. of St. P. to the Rom. L. 1892, 328; cf. AUG., Enchir. 62, M. 40, 261), quam rem etiam VL. SOLOVJEV, Opravd. dobra[2] 1899, 433 (gl. 16, VI; cf. Sl. l. th. III 106) assecutus est, nihil adiutus, opinor, a philosophis occidentis (velut a L. CL. DE ST. MARTIN, Œuvres posth. II, p. 167. 252 vel huius laudatore BEN. BAADER, Sämtl. Werke VIII 152, apud quos multis accessionibus depravata occurrit), breviter probari potest (praeter argumentum ex eo ductum quod aliter explicari non possit, cur Adam intra mundum empiricum malorum plenum natus sit) hoc modo

1. Adami partium certe fuit vincere diabolum. Lapsu illius servi huius facti sumus; atqui iure belli — quod 2 Pet 2, 18-9 (cf. APRAHAT,

(1) Cf. arxim. INNOKENTÏJ in Sbornik iz lekcïj byvšix prof. ki. dux. ak. K. 1869, 149.

(2) Non est, cur ad disputandum descendamus de vi et effectibus peccati ab Adamo evitati, num id decretum solum prima pars longioris pensi futura fuerit (id quod quidam theologi orthodoxi ex ordine rerum empirico, quem paradiso similem duxerunt, colligebant, velut BREČKEVIČ in Sl. l. th. I 221; cf. [CYR. ALX.] Adv. anthropom. c. 10 M. 76, 1093 etc.), quomodo genus humanum constituendum fuerit etc.

Dem. 23, 3) vigere sumitur, hoc fieri non potuit nisi Adamo cum diabolo pugnandum fuit. Cf. Faustus Rei., De gr. l. 1 c. 1 M. 58, 787. Qua in re opus non est urgere eundem satanam designatum fuisse protostāten mundi terrestris. Cf. Cyr. Alx., C. Iul. l. 8 M. 76, 92 5 γεγονώς, ἵνα καὶ παρὰ φύσιν ὑπερφέροιτο τοῦ κακοῦ. Theod. Mopsu, In Eph 4 8, (Swete I 166-7) certamen *pro nobis* adversus diabolum arripiens et tamquam lege belli vincens eum. Cf. ČKD 1906, 596.

2. Homo natus est, ut esset rex rerum terrenarum (Zonaras, Ann. l. 1 M. 134, 56); atqui huic rei diabolus destinatus erat.

3. Satis docuimus ad hominis notionem in rem convertendam necessarium non esse animum cum mortali corpore coniungi. Coniungitur, ut materia e statu deteriore ad perfectum perducatur, ut ait Greg. Naz., Or. apolog. n. 17 M. 35, 425; quod cum attingitur, homo praemium compensationis suae habet. Cf. Maximus C., M. 90, 636 (εἰς κατάκρισιν τῆς ἁμαρτίας, col. 633).

4. Iam indicavimus homine absolvi laborem qui formando mundo visibili impenditur, ad redemptionis fructum anhelanti (Rom 8). Si eius gloria inde ab initio proxime in Christi manu sita fuisset, aliter formandus fuisset.

5. Rom 8, 19 ss. explicantes cognovimus id quod Deus spectasset (non praevidisset) fuisse tollendam ab Adamo, officio satisfaciente, perturbationem quam materia passa est.

6. Patres quoque docent hominis fuisse e terra paradisum facere, quod munus, cum ipse ei defuisset, in Christum esse translatum. Cf. Maximus C. Ambig. M. 91, 1308; Greg. Nyss., Or. cat. M. 45, 25 D (ὡς ἂν μηδὲν ἀπόβλητον εἴη τῆς κτίσεως).

7. Aliter explicari non potest, cur nos, etsi redempti sumus, in statu empirico relinquamur. An cuiquam videri potest haerendum in explicatione G. J. Waffelaert, Méditations théologiques II 1910, 64 qui dicit : « il ne convenait pas que Dieu parût obligé de recommencer son œuvre, comme si lui, la sagesse suprême, n'en eût pas prévu l'effondrement » ? Nostrum hic est tenebras, materiam vincere, ut fert Essaeorum opinio (Ios., De bello Iud. II 8), vel vincere diabolum, ut patres loquuntur (cf. Nestorius-Heraclides, Tract. I 1, 83 ed. Nau 1910 p. 71-2), abstinentia christiana seu ascetismus qui vocatur nihil aliud est nisi perpetui cum spiritu mundi certaminis, quod vita humana fert, intentio nec aliud fundamentum dogmaticum est, quo niti possit. Cf. J. Rybák, Křesťanská askese 1910 c. III (Sl. l.th. VI 193).

Quodsi quaeritur, cur Deus hoc munus homini imposuerit, respondendum videtur esse propter eandem rationem, propter quam Deus homo generis humani redemptor factus est, cum homo lapsus esset. Sicut salvator divinus, ita Adamus cum hoc munere natus est, quod ex

unitate rerum creatarum corporum viventium unitati simillima nascitur. Quemadmodum hac unitate materiae corruptio explicatur, sic officiorum quadam communitate hominis compensatio poscitur.

219. Antequam ad ulteriora transeamus, commemorandum videtur esse quod opponi nobis possit: Si omnia mala spirituum lapsu explicantur, quaeritur num paradisus aliud quicquam significet quam id quod notione hominis postulatur. Res enim quae notionibus continentur, res verae sunt, etsi non historicae. Peccato Adami tum simpliciter hominum communis nequitia demonstraretur, quae in singulis propter rerum et temporum varietatem diversa apparet. Hic non est locus refutandae huic loci biblici explicationi quae apud recentiores rationis auctoritatem exaggerantes occurrit. Satis est animadvertere etiam hoc posito munus redimendi homini committendum sumi necesse esse, ut eius condicio empirica explicari possit.

220. Si igitur Adamus status modo quem diximus explicandus est, intellegitur etiam, cur genus humanum lapsum eo quod redemptum est vel consilii redemptionis faciendae habita ratione, non sit in statum paradisi restitutum aut ab empirica vitae forma ereptum, sed solum in divinae naturae consortium venerit, ceteroquin, etsi donis transnaturalibus instructum, totam belli sustineat molem.

Cum Adam lapsus esset, munus redimendi in Christum translatum est, qui simul munus ipsius hominis a pernicie eripiendi suscepit et in statu generis lapsi, extra paradisum, ut unum ex individuis speciei hominis inter se succedentibus, cruciamenta exanclans redemptionem perfecit. Iam vero peccatum Adami aliter compensari, hominibus salus reddi non potuit nisi membra Christi evaderent ideoque in condicione lapsu allata operis Christi socii essent. Ut ipsius corpori inseri possent di fieri, ut redemptionis participes essent, in regno mortalitatis manere debuerunt. Inde vis baptismi intellegitur, ad cuius naturam ipsam praeter (vel potius propter) hominis cum Christo coniunctionem pactum cum Deo initum pertinet (cf. Greg. Naz., Or. 40 n. 8 M. 36, 368). Recte igitur Jam. Y. Simpson, The spiritual interpretation of nature 1912, 167, vidit, cum mala hominis nisi redemptionis consortio explicari posse negaret; crucis lumine adhibito, inquit, consideranda sunt : He was obedient unto death, even the death of the Cross: therefore He lives. And so the darkest features of human suffering may undergo a strange illumination, and cease to seem the cruel meaningless episodes that too easily they might become. Cf. A. Tuberovskïj, Voskresenïe Xristovo 1916, 262. Hoc modo fabula Adami per crucem extensi et Verbi in omnibus huius mundi rebus in formam crucis impressi (Iren., Dem. evang. 1, 36) aliud videtur esse quam inania commentorum antiquorum vestigia. Et cum ascetae christiani dicunt huius vitae molestias, mortem Christi amore esse tolerandas, « nisi tuus essem, laesum me quererer, Christe mi » (Greg. Naz., Carm. l. 2 s. 1 c. 74),

— —

Christum ducem certaminis nos praegredi, perfecte vera non sunt, nisi nostra sententia explicantur (1).

Si quod responderi solet quaestione proposita (etsi minus clare et minus accurate), cur nos paradiso extorres simus, cur Deus in rebus distribuendis huius mundi cursum sequatur animorum nostrorum movendorum causa id fieri, non posse aliter a nobis cognosci nostram infirmitatem, vanitatem, non posse sentiri, quam mala sit iniuria alicui illata, quam turpe ingrati animi vitium, non posse querimoniis, excusationibus aliter occurri etc. (cf. Io. CHRYS., In Rom 10 n. 3 M. 60, 478), urgetur, ut sententiae infirmitatem omittamus, sequitur scripturae de rebus perturbatis, de paradiso narrationem non esse intellegendam nisi fabulam qua oculis subiciatur hominem in paradiso collocari non posse.

221. Apparet autem eo quod in statu empirico relinquimur, etsi donis transnaturalibus instructi, Dei salvantis auxilio adiuti, fieri, ut singuli non habeant vim plenam ad perfectionem suam consequendam, sed inter se ita obnoxii sint, ut fortunae indulgentia, non sua quisque voluntate Christo coniungatur vel coniunctus maneat. Ad adultos ad Christum ducendos, inter viva ecclesiae membra conservandos, momentum maximum afferunt condiciones morali generis humani progressu in angustis vitae eorum finibus creatae (cf. C. L. PAALZOW, Gesch. d. menschl. Ausartung u. Verschlimmerung durch d. gesellschaftl. Leben 1795; L. LABERTHONNIÈRE, Le réalisme chrétien[2] 1904, 99; A. BURGOV, Prav.-dogm. uč. o pervor. gr. 49), in infantium vero voluntate nihil positum est, sed ecclesiae inseruntur vel non inseruntur prout propinqui, penes quos est eorum educatio, iis provident, sive baptismum ipsum necessarium esse dicis sive eius votum. Cf. AUG., De lib. arb. 3 n. 67 M. 32, 1304: Qua in re satis pie recteque creditur prodesse parvulo eorum fidem, a quibus consecrandus offertur (2).

(1) Ascetismum alia ratione defendi posse negat JOHN WATSON, The interpretation of religious experience II Glasgow 1912, 274, nisi ea which finds the last word of morality in an altruism that is identified with selfnegation.

(2) Haud scio an hoc senserint Armeni, cum docerent prolem fidelium sine baptismo in paradisum venire O. RAYNALDUS ad a. 1341 n. 51; quod idem Abessiniis visum est (THOMAS A IESU, De unione schismaticor. ap. Zaccaria, Thes. theol. VII 1615-6). — Similis sententia in occidente fuit THOMAE VIO (Caiet.), In S. th. III p. q. 68 a. 2, qui laudatur in ZkTh 1915 (39) 452-64, Bonaventurae, In S. l. 4 d. 3 p. 1 q. 2 a. 2), IO. CHARLIER DE GERSON, Serm. de nativ. B. M. V. Opp. oo. Antw. 1706 III col. 1350, GAB. BIEL, In S. l. 4 d. 4 p. 3, ECKII etc. qui omnes existimarunt ad salutem infantium christianorum in tuto collocandam sufficere vota et preces parentum. Aliter, intuentes tamen fortunae infantium cum parentum voluntate coniunctionem, ea de re senserunt BELLARMINUS et VIVA (cf. [PROSPER], De vocat. oo. gentium l. 2 c. 23 M. 51, 709-10) Deum alligasse proximam applicabilitatem baptismi orationi parentum et nolle eum parvulis applicari propter defectum orationis aut alias culpas parentum (contra v. e. c. M. STRUGGL, De Deo

Eodem modo iudicans A. LEBEDEV, Raznosti c. vost. i zap. v uč o presv. Dēvē Marīi. Varš. 1881, 328. 420 infantem dum in utero sit mente quoque matris vitam vivere, eius fide, precibus, virtutibus sanctum fieri arbitratur. Quod igitur homines qui extra ecclesiam manent perfectionem non consequuntur, Adamo crimini vertendum proxime non est. Itaque hanc singulorum fortunam empirica hominis condicione explicamus, non ipsa generis humani quae ad hominis notionem pertinet unitate (1), — nisi quis peccasset hunc effectum non habuisset —, nec eo, quod in Christo nitimur, qua explicatione ad errorem protestantium accederetur (2). Et certum est aliam fuisse primi hominis condicionem, cum solus esset, cuius libertatem etiam posteris relinqui potuisse, saltem adultis, negandum esse non videtur.

222. Dicat forsitan aliquis : Fortasse infantes, deliri etc., quibus nunc aditus regni caelestis obstruitur, frugi futuri erant, si Deus genus huma-

uno et trino p. I d. 5 q. 3 a. 2). Alii saltem de paganorum infantibus disputantes eandem rationem secuti sunt, velut DOM. SOTO, LEDESMA, MAURUS, BASIL. LEGIONENSIS, VASQUEZ, qui solam fidem interiorem parentum etiam parvulis prolibus suffecisse arbitrati sunt (cf. BEN. STATTLER, Theol. christiana theoretica[2] Tr. VI, De sacram., 1780 p. 12). Alii relicta hac ratione modo cum rerum ordine parum convenienti postularunt, ut infantes moribundi de sua sorte decernerent sive baptismi voto sive aliter (H. KLEE, Kath. Dogmatik III a. 2 § 1 p. 158-63 ; J JUSTUS in ZkTh 1884 VIII 172) vel idem mortuis imposuerunt (K. H. G. SCHÉELE, Teologisk Symbolik. Ups. 1877-9 p. 143. 313 ; P. SVĚTLOV in Xr. Čt. 83, 1903 I 369). Longius processerunt ii qui omnes infantes quicumque sine baptismo de vita decederent, a morte aeterna absolvunt sive mortem pro sacramento habentes (H. SCHELL, Kath. Dogmatik III 479. 480), sive baptismum non necessarium iudicantes (H. DE GROOT; cf. D. PETAU, D. t. IV, Diatr. de pot. consecr. et sacrif. c. 5).

(1) Cf. supra n. 71. — JOH. H. PABST, D. Mensch u s. Gesch. W. 1830 p 72 : « Als Naturwesen ist der einzelne Mensch ein notwendiges Product des Ganzen, das Schicksal des letzteren also *sein* Schicksal, so zwar dass der einzelne nicht bloss in und für sich seinen Gang der Entwicklung geht und seine eigene Geschichte hat, sondern ebenso sehr als ein Erzeugnis des ganzen Entwicklungsganges des *Geschlechtes* ein Moment der Geschichte *dieses* bildet. Aus dieser Idee der Menschheit als einer ganz organischen Einheit, in welcher der einzelne in seiner Wahrheit nicht ohne das Ganze gedacht werden kann, und das Ganze sich in jedem einzelnen wieder findet erhellt, dass jener verhängnisvolle Act der Selbstentscheidung für oder wider Gott, dem sich auch der erste Mensch als freies geistiges Wesen unterziehen *musste*, nur eine Feuerprobe des Geschlechtes sein konnte, und in der Entscheidung des ersten Menschenpaares als der Stammeltern und Repräsentanten, als Ausgangs- und Centralpunkt des werdenden Geschlechtes die Entscheidung der Gesamtheit lag. Cf. F. MICHELIS, Krit. d. Günth. Philos. 242.

(2) Sane non negamus prorsus necessarium esse Christo inseri id quod munere culpae redimendae participando continetur ; unde est etiam, cur mortui i. e. munere culpae redimendae, quod extra huius mortalis vitae statum geri non potest, defuncti, sortem suam mutare iam non possint.

num in hac empirica condicione non collocasset quam ex munere redimendi manare dicimus; eos igitur materiae ad perfectionem perducendae gratia proiciendos non fuisse. Respondendum videtur 1) si cui explicatio nostra non probatur, alias minus probari habeto; neque opinionem, qua ex 7 quaestionibus propositis, quae ab aliis apte non enodantur, 6 absolvuntur, septimae expediendae parem esse debere, ut agnoscenda iudicetur. 2) Dubitatio, quae loco alicuius rei in nostra cogitatione, notione generali rei concretae naturam non exhauriente, relicto continetur, ludibundae mentis est, non seriae. 3) Dei voluntas in rebus creandis non libidine sed lege aeterna regitur et quod homo effici potuit universae Dei creantis cogitationi debet, ex qua etiam incommoda manant (1). 4) Infantium non baptizatorum sors non est poena habenda sed rerum exitus quo fit, ut perfectione consequenda priventur; et per ecclesiam licet tenere eos numquam ad conscientiam plenam perventuros esse (cf. E. Amort, De pecc. orig. disp. 2 q. 3 nulla est eorum activitas nec intellectus nec voluntatis nec sensuum), numquam ad vitam revocatum iri (cf. Aug., De civ. D. 22, 13) (2). Etenim 1 Cor 15, 22 de iis explicari potest qui gloriosis corporibus a mortuis excitantur (cf. v. 23; 48. 50) et illud « omnes » symboli athanasiani infantes non comprehendere coici potest vel e verbis : resurgere habent et reddituri sunt de factis propriis rationem. F. Suarez, De myst. (Opp. XX) disp. 57 s. 6 n. 2 quidem veri similius esse existimavit etiam infantes iudicari — non iudicio discussionis sed damnationis vel approbationis, sed hoc idoneum non est ad efficiendum rem illam esse definitam.

223. Iam *tertiam* partem his quae exposuimus addamus. Praeter ea enim quae diximus, negamus Adami peccatum, nedum peccata posteriorum (3) quicquam momenti attulisse ad exteriorem hominis condicionem, vel aliis verbis, negamus hominem « laesum esse in naturalibus ».

(1) Hac ratione vere dici potest « Natura universi exigit hoc, ut sint homines cuiuscumque sortis, boni mali, pauperes divites, potentes impotentes, domini servi et sic de reliquis ». Petr. Pomponatius, De fato l. 1 Opera Bas. 1567, 436.

(2) Numquam quod sciam quaesitum est, num sententia qua quidam adulti infantibus pares iudicantur (M. Actorie, De l'Origine et de la Réparation du Mal. P. 1852, 67-70; cf. J. Balmes, Mélanges religieux, philos., polit. et littér. P. 1854 p. 369) etiam in hanc rem conferri posset.

(3) R. Pullus, Sent. l. 2 c. 28 M. 186, 758 : ut sit quisque tanto corruptior, quanto a primo parente remotior ». Haec sententia est Philonis, De mundi opif. I 96. — V. T. mala ex parte explicasse communi omnium periculo quo singuli peccent existimat inter alios A. S. Peake, The Problem of Suffering in the Old Testament L. 1904, 21. Cf. etiam Aug., Enchir. c. 46. De discrimine inter locum puniendo toti generi humano factum ab Adamo et locum proli puniendae factum a patre cf. Durandus, In l. 2 d. 33 q. 1.

Nam etiam agnito lapsus spirituum momento aliqua etiam ab Adamo importata videri possunt praeter necessitatem redemptionis vel culpam hereditariam, praeter victoriam diabolo concessam, cuius privatione posteri Adami premuntur antequam in ecclesiam recipiuntur. Ecclesia non negat nisi certos quosdam effectus qui peccato Adami a lutheranis tribuebantur liberum arbitrium destructum (DENZ., Ench.[11] n. 776. 813), qua in re theologi orthodoxi cum catholicis consentiunt (N. MALINOVSKIJ, Dogm. bog. II 328).

Dixi quod quaeramus idem esse atque quaerere, num peccato Adami homo laesus sit in naturalibus. Id corrigendum est. Qui enim de homine in naturalibus laeso quaerunt, id solent considerare, num homo in empirica condicione sua a Deo creari potuerit, si minimum quod Deus ei concedere debet expenditur; et qui aiunt, negant eum esse in naturalibus laesum. Tria responsa sunt *a*) eum ita creari potuisse etiamsi inhabilis fuerit ad officium suum exsequendum « impossibilitate antecedenti » (BECANUS); *b*) eum ita creari potuisse quia etiam sic fini sibi constituto consequendo par fuerit, cum neque e concupiscentia neque aliunde impossibilitas moralis nasceretur servandi totam legem naturalem, quatenus peccatum formale vitandum esset, verum maior tantum difficultas (ANSELMUS CANT., Dial. de lib. arb. c. 6; DURANDUS, GABRIEL, D. SCOTUS, ALMAINUS, VASQUEZ, TURRIANUS, GORMAZ, A. MAYR, ST. HARENT aliique huc referri possunt); *c*) eum ita creari non potuisse, quia hoc modo vires non habuisset ad officium exsequendum; saltem aliud auxilium loco gratiae entitative supernaturalis ei concedendum fuisse (ita iudicant thomistae, F. SUAREZ, D. PALMIERI, L. BILLOT, etc.).

Quaestio ita proposita ad nos non pertinet. Praeterea ne illud quidem quaerimus, num natura empirica ab ea differat quae notione creationis poscatur; id enim satis expositum est. Hic nihil aliud quaerimus nisi utrum vires corporis et animi nostri earumque concordia, insuper res physicae quae ad vitam nostram momentum afferunt, peccato Adami immutatae sint necne i. e. utrum ordinem in hexaëmero constitutum sua sponte consequantur an alia re contineantur; et cum Adam antequam lapsus esset, naturam lapsu suo mutatam habere non potuerit atque etiam ipse ante lapsum in rebus lapsu perturbatis constiterit, quaestio etiam hoc modo concipi potest: num plus vel minus virium animi et corporis Adamo fuerit quam nobis, et num in rebus eiusmodi naturaliter fuerit, ex quibus res praesentes modo naturali nasci non possent.

Dicimus sua sponte consequi, modo naturali nasci, ut excipiamus et remedia a Deo adhibita et materiam ob interiorem rerum creatarum cohaerentiam lapsu hominis turbatam; neutrum legibus materiae propriis continetur; non autem, ut excipiamus ea quae actionem qua peccatum commissum est, naturaliter consequi potuerunt, velut animi

affectio prava, morbus etc., quae etiam hereditaria esse possunt. Si hoc modo intellegitur sententia R. PULLI quam modo in annotatione commemoravimus, non est cur eam impugnemus (cf. Io. GERHARDUS, Loci theol. t. II 1864 l. IX n. 100); neque eorum opinionem reicimus qui solum hunc effectum peccato originali tribuunt, quomodo haud scio an A. CASINIUS, Quid est homo a. 4 § 6 ad 3, PR. GAY, alii intellegi possint, et etiam DID. ALVAREZ, De auxiliis div. gratiae. Lugd. 1620 l. 6 d. 45 n. 4 p. 209-10; 47 n. 4 p. 213, qui tamen a maximo errore absolvi non potest (cf. Io. GONET, Clyp. th. th. tr. VIII dp. 4 n. 51-3).

Diaboli (et bonorum angelorum) conatuum eiusve iuris hominem sollicitandi ante lapsum et post lapsum (1), omnino rationem non habemus; itaque inter alia in medio relinquimus, utrum habere daemonium reservatum sit homini lapso an ipsa rerum condicione, spirituum lapsu allata, contineatur. Quae quaestiones ad nostram controversiam nullius sunt momenti nec nisi novis quaestionibus expeditis rite explicari possunt.

224. Nostrae opinioni adversantur 1) ii qui Deum data opera poenas homini imposuisse contendunt, quibus eius natura vel res physicae in quibus viveret afficerentur. Ita plurimi ex iis existimant quibus homo lapsus vires minores habere videtur quam e condicione opere sex dierum constituta habuisset, velut GREG. ARIM., In S. l. 2. d. 29 q. 1 a. 2 Ven. 1593 f. mm8[b]-nn4[a]; V. CONTENSON, Theol. mentis et cord. t. III P 1875 l. 10 Append. ds. 3 p. 364; M. DE ESPARZA ARTIEDA, Cursus theologicus. Lgd. 1685 t. I l. 4 q. 10 a. 5 p. 510; Io. AZOR, Inst. mor. Brix. 1622 t. I l. 3 c. 34 p. 276; TH. DE LEMOS, Panoplia gratiae. Leod. 1676 vol. I p. 2 tr. 1; TH. STAPLETON, De iustif. l. 2 c. 6-10 = Opp. ed Par. II 52 61) etc.

2) ii qui propter mundi cum domino cohaerentiam mundum deteriorem factum esse statuunt, velut nonnulli interpretes Rom 8 et Gen 3.

Praecipuus effectus qui ei calamitati tribui solet est concupiscentia vel saltem aequioris temperationis iactura in universo genere humano (non in singulis tantum); immortalitatem enim patet eodem modo a corpore humano abesse quo ab animalibus qui ante Adamum fuere. Sed maiores corporis vires, longior vita (A. CASINIUS, Qu. e. h. a. 4 § 6 ad 3), sensus acriores, formae compositiores etc. fingi possunt. Sunt praeterea bestiolae sensum omnem effugientes et pediculi sive proprie homini incommoda ferentes sive ab iniuria etiam homini imponenda non abhorrentes, quae necessaria esse non videntur; nec enim

(1) « Servitus et captivitas sub diabolo et eius potestate stat potissimum in hoc, quod homo peccator non possit quicquam agere, per quod libertatem filiorum Dei, qua excidit, rursus reciperet et peccati iugum a se excutiat, nisi gratia mediatoris adiuvetur ». A. MAYR, Theologia scholast. t I 1732 tr. 6 n. 168. Cf. AUG, Op. impf c. Iul. l. 3 n. 199. M. 45, 1333; F. SCHMID, Quaestiones selectae q. 4.

apparet, cur pestis esse, tigri sanguis humanus sapere debeat etc. De viribus autem quibus homo ad recte faciendum utitur, varia teneri possunt a. hominem non habere omnes facultates naturales; b. facultates eius naturales non esse aeque perfectas « intrinsecus et substantialiter » ac sine lapsu Adami essent vel saltem minus expeditae sunt ad honestum et magis propensae ad malum eo quod aliqua qualitas accidentalis amissa sit (« diminutio, remissio, retardatio inclinationis ad bonum virtutis » STAPLETON l. c. c. 9 p. 58; c. homini habitum aliquem vel qualitatem additam esse (« qualitatem morbidam » quam GREGOR. ARIM., In l. 2 d. 30 q. 2. a. 2, 1503 f. n. n. 8[a], statuit; HENR. GAND., Quodl. Lov. 1547 l. 1 tr. 3 c. 3 p. 4 consid. 4 f. 70; cf. de hac re B. M. DE RUBEIS, De pecc. orig. c. 60 I) vel saltem maiorem impetum.

225. Iam ad argumenta nostra veniamus. 1. Non est malum quod mundi forma empirica, quae lapsu spirituum continetur, explicari non possit; ergo nihil est, cur peccatum Adami ad ullum malum physicum pertinere statuatur. Et concupiscentiam quidem iam supra, ubi eam malam esse docebamus (n. 143), consequi empiricam hominis naturam ostendimus.

2. Malum quod peccato Adami deberi sumitur, non potest a) contineri Dei punientis consilio; nam α) nullo scripturae vel patrum testimonio hoc nititur. Cf. FR. SUAREZ, De gr. Proleg. 4 c. 8 n. 9. Quodsi P. LOMB., Sent. l. 2 d. 25 n. 8 M. 192, 707 (cf. AMBR., In Lc 7 n. 75. M. 15, 1718; BEDA M. 92, 468-9; EUTHYMIUS M. 129, 966) affert Lc 10, 30, sententia quae huius verbis subicienda esset, ut huc pertinerent, veterum auctoritate non nititur et etiam P. Lomb. explicatio in bonam partem accipi potest. Verum tamen est patres qui serpentem esse punitum putarunt (velut Io. CHRYS., APREM, APRAHAT) similiter etiam in hominem animadversum esse credere potuisse. Set ratio, qua adversarii nostri nituntur, fere est condicionis iustae cum nostra confusio.

β) Non solet Deus propter alia peccata tales poenas sumere.

γ) Demus Adami peccatum hoc modo vindicari potuisse, si res iure civili aestimantur (1); ceteri homines non culpae vindicandae causa, sed solum propter rei consequentiam naturalem, aut ut remedium adhiberetur affligi potuerunt. Cf. Io. DUNS Sc., In S. l. 2 d. 21 q. 2 n. 5, cui persuasum erat privationem donorum praeternaturalium « post peccatum Adami non esse formaliter punitivam peccati Adami »;

(1) Orthodoxi catholicis crimini vertere solent quod iuris notiones adsciverint, quod nos in contrariam partem convertimus. Non solum negamus mortis causam notionibus iuris esse explicandam, sed ne illud quidem concedimus morti naturaliter peccatum consequenti rationem vindicationis adiungi potuisse, acsi физически неустранимое обращается въ юридически наказуемое ». N. GLUBOKOVSKIJ, Blagov. sv. Apost. Pavla I 1905 p. 334 (cf. 333).

noxiae enim poena par non esset. Quare errant qui magnitudine « poenae generi humano iniunctae culpae ab Adamo commissae magnitudinem metiuntur. Cf. THOM. AQ., In S. l. 2 d. 21 q. 2 a. 2 ad 2. Ceterum ne medicinae quidem necessario acerbae ratio probatur; certe enim ob eam vitae spatium diminuendum non erat, cum vitae humanae a pueritia pericula naturalia intendantur. Praeterea nec poena animadversionis nec poena curationis statuta expeditur quare non eadem sit omnium hominum pars in molestiis quae hoc modo explicantur subeundis. Cf. CH. R. BILLUART, Summa t. IV P. 1830 diss. 8 a. 3 p. 150.

*b*) Nec potest contineri interiore mundi cum homine cohaerentia qua peccatum hominis in mundi corruptionem redundet. Homo enim munus redimendi habuit, non erat mundi dominus sed eo potiri debebat victoria parta.

226. Contra ea, quae statuimus, primum afferri potest Tridentini decretum DENZ., Ench.[11] 788. Responderi potest cum DOM. SOTO, De nat. et gr. l. 1 c. 13, Salmant. 1561 p. 43 « [Etenim] cum natura rationalis hominis sit operari secundum rationem, a quo per sensualitatem cohibetur, donum illud iustitiae sensualitatem continens perficiebat hominem in naturalibus. Quippe cum prohiberet, ne impediretur opus illud rationis homini naturale. Ob idque privatio illius doni supernaturalis fuit plaga et vulnus in naturalibus, quatenus homo inde relictus sit mancus et incursionibus diaboli, mundi et carnis patens, ut non possit iuxta naturam suam perpetuo operari. Veluti si natura hominis esset recta linea incedere, haberet nihilominus ligatum sibi canem alioversum trahentem, qui canem aliquo remedio coërceret, perficeret hominem in naturalibus, et qui remedium auferret, pari ratione laederet. Et ita intellegendus est canon primus sanctae nostrae synodi, sess. 5., ubi de effectibus peccati originalis sancitum est, propter ipsum incurrisse nos captivitatem sub potestate diaboli totumque Adam atque adeo nos secundum corpus et animam in deterius fuisse commutatum. » Cf. A. VEGA, Tridentini decr. de iustif. expositio. Ven. 1548, l. 2 c. 11, f. 15[b]. Decretum autem quo Paulum V AUG. LE BLANCHE (= SERRY, Hist. congregationum de auxiliis gratiae. Lov. 1700, 221-2-230) refert condemnavisse sententiam dicentium hominem gratuitis tantum donis privatum esse, et fidei saltem incertae est, et auctoritatis dubiae, et in eo interpretando sumere licet condicionem empiricam hominis, iustae oppositam, considerari.

Deinde obici potest : Si concupiscentia e causa naturalis sit, homini a concupiscentia libero in condicione empirica locum non esse; atqui Christum et Mariam in corpore mortali ab ea liberos fuisse. Respondendum est ne Adamum quidem aliter immunem fuisse atque Christum et Mariam, nisi quod etsi natura mortale eius corpus fuit, tamen doloribus et mortis debito vacuus erat.

Post subici potest quod opponi solet Этимъ уничтожается заслуга Іисуса Христа и воплощеніе становится излишнымъ M. S. Grigorevskïj, Xr. Čt. 1906 II 265 ; ut enim hominem in statum innocentiae restitueret, reddenda simpliciter fuisse a Deo dona supernaturalia nec eum habuisse, cur formam hominis indueret, ut nos redimeret. — Iam dubium anteoccupavimus.

Denique respondendum est ad argumentum quo commode ad ultimam nostrae disputationis partem transitur concupiscentiam dicunt in scriptura haberi effectum peccati ab Adamo commissi et ipsam peccatum vocari; id quod fieri non posse, nisi causa eius vel saltem partis eius sit primi hominis prolapsio. Hic id tantum dicimus 1.) concupiscentiam aeque ac mortem vocari propterea posse effectum, poenam peccati Adami vel etiam vulnus (id quod Serry quidem urgebat Prael. vol. I. Ven. 1742, 246), quod Adam dono praeternaturali integritatis privatus sit; 2) concupiscentiam peccatum vocari posse quia radix peccatorum sit, quam ob rem etiamsi Adam non peccasset, peccatum vocari posset.

## VI

## De culpa generis humani ex Adamo communi.

227. Itaque iam ad ultimam controversiam veniamus, superioribus, ut opinor, multo faciliorem, quam paucis absolvere licebit.

Multos inde a Rufino (cf. Aug., De pecc. orig..c. 3) et Pelagio doctrina catholica de peccato originali nacta est adversarios. Ab Armenis inde a VII. saec. (cf. Raynald. ad a. 1341 n. 50) negatum est. In ecclesia orthodoxa (1) saltem primitus culpa peccati originalis negata non est, numquam vero effectus. Quin simili modo explicabatur atque a catholicis theologis, In Petri Mogilae confessione orthodoxa (p. I q. 24 : ap. E. J. Kimmel, Monum. I 87) his verbis agnoscitur : Quemadmodum homines omnes durante innocentiae statu in Adamo fue-

(1) Quid orthodoxi de peccato originali docerent, M. Jugie exposuit : Le péché originel dans l'église grecque Rev. Aug. 9, 1910, 163-77. Copiose de ea re scripturum se esse A. Bukowski promisit. } Liber eius editus est a F. Rauch 1916 et est de sententiis Theoph. Prokopovič, Amfiteatrov, Bulgakov, Gumilevskïj Malevanskïj, Malinovskïj, Vinogradov, Innokentïj, Perov, Epifanovič, Svētlov, Pisarev, Kremlevskïj, Burgov } Inter Russos de peccato originali data opera scripserunt praeter A. Burgov : Io. Vas Arseniev, O grēxopadenïi čelovēka in Bogosl. Vēst. 1898 et A. Kremlevskïj, Pervorodnyj grēx po učenïiu blaž. Avgustina Ipponskago in Xr. Čt. 1902 I 525-52 ; 581-600 ; 726 56 ; II 67-88 ; 145-72.

runt, eodem modo ex quo lapsus ille fuit, in ipso omnes collapsi, simul in statu peccati permanserunt. Quam ob rem non solum peccato, sed eius causa, poena item tenentur. Cf. SILIVESTR {STEFAN VAS. MALEVANSKÏJ}, Opyt[2] III 460. Et in decreto 16 synodi hierosol. a. 1672 scriptum legimus : ἀναγκαῖον καὶ τοῖς νηπίοις ἐπειδὴ κἀκεῖνα ὑπόκεινται τῇ ἀρχηγόνῳ ἁμαρτίᾳ καὶ χωρὶς τοῦ βαπτίσμου οὐ δύναται τυχεῖν τῆς ἀφέσεως (MANSI 37, 559; KIMMEL, Libri symb. J. 1843 p. 452; cf. S. NIKITSKÏJ, Vēra prav. vost. gr. r. cerkvi po eja simvol. knigam M. 1889 I 57); et postea : ἐκτὸς πάσης ἁμαρτίας, κοινῆς μὲν, ὅτι ἐκλυτώθησαν τῷ θείῳ λουτρῷ; ἰδικῆς δέ, ὅτι τὰ βρέφη μὴ ἔχοντα ἐνεργείᾳ προαίρεσιν οὐχ ἁμαρτάνει (MANSI 37, 563; 34, 1748-9). Eodem modo intellegendum videtur quod patriarchae orientales a. 1718 dixerunt (MANSI 37, 439) nos Dei inimicos propter inoboedientiam et transgressionem progenitoris nostri Adam, reconciliatos esse.

228. Iam, ut theologorum sententias videamus, MACARIUS {MIX. BULGAKOV}, Prav.-dogm. bogoslovïe[2] 1861 I 491 haec docet : Baptismus tollit corruptionem, quae naturae nostrae ex primorum parentum peccato adhaeret; propter unius peccatum praeter mortem etiam condemnatio hominibus venit, antequam ipsi peccata committere coeperunt. Augustinum sequitur, adversarios alios non novit nisi pelagianos (socinianos) et lutheranos, non catholicos. Cf. Pisjma o spasenïi mïra Synom Božïim. Spb. 1839, 22; N. MALINOVSKÏJ, Prav. dogm. bog. II Stavrop. gub. 1903, 352.

Certe igitur sunt qui agnoscunt culpam ab Adamo nobis adhaerentem. Verum tantum abest, ut hi omnes nobiscum conveniant, ut etiam inter se dissentiant de huius culpae natura. M. M. SPERANSKÏJ quidem haec tenet : «Во Адамѣ вси согрѣшихомъ, слѣдовательно въ Адамѣ мы всѣ дѣйствительно (actu-in potentia) существовали, слѣдовательно Адамъ былъ родъ человѣческій. Слѣдовательно человѣкъ есть сила {species}, а не лице {individuum}, личность же есть случайна и есть естественное слѣдствіе грѣха, самый грѣхъ ». Bogosl. Vēst. 1906 I 228[1]. — THEOPHANES PROKOPOWICZ, Christianae orthodoxae theologiae... II c. X-XII (Lips. 1782 p. 447 85) ita peccatum originale definivit : consistit in privatione iustitiae originalis et iniustitia positiva quae in illius locum successit; similiter igitur atque antiqui protestantes vel qui vocantur veteres catholici (cf. F. MICHELIS, Kathol. Dogm. 158). Sed TH. PROKOPOVIČ accusatus est quod peccatum originale in concupiscentia poneret (IL. A. ČISTOVIČ, Rēšilovskoe dēlo 1861, 47); novum igitur id fuit in Russia. Verum CYRILLUS, patr. alx., Ep ad M. Anton. de Dominis aep. spalat. 6/IX 1618 ap. E. LEGRAND, Bibliogr. hellénique t. IV 1896, 334 iam scripserat : « De peccato originali, quod radicitus evelli delerique prorsus et tolli in regenerationis lavacro communiter tenetur apud nos, experientia ipsa edocti minime tolli sed reliquum in nobis, prout

instruimur et ab ipso verbo Dei, non imputari tenemus et credimus ».

Etiam plerique theologi recentiores (non omnes; cf. Mpalanos in Nĕa Siōn 1907 I 689; L. P. Pisarev in Sl. l. th. I 273) peccatum originale in concupiscentia consistere putant; velut K. Androutsos, Dogmatikē tēs oriodŏxēs anatol. ekklēsias. 1907, 155; Al. Burgov, Pravoslavno-dogmatičeskoe učenïe o pervorodnom grēxē 1904, 203; aep. Dimitrïj { Muretov } in Trudy K. D. A. 1895 III 77 etc. Tridentinum accusare solent quod concupiscentiam noxa eximit P. Leporskïj in Prav. bog. əncikl. III 687; V A. Kerenskïj, K voprosu o soedinenïi rimsko-kat. i pravosl. cerkvi. Kaz. 1914, 13; M. Grigorevskïj in Sl. l. th. III 321; theologos vero catholicos, quod peccatum originale in baptismo ignosci aiunt, iuris civilis ad res divinas transferendi reos faciunt: A. Burgov o. l. p. 223.225. Ab ipsa voce pervorodnyj grēx abstinendum censuit arxim. Innokentïj (in Sbornik iz lekcïj byvšix profess. dux. ak. Kiev 1869, 138) etsi concupiscentiam pro peccato aeque habuit atque alii theologi orthodoxi (141); cum enim Adami peccatum in nos transire non possit sed solum eius effectus, dicendum esse potius priroždennaja porča, padšee sostojanïe, prodolžajuščeesja otpadenïe čelovēka ot Boga.

229. De baptismi effectu A. Burgov (cf. A. Kremlevskïj in Xr. Čt. 1902 I 754) statuit regenerationem infantium, quae in baptismo fit, iudicandam esse incohatam, imperfectam, quae adultorum regenerationem non aequaret (p. 227). Generaliter autem in baptizatis peccatum originale solum enervari, nec nisi vita honeste acta homines ab eo liberari (p. 222) Въ возрожденныхъ грѣхъ теряетъ лишь свою разжигающую силу и остается какъ слабѣющій и угасающій въ своей прежней энергіи (Еф. 4, 22); cf. p. 226. Si homo baptismo omnino liberaretur peccato, postulandum esse, ut novus eius lapsus nova satisfactione tolleretur: Новая благодатная жизнь только лишь начинается съ крещенія, человѣкъ получаетъ лишь начатокъ Духа, сѣмя святости и праведности, но святость и праведность не вливаются въ него, такъ какъ тогда было бы необъяснимо явленіе и развитіе грѣха послѣ крещенія, грѣхъ былъ бы новымъ паденіемъ, для котораго требовалось бы и новое удовлетвореніе, какъ учатъ католики въ своемъ догматѣ объ удовлетвореніи (226-7). Praeterea si res ita esset, dicendum esse maxime expedire mori post ipsum baptismum Если бы въ крещеніи человѣкъ освобождался отъ всѣхъ остатковъ первороднаго грѣха и остановился дѣйствительно праведнымъ и святымъ въ собственномъ значеніи этихъ словъ, какъ это допускаютъ католики, то для него самимъ лучшимъ было бы — умереть тотчасъ по крещеніи. Смыслъ дальнѣйшей жизни былъ бы непонятенъ, такъ какъ изъ за стремленія получить за

личные труды большую награду чрезъ частыя искушенія въ жизни онъ могъ бы потерять и тотъ высокій даръ праведности, который данъ ему въ крещеніи... (p. 227).

230. Quam remotae sint hae opiniones a patrum graecorum et etiam antiquiorum ecclesiae orthodoxae theologorum sententiis facile effici potest. Neque difficile est rem explicare. Perspectis enim difficultatibus quas qui peccatum originale privationem esse gratiae sanctificantis tuentur, non effugerunt, opinio reiecta est. Eandem opinionem P. SCHANZ in Theol. Quartalschr. 66, 1884, 710 aliter probari posse negavit nisi quod a reformatorum et a Baii atque Jansenii corruptionem adaugentium sententiis magis recederet. Quae vero ab orthodoxis de baptismi statuuntur effectu, fugae forensis opinionis imputationem defendentium debentur.

Nondum autem extremae a catholica doctrina abscessionis mentionem fecimus. Sunt orthodoxi qui simpliciter nihil aliud nisi effectus peccati Adami agnoscunt, culpam hominum communem negant. Eadem opinio ab ABAELARDO, Scito te ipsum 14 M. 178, 654. exposita et ab eius discipulis diffusa erat (cf. A. GIETL, D. Sentenzen Rolands 1891, 133). Apud Abaelardum cum eo cohaeret quod peccato commisso aliud quicquam superesse negat nisi pœnae subeundae officium (Expos. in Rom. l. 2 col. 866; Ethica c. 14 col. 654). Apud orthodoxos opinioni imputationis ob formalino-iuridičeskij xarakter detestatae opposita est, auctoritate Rom 2, 5 a rectae fidei fautoribus munita (P. IA. SVĒTLOV, Kurs apol. bog.[2] 1905, 238). Svētlov negat Adami culpam in nos aliter conferri nisi quatenus statum in quo nascimur libenter amplectamur et sic содѣйствуемъ развитію въ себѣ грѣховности, не оказывая ей возможнаго съ нашей стороны противодѣйствія (p. 237); quae opinio aliquid peregrinum videtur sonare (cf. v. c. R. A. LIPSIUS, Lehrb. d. evangelisch-protest. Dogmatik 1876 § 455 p. 360: Das Wort Erbsünde bezeichnet trotz des damit ausgedrückten Verstandeswiderspruches doch treffend die Tatsache, dass der als sündig verurteilte Willenszustand des Menschen doch wirklich beides zugleich ist, ererbte Naturnotwendigkeit und eine durch persönliches, also freies unvermeidliches Tun des einzelnen Individuums verschuldete Willensrichtung) (1). Quapropter infantes etiam non baptizati sine peccato sunt, non sunt осуждены на гибель грѣхомъ Адама, non sunt виновны предъ судомъ Божественной правды (p. 238); si enim essent, a Christo ad imitandum proponi discipulis non potuissent (p. 241) (2). Iis quae de redemptione statuenda sunt peccati originalis

(1) Similiter iam FILARET, Prav dogm. bog. 1864 I 373 peccatum originale explicabat: condicionem turbati operis divini non posse esse acceptam Deo eamque nobis ut verum peccatum tribui posse, quatenus liberi essemus et pro libertate (cf. Mt 19, 14) eam participaremus.

(2) Sed cf. quae de hac re exponit K. N. KALLINIKOS in E. P. III 1908, 246-7.

natura aperitur : sicut iusti sumus Christi satisfactione et parte operis eius quam nos ipsi attingimus quaque nostrum fit, ita Adami posteri propter eius peccatum condemnantur et pereunt solum ideo quod omnes plus minus eius peccati participes sunt (p. 236) (1).

231. Ut litem de verbis evitemus neve in demonstrandis iis quae conceduntur operam inutiliter consumamus, non a definitione peccati originalis profecturi sumus quam non commentis scholasticorum sed rei veritati respondere deinde efficiamus, verum inde quod ab utrisque theologis peccatum originale esse et valere conceditur.

Conceditur autem omnes homines, infantibus qui morte immatura occumbunt non exceptis, redemptionis indigere (cf. A. Burgov, Prav.-dogm. uč. o pervor. gr. p. 202) idque propterea quod nisi redimantur, aeternum finem suum (si duo fines statuuntur, qua de re supra exposuimus, sive etiam naturalem id quod Aug. certe censuit, sive solum supernaturalem) (2) consequi non queant. Cf. Greg. Naz., Or. 40, 23. Nullum hominem in caelum intrare potuisse, nisi Christus nos redemisset atque caelum antea clausum aperuisset. Cf. Theodoret. Haeret. fab. 5,18. Praeterea, ut aliquis particeps fiat beneficii redemptionis, eum Christi corpori inserendum esse, id quod baptismo rite fiat (vel si placet, id enim nostra non interest, baptismo significetur). Cf. Io 3,5 ; canones (etiam ab ecclesia orthodoxa receptos) conc. Carthag. Denz.,

(1) Ключъ къ пониманію догмата о первородномъ грѣхѣ дается въ правильномъ ученіи объ искупленіи. По правильному и всестороннему воззрѣнію на искупленіе, возстановленіе союза между Богомъ и человѣкомъ или искупленіе достигается не однимъ только удовлетвореніемъ за насъ въ правдѣ въ Іисусѣ Христѣ, но и личнымъ участіемъ каждаго въ этомъ искупительномъ дѣлѣ Христовомъ, въ силу чего усвояется намъ послѣднее и дѣлается как-бы нашимъ собственнымъ дѣломъ. Здѣсь нѣтъ мѣста для непосредственнаго вмѣненія, а потому нѣтъ и тайны, противорѣчащей справедливости и разуму, въ ученіи объ основаніяхъ вмѣненія правды Христовой вѣрующимъ въ Него Точно также преступленіе Адама, его грѣховность несутъ съ собою осужденіе и гибель всѣмъ потомкамъ Адама только потому, что каждый изъ нихъ въ такой или иной степени свободно пріобщается грѣху Адама, слѣдуя влеченію и голосу ветхой Адамовой въ себѣ природы...

(2) Inter eos qui puniri infantes credunt, afferri solent : Aug., Hieron. (cruciatus), Fulgentius (ignis ; cruciatu ) ; Greg. M. (tormenta), A. Avitus Vienn. (flammas), Isidor. Hisp. (ignis), Aelredus (ignis), Anselmus, Greg. Arim , B. Pirstinger, Io Driedo, Fl. Conrius, J. B. Bossuet, Giov. L. Berti, J. Grancolas, N. Alexandre, Enr. Noris, D. Petau, Fr. Sylvius — Saltem tristitia eos non liberant Aulensis, R. Bellarminus, G. de Valentia, F Schmid. — Contra nihil maeroris in eos cadere statuunt Thom. Aq. Tho. de Argent., Bonavent., Suarez, Vasquez, Amort, Scheeben. — Etiam beatitudine naturali eos donant Alb Campensis, Hier. Savonarola, Ambr. Catharinus, Amicus, C. Sfondrati. Greg. Martinez, J. Balmes, A. Berlage, Oswald, Godoy, Noggler, Cf. E. Abbot, The Literature of the Doctr. of a Future life, N. Y. 1871 n. 4510a-83.

Ench." 102; cf. ib. n. 126. — Causam vero huius communis necessitatis ipsa ratione qua homines sumus, ad genus humanum pertinemus contineri (cf. DENZ., Ench." n. 102 : generatione) id quod, cum infantes non excipiantur, ex se intellegitur. — Redemptionem, cuius indigent esse reconciliationem, eos igitur qui redempti non sint esse reconciliandos, ergo Dei inimicos (cf. CYR. HIEROS., Cat. 13 n. 33 M. 33, 812 C). — Denique propriam huius necessitatis rationem esse illud quod ab utrisque peccatum originale (originatum) vocetur. — Hinc proxime efficitur concedi peccatum originale esse aliquid quo homo sit dignus odio divino (cf. A. BURGOV, Pr.-d. LČ. o p. g. 25-33 ad Eph 2, 3; M. IASTREBOV in Sl. l. th. V 144). Quae ratio ad naturam eorum omnium pertinet quae praeterea peccata vocantur peccatum actuale quod dicunt est illud quo homo fit dignus odio; habituale est illud quo, actuali peccato edito, est vel manet dignus hoc odio. Vera autem haec ratio esse non potest, nisi occurrit « corruptio rectitudinis » (Io. DUNS SC., In S. l. 2 d. 37 q. 1 n. 6) vel « iniustitia » (ib. n. 7), « cum sub Deo iusto iudice nemo pati nisi mereatur possit » (M. MARCELLIUS, Institut. theoreticae III Fulginii 1846, 370); aliter Deus hominem odisse non potest. Quodsi potest, debet odisse, i. e. debet postulare, ut culpa redimatur; cf. N. GLUBOKOVSKÏJ, Blagov. sv. Ap. Pavla I 332. Itaque falsum est catholicos peccatum pro re externa habere quae ignosci possit vel non ignosci (quod contendit P. FLORENSKÏJ, Stolp i utveržd. istiny 1914, 254); cf. Sl. l. th. II 62.

Ita efficitur definitiones peccati originalis et peccati singulorum proprii saltem in aliquot elementis convenire, nondum autem certum est ad definitionem generis peccati aliud nihil pertinere nisi rem qua odio digni fiunt. Si tamen ea de re dissentiatur, controversia ad quaestionem de voce revocari poterit nec ius negari nobis potest fines notionis peccati ita proferendi ut omnia comprehendat quibus inimici Dei constituimur, sive res v. c. voluntaria est, sive non est (1). Item efficitur

(1) Io. DE ULLOA, Theologia scholastica t. II. Aug. Vind. 1719, dp. 2 n. 67 p. 51 Suppono peccatum originale in uno sensu, nempe theologico et rigoroso vere esse peccatum, in altero nempe laxo et vulgari, non esse vere peccatum. Si haec vox peccatum significet praecise illud, quod hominem spoliat gratia sanctificante, quod reddit illum filium irae, Deo odiosum exheredatumque gloria, qui sensus theologicus et rigorosus est, peccatum originale vere et proprie est peccatum, quia vere et proprie facit hoc in nobis et hoc tantum probant textus concilii arausicani II cn. 2 et Trident. Sess. 5 cn. 5 necnon Augustini, Anselmi, Thomae et aliorum, qui textus urgeri solent contra Durandum quosque invenies apud Vasquez. Sin vero haec vox peccatum significet quod passim, immò semper extra praesentem quaestionem significat (atque idcirco voco hunc sensum vulgarem et laxum), nempe exercitium quod libere et cum advertentia ponimus actu physice contra conscientiam, in hoc sensu peccatum originale non est in nobis proprie actu et formaliter peccatum, etc.

sacramentum baptismi, etiam baptismi infantium, cum nostrarum cum Deo inimicitiarum exstinctione coniungi eiusque effectum, ad quem in infantibus valet, remissionem, expiationem peccati originalis appellari posse. (Denz., Ench.[11] 102).

232. Sumpsi concedi ab orthodoxis quae fortasse nonnulli negabunt. Haud scio an quidam tuituri sint infantes, etsi sine baptismi sacramento Christi corpori immisceri, in caelum intrare non possint, tamen non esse reconciliandos instar eorum qui peccarunt, nec odio divino dignos, quod vero frustra nascantur, caelo priventur, casu statui eorum deberi, nec nisi per abusionem Deum iis offensum, eos peccato originali liberari dici posse. Tamen etiam hi concedere debent, theologum maxime orthodoxum ab iis in hac re dissentire posse, si modo orthodoxos vocare licet eos qui rem defendunt per saecula in ecclesia orthodoxa traditam et praescriptam; quin fatendum est iis se ad opinionem suam non aliter venisse nisi difficultatibus adductos, quibus ab intellegendo peccato originali impedirentur, et secunda aqua recentiorum dogmatis christiani eversorum delatos; item se etiam alia orthodoxae doctrinae capita reliquisse, cum Augustino quidem non teste traditae institutionis sed tantummodo theologo utantur, rituum ecclesiae, v. c. exorcismorum, auctoritatem neglegant quod ignoretur cuius originis sint etc. Sane etiam protestantibus recentioribus et iis qui eos sequuntur inter orthodoxos ostendi potest veterem catholicam et orthodoxam sententiam veram esse, sed longius res repetendae essent, cum dempto sufflamine nihil sit quo vehiculum per declive ruens retineatur nec in ratione emancipanda traditionis auctoritas sine altera communis theologiae catholicae et orthodoxae soli parte, scripturae dico auctoritate labefieri possit. Quid singuli concederent videndum esset et ex paulina redemptionis notione eiusque fundamentis ratione inventis Svētloviis, Kremlevskiis ostendi posset eos in peccato originali dispiciendo aliquid ex iis quae tradita essent proiecisse quod Pauli opinionem quem non errasse opportune concedunt consequitur. Sed dubito an eiusmodi ratio non solum collegio orthodoxorum theologorum sed etiam ipsis propter quos ineatur iniuria videri possit, cum libenter concessuri sint ab institutione tradita recessum non esse nisi propterea, quod difficultates, decessorum studiis auctae potius quam diminutae, superari non potuissent.

233. Itaque primum varias de nostra re opiniones videamus.

Quaerentibus cur infantes ante baptismum ira divina et pernicie aeterna digni sint vel, ut Io. Fisher (Roffensis Assertionis lutheranae confutatio. Par. 1545 art. 2 f. 78[b]) rem significat, causam respectus inter Deum et hominem, « quo hic deputatur ad poenam », varie responderi potest et responsum est.

1. Hic est effectus proximus peccati Adami quatenus praesumitur id voluntati posteriorum consentaneum fuisse;

2. Quatenus generis humani nomine factum ad singulos homines ut sontes pertinet. (Io. de Lugo, De virt. et sacr. poen. d. 7 n. 98-104; Aegid. de Praesentatione, R. de Arriaga, Corn. a Lap., Cl. Frassen, Io. B. Genér, Th. Gonzalez de Santalla, Iac. Granadus, Chr. Haunoldus, Fr. de Oviedo, I. Platelius, Salmanticenses ⊦ Dom. a S. Ther. ⊣, M. Struggl, Fr. Toletus, D. Viva etc.)

3. Quatenus in Adami actione re partem habuimus. Quae sententia quorumdam protestantium (cf. Ph. C. Marheineke, D. Grundlehren d. christl. Dogmatik p. 245; Gottfr. Thomasius, Christi Person u. Werk² I 1856, 306) occurrit apud Anon. in Čt. v obšč ljub. dux. pr. 1876, nojabrj p. 456-7; prof. V. N. Myšcyn, Učenïe sv. Ap. Pavla o zakonē dēl i o zakonē vēry. SPos. 1894, 141 (въ Адамѣ согрѣшили всѣ люди и согрѣшили въ одинъ опредѣленный историческій моментъ ⊦ аор. ἥμαρτον ⊣, именно въ моментъ преступленія Адама); S. Zarin, Asketizm II p. 41-2; cf. ieromon. Makarïj {Petrovič}, Cerkvi vostočnyja pravoslavnoe učenïe. Spb. 1783 § 47, 41-2 (его грѣхъ и намъ вмѣненъ ...и сіе сдѣлалось средствомъ относительнаго согласія, коимъ мы будучи въ Адамѣ, не имѣя же еще употребленія силъ душевныхъ, соизволеніе свое Адамову дѣйствію приложили.

4. Quatenus Adami peccatum est peccatum alicuius qui ad societatem generis humani communitate officiorum coniuncti pertinet; unde unius peccatum ceteris quoque noxiae est.

5. Est effectus proprii nostri peccati, commissi ab Adamo re, a nobis autem eatenus, quatenus si in eadem condicione fuissemus, re illud commissuri fuerimus. Brunquell, D. gute Sache Gottes bei Zurechnung des Falles. Jen. 1749. Cf. A. Burgov p. 206.

6. Est effectus rei quae peccatum Adami consecuta est, privationis dico gratiae sanctificantis et integritatis vel alteriusutrius (1), quatenus haec privatio a generis humani parente ultro nobis illata est. Haec videtur esse sententia Anselmi Cant. (licet ab aliis aliter explicetur), Alex. de Ales, Thomae Aq., M. Scheeben (Handb, § 198 n. 262) etc.

7. Est effectus rei quae peccatum Adami consecuta est, concupiscentiae dico, quatenus haec nobis inhaerens est propensio Deo adversa. Conf. Gall. art. 11; Form. Concord. ub. expos. art. 11.

8. Est effectus rei quae peccatum Adami consecuta est, concupiscentiae dico, quatenus fieri non potest (sive ex ipsa rei natura ut placuit protestantibus ⊦ antecedenter ⊣, sive libertate integra ⊦ consequenter ⊣), ut ea impediti non peccent, nisi a Deo iuventur. Cf. Garnerius, Serm.

(1) Huc pertinet etiam quorumdam thomistarum (Martinez, Nunno, Herrera) opinio, qui peccatum originale in conversione habituali ad creaturam ponunt seu in habitu inclinante hominem ad bonum commutabile ut in ultimum finem, orto in nobis ex peccato Adami.

31 M. 205. 766 (in baptismo non potest deleri, ut non sit, sed debilitatur ut non obsit) Bonavent , In S. l. 2 d. 32 a. 1 q. 1; G. Hermes, Christkathol. Dogmatik III § 226; Ben. Stattler, Theol. christ. theor.[2] § 226 p. 65 Natura peccati originalis consistit in hoc, quod omnes Adae posteri vi originis ex Adamo peccatore concipiantur cum concupiscentia habituali ac simul expertes omnis remedii sufficientis adversus illam tum physicam necessitatem qua ex habituali passim actualis mala concupiscentia praeveniens exoritur, tum adversus necessitatem moralem qua in mala concupiscentia actuali praeveniente oritur concupiscentia actualis consequens rationem, physice libera et deliberata, seu peccatum morale.

9. Est effectus rei quae peccatum Adami consecuta est, necessitatis dico peccati Adami redimendi, qua homines propter officiorum communitatem tenentur et cui Christus solus respondere potuit.

Concedendum est, etsi omnium fere sententiarum patroni inter catholicos theologos qui post tridentinum fuere inveniri possint, tamen plerasque cum decretis ecclesiae componi non posse. Non tamen sequitur quaestionis momentum maius esse quam theologicae controversiae aut opinionum varietatem ad varietatem rationum quibus eadem res consideretur revocari non posse; certe qui 6. sententiam defendunt, satis habebunt concedi quod ceteri facile concedent, nos certis donis privari et Adamum patrem nostrum esse.

234. Maior pars harum opinionum falsa Rom 5 interpretatione continetur (cf. J. Laminne, Déchéance originelle 1914, 65-6), quam infra refutare conabimur. Praeterea pro 6 prioribus afferri potest, nisi una ex iis teneretur, veri nominis peccatum originale negandum esse, cum quidquid peccatum sit, voluntarium sit. At ratio voluntarii ne in 1.2.3.4.6. quidem opinione servatur. Frustra iam Anselmus C., De concept. virg. et or. pecc. c. 23 M. 158, 456 difficultatem vincere conatus est distinguenda in Adamo natura a persona (« quod tamen fecit persona, non fecit sine natura »; cf. F. R. Hasse, Anselm v. Canterb. II 1852, 454); frustra scholastici rem exemplis explanare conabantur, velut Thom. de Argent., In S. l. 2 d. 30 a. 2 Dicendum quod nos omnes fecimus illud malum in Adam secundum quod omnium nostrum natura in ipso fuit unita, cum hoc peccatum patravit... sicut manus, per quam committitur homicidium etc. Difficultas mansit et manebit semper. Etenim « ab una parte evidens est per hoc decretum {quo Adam fuerit constitutus caput iuridicum et repraesentans totius familiae humanae} non effici, ut voluntas Adami sit physice voluntas vere mea. Ab altera parte impossibile videtur, ut quis peccet voluntate physice non sua. Etenim quod dici solet, voluntatem Adami esse moraliter voluntatem omnium, ambiguum est. Si autem {sic; alterum « si » deest} hac voce moraliter significetur voluntatem Adami esse voluntatem omnium secundum

prudentem aestimationem, haec existimatio, ut recta sit, fundamentum habere debet in rebus. Sed in re et obiective voluntas Adami non est voluntas alterius personae neque est voluntas totius naturae. Nec potest Deus decernere, ut voluntas Adae habeatur pro mea ita, ut etiamsi natura mea nihil perverse agat, tamen ceu perverse agens haberi et puniri debeam. Intellegeretur aliquatenus actionem alterius personae esse quoque meam, si aliquo nexu reali, ex parte rei existente, alter ille mihi esset unitus. Sed ubi nihil huiusmodi intercedit, nullatenus intellegitur actionem unius esse vere actionem alterius. Nec dicas exsistere nexum realem eo quod Deus dona iustitiae destinaverit toti naturae humanae. Nam hoc quidem a Deo pendet, ut dona sua destinet prout vult, modo ex parte rei non sit repugnantia;.. sed haec destinatio donorum neque unit voluntates diversas hominum neque aliquo modo mutat intrinsecam habitudinem voluntatis Adami ad suos posteros spectatos in suis physicis. Unde nec ea destinatio sive liberum Dei decretum explicare potest, quomodo voluntas Adami sit vere voluntas omnium; licet explicare possit, quomodo voluntas Adami libere perdiderit bona totius naturae, inter quae praecipuum est gratia sanctificans, qua homo est formaliter iustus { quaerendum fuit, cur ! }. Breviter dici potest peccatum voluntarium est ei, ex cuius libera voluntate physice procedit. Aliud voluntarium non novimus et vere esse nequit, ut ipsum vocabulum indicat. Atqui actus peccaminosus Adami processit ex solius Adae voluntate: nulla enim exsistebat tum alia anima et voluntas qua sola active peccatur. Ergo peccatum Adae non est peccatum I actuale omnium. Fors dicetur non est peccatum omnium, quatenus diversae personae sunt, sed quatenus sunt una natura. Verum unitas naturae per se non sufficit; ac praeterea quaeritur, quid sit peccatum commune totius naturae? An cogitanda est natura humana in abstracto? Utique non ita. Si autem cogitetur in concreto, una tantum erat in Adamo natura humana individua; quae quidem alias naturas individuas generare poterat sed nondum genuerat ». C. Ceulemans, De parvulis qui sine baptismo moriuntur. Lov. 1886 p. 235-6 (1). Mirum est paucos, velut A. J. B. Faure, In Aug. Enchirid. 1847 cp. 29 n. 4.5 (2) aperte negasse volunta-

(1) Idem re obicit P. Janet, Les problèmes du xix[e] siècle[2] 1873, 479, quod Él. Méric, La chute originelle et la responsabilité humaine[8] Par. 1885, 29-35 nervis omnibus contentis infirmare non potuit: « Si la responsabilité dépend de la liberté, comment puis je être responsable d'une action que non-seulement je n'ai pas faite librement, mais que je n ai pas même fait du tout?... A moins d'admettre ou la préexistence des âmes ou une sorte de panthéisme humanitaire, comment comprendre cette expression théologique que tous les hommes ont péché en Adam? »

(2) Alii nominantur a Fr. de Oviedo, In I. II. Lugd. 1646 tr. 6 contr. 9 n. 28 p. 584: Durandus, Mairous, Alexander, Altissiodorensis, Vasquez (cf. I II dp. 133 c. 1 n. 3), Driedo, Pereira, Medina, Palacios, Fr. Turrianus.

rium in peccatum quo in baptismo liberamur non cadere; quin viros doctos qui antiquorum opiniones magni facere non consueverint voluntarium pro capite verae peccati originalis notionis habere, velut Ios. TURMEL, Hist. du dogme du p. orig. M. 1904, 261. Num hoc modo patres vere intelleguntur? Nemo unquam docuit culpam qua caelo excludimur in voluntario positam esse oportere. BAII quidem prop. 47 (DENZ., Ench.[11] n. 1047) sententia reiecta est; sed is omnem relationem ad voluntatem negavit, a qua originem habuit; at digni esse odio, syngrapha obligari homines non possunt nisi propter societatem cum Adamo *volente*.

Veritati cognoscendae etiam illud obstitit quod rationem qua peccatum habituale personale peccato actuali personali coniunctum est, in peccatum originale transferebant; id quod cum voluntarii investigatione cohaeret. Velut Io. DE LUGO eiusque socii recte de morali perseverantia peccati Adami loquuntur quatenus ipsam perennem imputationem peccati, licet actus pertransierit, intellegunt; sed cum aliam rationem addunt, verum corrumpunt.

Denique non parvum momentum ad has opiniones accipiendas attulit concisa patrum sententia dicentium nos in Christo satisfecisse, ergo in Adamo peccasse (cf. IREN., Haer. 5, 16, 3). Vere dici potest baptizatos propter corporis consociati naturam (« solidaritatem ») effectus actionis Christi participes esse, non tamen ipsius actionis; non magis autem, vel etiam minus actionis Adami. Communitas generis humani propria efficit, ut actiones singulorum aliquo modo communes sint; manifesto autem non aliter nisi effectu. Cf. A. BURGOV, Prav.-d. uč. o p. g. 210-3. Baptizati ii sunt, quibus actio Christi est utilis, sed non qui eam efficiunt; alioqui vere dicere possemus, nos actione nostra gratiam meruisse. Non magis autem actione nostra gratiae iacturam meruimus.

235. Mirum igitur non est quod opiniones 2. et 6. late inter catholicos diffusae orthodoxis non probantur, cum ne nobis quidem probentur. An putas iis placere posse ei explicationem quam Ios. THYS quidem, De pecc. originali. Lov. 1877, 271, proposuit verbis: « Voluntas ipsius {Adami} in hac conservatione bonorum aut amissione erat voluntas capitis naturae formaliter spectati. Iam vero huiusmodi voluntas est voluntas totius naturae quatenus ipsa unum est cum capite, adeoque privatio iustitiae sive gratiae sanctificantis in Adae posteris est voluntaria, inquantum sunt partes illius naturae quae in Adamo peccavit, seu est voluntaria voluntate Adami? Non solum qui has opiniones sequuntur magnopere inter se discrepant, sed ea statuere coguntur, quibus ab orthodoxis theologis longius quam opus sit recedatur. Theologus orthodoxus cum DUNS SCOTUM quidem, qui ipse in peccato originali explicando Thomam Aq. impugnat (In S. l. 2 d. 37 q. 1 n. 10), iis qui dicunt id peccatum non posse esse in privatione

iustitiae originalis, cum baptizatus infans careat iustitia hac nec tamen habeat peccatum, baptizatus relapsus non habeat gratiam nec tamen peccatum originale redeat in eo, respondentem audit: « In baptismo solvitur debitum habendi illud donum in se et commutatur in debitum habendi donum aequivalens sc. gratiam. Et istud debitum secundum semper ex tunc manet nec primum redit » (D. Sc., In l. 2 d. 32 n. 16), vel concludentem « Adam {et videtur idem dicendum de Eva} non habuit peccatum originale, quia illud debitum non fuit ad ipsum traductum per aliquem parentem, sed ipse in se accepit illam iustitiam et actu suo amisit » (In l. 2 d. 32 n. 7), inde certe colligit catholicos de peccato originali errare. Eos vero qui 2. et eos qui 6. opinionem sequuntur liquet inter se dissidere ac facile apparet si vel unius alteriusve, velut Io. GONET, Clyp. th. t. III tr. 5 dp. 7 n. 141 et A. LAHOUSSE, Tract. de Deo cr. et elev. Br. 1904 n. 240 p. 431-3, responsa ad praecipuum adversariorum argumentum (velut FR. MACEDO, Collationes doctrinae s. Thomae et Scoti coll. 7, diff. 4, s. 2 Pat. 1672 p. 390; J. PLATELIUS, Synops. p. II c. 4 § 2 n. 318) considerantur, eiusmodi solutiones eas non esse quibus orthodoxis sententia catholica probetur (1). De alligatione vero voluntatum ficta ad explicandum voluntarium in peccato originali unum E. AMORT (Theologia eclectica t. VII 1752 p. 59-96) satis erit evolvere, ut quantis difficultatibus haec opinio prematur perspiciatur.

236. Iam, ut ad opiniones 7. et 8. veniamus, hae falsa Ps 50 (51), 7 et Rom 5, 12 interpretatione vel patrum auctoritate Ps 50, 7 de ortu in iniquitate explicantium (AMBR., Apol. David I n. 56 CSEL 32 II 337 etc.) imprimis cotinentur, quatenus haec iniquitas (vel Pauli « peccatum ») putatur esse illa culpa, propter quam redimendi eramus, in quo proprie erratur. M. LUTHER (de variis eius sententiis cf. FABER, Lib. antilogiar. c. 52) ad concupiscentiae imputationem statuendam GUIL. DE OCCAM sectae auctoritate deductus est (qui acceptationis voce utebantur); cf. H. GRISAR, Luther I 1911, 124. In Lutheri ratione suus opinioni locus est; negandum autem non est

(1) Alia quae obiecta sunt v. ap Io. DE ULLOA, Theol. scholastica t. II dp. 2 n. 72; ap. FR. MACEDO, DOM. VIVA etc. Satis erit hic addere 1. argumentis historicis effici posse hanc opinionem propositam esse, ut errori mederetur et ipsam quoque rebus parum intellectis contineri; aliter nisi historice origo eius explicari non potest, cuius vestigium nullum apud patres occurrit. 2. Ea non explanari, cur non omnia supernaturalia adempta sint, sed « ordinatio » relicta sit. 3. Concupiscentiam etsi Deo adversa sit, non tamen ita, ut propter eam homo apud Deum odio sit (cf. AUG., In Ps 35 n. 6); multo autem minus gratiae sanctificantis privationem eam vim habere, neque quatenus Deus debuerit eam pueris conferre neque quatenus Adamus debuerit eam in pueros transferre neque quatenus ipsi pueri eam debuerint habere (OVIEDO). Cf. A. PIGHIUS, Controvers... expl. Ven. 1541 f. 24a; FR. DE OVIEDO, In I. II. tr. 6 contr. 9 n. 62 p. 592-3.

scholasticos iam multo ante de concupiscentia non imputata locutos esse (velut HUGO VICT., Summa sent. III 11 M. 176, 107).

237. Sed haec tantummodo perstringenda erant. Videamus iam accuratius explicationem quam impugnamus et eam quam ipsi proponimus. Cum ratio qua ira Dei ac poena digni fimus in concupiscentia ponitur, haec potest intellegi vel motus libidinis seu concupiscentia actualis vel propensio animi seu concupiscentia habitualis. Utriusque notionem usu satis cognitam habemus. Cf. GREG. NYSS., De mortuis M. 46, 517 A. Non enim statuunt theologi orthodoxi qualitatem quae experientiam omnem effugiat cuiusque sit nos ad actiones inhonestas utpote inhonestas impellere. Concupiscentia habitualis est defectus concentus inter hominis partem superiorem et inferiorem seu obtemperationis illi, quo fit ut pars inferior cuius est obtemperare, nonnumquam nutum partis superioris praevertat vel ei resistat; concupiscentia actualis est motus appetitus qui animadversionem et imperium virtutis superioris praevertit vel eius imperio resistit. Actualis fugitiva est; habitualis semper est in nobis etiam cum nullus motus, nulla affectio in animo exsistit, ut homo timidus est etiam cum non timet (AUG., C. Iul. l. 6 c. 19 M. 44, 359).

Tribus modis peccatum originale in concupiscentia situm esse videri potest (v supra opin. 6. 7. 8). Theologi orthodoxi, qui peccatum originale in ea ponunt, non sequuntur opinionem 8.; dicunt enim eam manere post baptismum, negant autem homines impares esse servandis mandatis; neque opinionem 6. sequuntur. Ipsâ igitur concupiscentiâ, quae manet etiam post baptismum, fit, ut homines ira divina digni sint.

238. Diximus supra concupiscentiam esse verum malum. Addere possumus eam divinae voluntati adversari, cum abhorreat ab ordine natura integra postulato. Et si quis peccatum appellare vult quidquid divinae voluntati adversatur, oboedientiam erga mentem recusatam a parte inferiore peccatum dicere potest (cf. AUG., C. Iul. 5 c. 3 M. 44, 786-7; M. CHEMNICIUS, Examen concilii trid. I 1590 p. 239). Quod Tridentinum negat Deum quidquam odisse in renatis (quod ei exprobrari ab orthodoxis supra diximus), non vult Deo concupiscentiam placere. Cf. Wirceburgenses { H. KILBER }, De peccatis, gr...[2] 1853, 88. Certe Deus etiam a morte abhorret. Cf. AUG., In Ps 35 n. 6. M. 36, 345. Sed hoc odium non redundat in hominem mortalem.

Praeterea verum est concupiscentiam animum ad peccandum inclinare. Sed certe in statu empirico non semper ad peccata inclinat; potest enim mentis imperium esse malum vel intempestivum, velut cum voluntas comprimere conatur metum utilem, gaudium sanum etc. Quodsi status empirici rationem non habemus sed rem per se consideramus, concupiscentia peccatum, cuius ratio reddenda sit ab homine seu quod formale vocatur, certe natura sua non fert; cf. ïero-

mon. Makarïj } Petrovič }, Cerkvi vostočnyja pravoslavnoe učenie. Spb. 1783 § 48 p. 43. Quin ne peccatum quidem quod materiale vocatur fert, etsi fieri non potest, quin motus primi a regula officiorum discrepent. Non autem sequitur id quod occasio peccati sit esse peccatum. Si id sequeretur, iam in Adamo ab ipsa eius origine peccatum fuisset, quia in eo fuit libertas seu facultas peccandi, quae locum peccando fecit. Quae est prima omnium peccatorum occasio. Cf. Cursus theologic. Coll. Salmantic., tr. 13 d. 16 n. 95. — Etiam protestantes posteriores in hac re tridentini doctrinam comprobarunt. Cf Chr. F. von Ammon, Summa th. chr.[4] 210; G. Chr. Cannabich, Kritik alter u. neuer Lehren d. christl. Kirche[2] 1800, 189-91; G. C. Knapp, Vorlesungen üb. d. christl. Glaubenslehre. H. 1827 II 53 etc.

Item verum est motus concupiscentiae saepe in se ipsis cum officiorum praeceptis discrepare; velut ii qui ex alienae mulieris aspectu oriuntur. Ut ex re vetita quae iis appetitur inhonesti dici possint, tamen inde concupiscentia ipsa peccatum appellari non potest.

Concedimus denique neglegenda non esse peccata materialia nec sequendos theologos casuum peritos, quorum forensem rerum considerationem orthodoxi molestissime ferunt. Non haec fuit opinio s. Aug. infantem peccati accusantis (Conf. l. 1 c. 7 CSEL 33, 9) nec parvi nostra interesse potest utrum amicum quamvis inscii et inviti interfecerimus vel Deum honore debito privaverimus necne. Itaque non negamus etiam peccatorum materialium paenitere nos posse aut, quatenus concupiscentia radix sit peccatorum formalium, dolendo his etiam ea ipsa nos dolere. (A. Burgov, o. c. 204.205).

239. Sed haec omnia non sufficiunt ad efficiendum concupiscentiam esse peccatum quo homines digni odio divino ac poena fiant et multo minus ad negandam aliam rationem qua ex peccato Adami filii irae sint.

Complura statuenda sunt ab iis orthodoxis qui hoc tenent 1. Concupiscentia est peccatum non solum ut est radix vel effectus peccati (contra Trid., Sess. 5 c. 5 Denz., Ench.[11] 792, et cum Baio, prop. 51 Denz.[11] 1051). 2. Aliquid quod voluntarium non est, etsi fortasse coici potest futurum fuisse, si voluntati commissum esset, potest dari homini crimini seu « imputari ». 3. Concupiscentia ipsa per se hominem reddit odio et poena dignum. 4. Deus potest aliquid, quod peccatum est, homini non vertere crimini.

Num haec eadem apud patres occurrant, infra viderimus. Hic pauca de voce imputandi interponamus. Est vox forensis (cf. H. J. Holtzmann, Lehrb. d. neutest. Theol. I 1897, 63) et significat iudicari, ab aliquo legem violatam esse eo modo, ut puniendus sit. Quae notio cum in Deum transfertur, a vitiis quae rebus humanis inhaerent, separanda est. Sed adversarii nostri non inquirunt, quatenus haec notio forensis in Deum transferri possit, quatenus Deus ad libi-

dinem suam possit aliquem sontem iudicare et punire, num quis possit esse animadversione dignus propter rem non voluntariam, num is qui dignus poena est, maneat semper poena dignus an inde emergere possit. Non possunt tamen, cum baptizatis concupiscentiam non imputari statuunt, rem intellegere nisi uno ex his modis 1. aut aliquid quod vere poena dignum est a Deo non punitur — similiter atque a iudice iniusto vel a tyranno; 2. aut aliquid quod vere poena dignum esset, si actio voluntaria fuisset, non punitur, similiter atque homo insanus impunis abit; 3. aut aliquid quod dignum poena videri potest, a Deo poena dignum esse non iudicatur, similiter ac reus necis excusari potest iure defensionis; 4. Aut aliquid quod poena dignum erat, desiit ea dignum esse, sicut crimen expiatur vel poena soluta vel alio modo (1); 5. aut aliquid quod vere poena dignum esset, si evenisse probari posset, non punitur, sive constat hominem esse nefarium sive criminis similis reus nondum fuit.

Etsi multum ab opinione lutheranorum differt qui sibi constantius sed non verius peccata etiam singulorum tegi seu non imputari et non tolli dicebant, sententiam theologorum orthodoxorum qui concupiscentia peccatum originale contineri defendunt falsam esse iudicamus. Qui error maxime a neglecto inter statum empiricum et iustum discrimine repetendus videtur esse. In hoc enim ordinis perturbationem peccatum futurum fuisse, cum aliter oriri non posset, facile intellegitur.

240. Iam ad opinionem 9. explicandam veniamus. Quod ut accurate fiat, redeundum est ad id quod de notione culpae supra diximus. Illud quod duarum notionum — peccati singulorum et peccati originalis — commune est, est dignum esse ira (odio) et poena. Si hoc modo res enuntiatur, vocibus a rebus humanis petitis, haustis e scriptura significatur; quas in notiones a vitiis rerum humanarum propriis liberas convertere theologorum est.

Initium faciamus a notione merendi poenam et poenae ipsius. Poena — hic sane intellegitur semper animadversio seu poena vindicativa, non remedium seu poena medicinalis ut vult M. Merchich

(1) G. Vasquez, In I. II, dp. 202 c. 5 « Dicuntur non imputari nobis peccata { actualia } a Deo ablata macula peccati, quia exstincta macula iam Deus non potest nobis imputare quod illa commisimus, sed perinde nos habemus acsi numquam peccassemus. Ipsa itaque macula dicitur deleri, non tamen dicitur non imputari : quia revera non manet, ut imputari possit, sed exstinguitur; peccata vero ipsa quae cum praeterita essent, nihilo minus imputabantur nobis hoc ipso quod in nobis macula eorum perseverabat iam amplius non imputantur nec imputari possunt. . Nam quemadmodum si quis mortem patiatur pro homine quem antea offenderat, non delet quidem memoriam, quam habebat offensae a se commissae, efficit tamen, ut eam non imputet etiamsi illius recordetur, sic etiam... effici videtur, ut more humano Deus peccata praeterita, quorum recordatur, non imputet.

in Theol. Qu. 92, 1910, p. 279, nec peccati retractatio seu paenitentia — item poena a Deo iniungenda, non ab ecclesia vel alia auctoritate humana — nihil aliud videtur esse nisi effectus ordinis moralis turbati seu pravi adversus Deum habitus; dignum esse poena est habere aliquid quod effectum talem ferat. Profecto fingendum non est Deum duas res quas communi mensura metiri non potest, demensione libera statuta aequare velle, quemadmodum iudex contumeliam multa compensare conatur. Neque dici potest Deum in puniendo v. c. daemone id spectare, ut scelus eius expietur, ordo restituatur, quippe cum id nulla poena iniuncta fieri possit. Dices cum in peccato disiungenda sit aversio a Deo a conversione ad rem creatam, hanc infinitam minime esse ac poena finita expiari posse. At conversio ista nihil aliud est nisi modus crudus (concretus), quo aversio facta est seu materia peccati, qua peccati essentia, quatenus puniendum esset ut ordo restitueretur, minime attingitur, cum non id agatur, ut convenientia servetur inter numeros factorum prudenter et temperanter, sed ut recta ad Deum ratio existat. Quod autem aversio maior vel minor esse potest, saltem in hominibus, Deus illud quo alius alium superat in amore sui velle punire nequit, ut ordinem laesum restituat, cum ipsam infimam aversionem funestam hoc modo punire non queat. Nequaquam autem hoc modo iustitia violatur, acsi multorum reus scelerum non magis puniatur quam reus unius. Si enim ille propter nequitiam maiorem maiora commisit, non propter tempora aptiora vel aliam causam exteriorem, natura poenam maiorem ex maiore inter amorem sui et beatitudinem repugnantia orituram sustinebit. Et ponamus ordine rerum posci aliquam offensionis divinae expiationem (quod si urgetur, saltem libertas Dei in ignoscendo neganda est) idque significari locis quibus iusta Dei ultio et ira commemoratur, certe iudex gladio interficere eum non cogitur qui propter aliud iam moritur (1). Sed haec dicenda videbantur esse, ne obscuritate notionum laborare videremur; minime tamen iis argumenta opinionis nostrae continentur.

241. Causa poenae potest esse vel propria culpa vel privatio recti ordinis orta ex peccato alieno. Peccato proprio ordo moralis laeditur; quod prius fuit officium ordinem non laedendi, convertitur in officium ordinis restituendi. Ut ordo restituatur, duo necessaria sunt velle eum restituere et posse. Illud fit desiderio vel animi dolore et huic deesse officio est peccatum formale; hoc, i. e. posse restituere non est hominis lapsi, vincere diabolum non est victi et in vincula

(1) St. A. Mac Dowall, Evolution and the need of atonement. Cambr. 1912, 136 : For those who are banished by, not *for*, but *by* their sins, there is the second Death.

coniecti (1); ideoque peccatum formale non habet ex hoc quod huic officii parti deest, sed peccatum materiale seu verus ordinis moralis defectus, aversio a Deo manens negari non potest (2). Idque peccatum negativum et habituale quia consistit in privatione compensationis. Eo quod et quatenus peccatum commissum numquam redimitur, manente eius redimendi officio, continetur dignitas poenae. Si enim Adam peccati paenitens compensationem solum distulisset eamque certo tempore fecisset, inde a suo decreto plane integer fuisset. Notemus statim in christiano homine peccatum non exstingui proprie beneficio divino quo adducitur, ut exsequatur condicionem sine qua vivum ecclesiae membrum fieri non possit, sed compensationis a Christo factae communicatione neque dicendum esse veniam dari gratis sed ob peccatum redemptum; quam communicationem nos non meruisse, sane manifestum est. Haec peccati compensatio non obstat, quominus verum sit nos antea in ea condicione fuisse, in qua peccatum numquam redimi posset seu nos ut homines vere peccatum habuisse. Non enim ut homines compensationem exhibemus sed ut partes corporis Christi.

242. Peccatum Adami officium iniuriae rescindendae non soli Adamo imposuit sed omni homini, utpote communi solidaritatis vinculo coniuncto cum eo (3); ita tamen ut *a*) hoc officium per se non pertineret nisi ad hominem aliquem, incertum, ne Adamo quidem proprie exsequendum esset; sed cum nemo ex hominibus peccatum

(1) Cf. V. V. Četyrkin, Apokalipsis sv. Apost. Io. Bogoslova. Pgd 1916, 463; A. Tuberovskij, Voskresenie Xristovo. 1916 p. 254; Procl., Hom. ap. Mar. Mercat. n. 11 M. 48, 779 etc.

(2) Cf. Fr. de Oviedo, In I. II. tr. 6. ctr. 8, n. 41 p. 576: Obicies satisfactio condigna pro letali est impossibilis respectu puri hominis: ergo non potest dari in puro homine obligatio ad talem satisfactionem, quia nemo potest obligari ad illud, quod respectu ipsius impossibile est. Respondeo impossibilitatem satisfaciendi non tollere obligationem radicalem seu ex parte subiecti, sed in causa esse, ut homo excusetur in ordine ad novam culpam contrahendam ab illa obligatione adimplenda, ut patet in debitore pecuniarum; quantumvis enim pauper sit et ex defectu pecuniarum impotens ad solvendum quantum est ex parte sua, vere debitor est, ita ut possit alius pro eo solvere, quod non posset, si debitor non esset, et eo ipso, quod possibilis fiat solutio, eam exhibere tenebitur; sic contingit in homine respectu obligationis satisfaciendi Deo. Ipse enim quatenus est ex parte sua eam incurrit et ideo potest Christus tamquam fidei iussor satisfactionem exhibere pro homine, quod non posset facere, si homo debitor non esset. — Cf. Manuel Caleca, De princ. fid. cath. c. 6 M. 152, 616 A; 620 C-D.

(3) Vinculo huiusmodi homines coniungi non videtur hic argumentis confirmandum esse, cum id in dubium vocari non soleat. Cf. A. Burgov, Prav.-dogm. u. o p. g 210-1 (contra D. Vvedenskij, Učenie Vetx. Zav. o grěxě. S. Pos. 1900 166-78) E. P. Akvilonov, O fiziko-teleolog. dokazatelistvě bytija Božija. Spb. 1905, 286. 306.

redempturus esset, cum nemo ei redimendo par esset (cf. Makarïj, Pr.-dogm. bog. § 124 I), omnes homines digni poena fierent. Si enim, ut exemplum ex iis sumam quae fieri non possunt, Christo non interposito, Socrates peccatum Adami redempturus fuisset, Abel sine peccato originali de vita decessisset; *b*) Adam salvus fieri non posset, nisi sua voluntate peccatum retractaret. Quaeri potest, num, si Adam non peccasset, peccassent autem alii, societatis humanae natura idem latura fuerit, seu utrum singuli homines digni poena sint solum propter primum peccatum Adami et sua an etiam propter ceterorum hominum peccata, antequam Christi membra facti sunt (1); et postquam de vitae anteactae peccatis satisfecerunt in Christo, si denuo mortui sunt, utrum solum propter sua an etiam pro peccatis aliorum hominum postea commissis; et si non omnium ceterorum, saltem eorum quibus vitam debeant, parentum dico et avorum. Cum haec res ad solvendam quaestionem nostram non pertineat, quia homo peccato resarciendo semper eodem modo impar manet nec meriti Christi quod participamus abundantia cessat, satis videtur esse indicare, etsi theologis horum temporum mira talis opinio videri possit (cf. e. c. Ios. Thys, De pecc. originali. Lov. 1877, 267), eam Augustinis (Enchir. 46), Leonibus (Ep. 86), Gregoriis (Moral. 15, 57 M. 75, 1110) (2) placuisse. Utcumque res est, negandum est eodem modo esse aliquem reum peccati originalis ac peccati a christiano commissi quod Baius statuit (Denz., Ench.[11] 1052). Ceterum nisi ab iis qui similiter sentiunt statuitur tali vinculo solos posteros maioribus coniungi non hos illis, defendere aliquis potest Adamum vel ideo statu integritatis donandum fuisse, quod Deus sciret posteros in condicione naturae empiricae positos peccaturos esse; insuper videtur sequi, si Adam non peccasset, nullum ex posteris peccaturum fuisse; si enim Deus eum peccaturum praevidisset, primum hominem non in statu integritatis, sed in statu empirico posuisset iniungens ei officium peccati futuri redimendi. Sed hi cogitationis lusus sunt et fatendum est argumenta, quae a viris doctis afferri solent (velut a J. J. M. Belorgey, De originali pecc.

(1) Cf. M. Burton. The problem of evil. Chic. 1909, 195 et supra p. 143 (3).

(2) Cypr., Ep. 64 non loquitur de peccato alieno, sed peccatis alienis. Verum est a quibusdam numerum pluralem Ps 50 (51) 7 hoc modo explicari: « apte vocat originale peccatum peccata et iniquitates, quia est privatio iustitiae respectu cuius cumque meritoriae actionis et respectu impletionis debitae cuiuscumque praecepti divini » Ric. Fitzralph (Armachanus), Summa l. 8 c 14, 1512 f. 54a; sed Cypriano hoc in mentem venisse quis dixerit! — Greg Naz., Or. 19, 13 de nostro primo peccato loquitur; etsi hoc intellegi potest oppositum propriis peccatis nostris, tamen verius fortasse eum vinculum generis humani considerantem cetera quoque hominum peccata eo modo quo primum Adami peccatum nobis tribuisse sumitur. Cf. supra n. 71.

Lgd. 1890, 327-8) firma non esse. Cf. supra n. 71 et n. 221.

243. Homo christianus lapsus officium habet peccati retractandi et quamdiu huic officio deest, manet in peccato formali habituali et poena dignus est propter hoc suum peccatum formale habituale; quaeritur num simul dignus poena sit ob suae prolapsionis compensationem omissam. De hac re disputari potest. Si ab hoc officio liber non est quia iam non est membrum Christi nec iam Christi compensationem participat, dicendum est eum etiam originale peccatum habere, seu officium compensandi etiam peccatum Adami (1); neque enim ab hoc officio liberatus est iusta reddendo sed solum adiungendo se ad societatem ab hoc officio liberam; ut purus homo officium habet redimendi peccati Adami, redemptionis autem Christi particeps non est. Itaque opinio renovanda est, relicta fortasse propterea quod peccati natura ad iuris notiones imprudenter revocabatur; non solum scholasticorum (Hugonis Vict., De sacr. l. 2 p. 14 c. 9; Gratiani, Guil. Paris.) sed etiam patrum (Ambr., In Eph. c. 4; Aug., De bapt. c. Don. 3 c. 12; Gregorii M., Dial. l. 4, c. ult., Io. Chrys., In Mt h. 62; Theophyl., In Mt. c. 18; Euthymii In Mt c. 18) auctoritate eam praeditam esse theologi, velut G. Vasquez, In III q. 88 a. 1 n. 41-8 concedunt. Sin ab hoc officio liber est, negandum est eum ob necessitatem culpae redimendae poena dignum esse; sive ideo liber est quod ad corpus Christi ut membrum mortuum, sed verum pertinet, sive quod is qui Christi membrum fuit semel omnia peccata praeterita et futura, sua et aliena redemit; non ut homo redemit sed ut idem qui postea merus homo iterum factus est; non omnia redemit propriis meritis, sed omnia meritorum Christi participatione. Verum propter aliud poena dignus est : quia christiani hominis peccatum non est solum lex perrupta, ordo violatus, officium praetermissum, sed etiam recusata operis Christi redimentis participatio a quo abstinentes vel discedentes alieni sunt a corpore Christi; et quia idcirco peccatum proprium ita retractandum est, ut ad operam Christo redimenti navandam redeatur; vel, ut aliis verbis res significetur, quia peccatum ab homine christiano commissum, est gratiae sanctificantis, qua homo corpori Christi immiscetur repudiatio, et peccatum manens seu habituale in gratiae eiusdem privatione consistit, quatenus gratia acquiritur retractatione peccati commissi.

Licet autem homo dignus sit poena et ob peccatum originale et ob peccatum proprium, discrimen tamen manifestum est, cum hoc pec-

(1) « Transgressio Adami vita iustorum { non solius Christi } solvitur. Contra, peccatoribus vel apostatis non modo illud Adami delictum imputatur, verum etiam suis id ipsi augent sceleribus. Responsio Ioannis Basilii, magni ducis Moscorum 1570 cap. 6 ap. Lasicium, De Russorum, Moscovitarum et Tartarorum religione, sacrificiis, nuptiarum, funerum ritu 1582, 37.

catum sui amore victore contineatur, illud alienum sit et a sui amore victore et a sui amore victo. Sed in quo poena differat, non inquirimus.

244. Restat, ut rationem qua homo odio dignus sit explicemus. Odio divino dignum est quidquid voluntati divinae contrarium est. Hoc modo etiam mala physica odio divino digna sunt. Homo autem non potest propter aliud odio divino dignus dici nisi propter recti ordinis defectum seu propter peccatum non compensatum. Hoc odio voluntas Dei nihil mutatur vult enim, ut res creata, etsi recto ordine elapsa sit, esse pergat eamque conservat omnibus malis quae ex illo defectu fluunt subiectam; simul autem omnia adhibet quae adhibere potest, ut a pernicie eripiatur. Hoc quoque iam in voluntate Dei creantis inclusum est. Ideo Verbum factum est caro, generi humano copia salutis data est, singulis quantum per id quod natura fert licet (vel, si addendum hoc est, quantum Deus sapientia non impeditur quominus miraculo interveniat) conceditur, ut merita Christi sua faciant atque ordine restituto salvi fiant. Hoc modo cum odio providentia amoris plena coniungitur.

Itaque cum dicitur Deum odisse infantem non baptizatum, nihil aliud dicitur nisi ordinem turbatum, in quo infans versatur et ea quae eum consequuntur ita tantum tolli posse, ut res mutetur; non autem infantes odit propter peccatum Adami proprium (1).

245. Si modum consideramus quo peccatum originale homines attingit vel quo homines eo vacui sunt, quattuor genera deprehenduntur 1. Christus et Maria; 2. ceteri homines antequam corporis Christi membra sunt; 3. homines corpori huic inserti seu redempti; 4. homines qui postquam peccato liberati sunt, peccavere. Alteros peccatum originale tenet, quia ad societatem pertinent, quae debet quibus solvendis impar est. Maria sola immunis est. Hoc nihil aliud significare potest nisi munus maternum erga Christum gerendum solum esse existimatum a Deo causam satis magnam, ut res data opera ita regeret, ut Maria certo in corpus Christi reciperetur, cum utrum alii eo perveniant necne e generali erga genus humanum providentia pendeat. (Idem munus causa fuit rerum ita gubernandarum, ut numquam peccaret, nedum in peccato moreretur; haec iam non est « immaculata conceptio », sed privilegium aeque magnum, etsi fortasse non solo hoc munere stabilitum et aliis quoque hominibus concessum). Eo quod Deus ita res administravit, Maria mater Christi futura numquam indifferens fuit ut esset vel non esset Christi mem-

(1) Theologos orthodoxos qui Christi erga infantes amorem afferunt fugere videtur a plerisque theologis catholicis infantes Hebraeorum a peccato originali liberos fuisse defendi; neque ulli theologo catholico succurrisse Christum discipulos antequam baptizarentur odio habuisse. *

brum sicut nos qui mori potuimus vel ob aliam causam baptismo carere. Res igitur postulabat, ut Christo coniungeretur, ob eamque rem numquam homo fuit lege peccati redimendi adstrictus et copia carens. Utrum autem ante Christum natum ei re coniungi potuerit necne, hic cum theologis orthodoxis non disputabimus. — Christus ut Deus-homo solus ex se copiam peccati redimendi habuit et simul ut Deus-homo iustus fuit « Christus debentis suscepit personam naturae et per eam debitum tamquam Adae filius reddidit ». NESTORIUS, Sermo VII n. 14 ap. Mar. Mercat. M. 48, 794. Cf. SEVER. ANTIOCH., Hom. 71 ed. Brière p. 56 etc. (1) LETBERTUS etiam de animae Christi (et aliorum) redemptione per Christi perfectam oboedientiam loquitur (In Ps 30 n. 6 M. 21, 750), sed certe ipse peccatum originale non habuit (cf. AMBR., In Ps 48 n. 9 M. 14, 1159). Non tamen eius merito ipso genus humanum culpa originali liberatum est, sed solum ii homines qui novo capiti aggregati sunt, quia ut meri homines vinculo solidaritatis cum Christo non coniunguntur.

Coniungendo se corpori Christi homines a debito compensandi peccatum originale (et peccata sua) liberantur, utpote Christo, qui illud abunde compensavit consociati. Liberi sunt ab omnibus poenis Deo solvendis (cf. Trid., Sess. 5 cn. 5; Sess. 6 c. 14 non pro poena aeterna... DENZ.[11] n. 792.807) (2). Quae patiuntur non sunt poena, sed sunt partes operis redemptionis, in quo nobis laborandum est; sicut in Christo non erat nisi « poena » redemptionis peccatorum. Potest autem ad christianorum officium — etiam adversum Deum (Trid., S. 6 cn. 30. DENZ.[11] n. 840) — pertinere suscipere etiam poenas ad maculas eluendas ab ecclesia imponendas, non solum eas quibus vitia curentur. — De hominibus qui, postquam liberati sunt peccato originali, peccarunt, quaestionem secundum ea quae supra diximus in medio relinquimus.

246. Sententia nostra nova non est. An minus clare significatur verbis: « infans est reus, quia debitor satisfaciendi pro temeritate desertionis exsistit »? (HONOR. AUGUSTOD., Elucidar. 2, 11 M. 172, 1142 C); an quicquam aliud subesse potest verbis « Quisque tamdiu peccatum habet, quamdiu eiusdem peccati venia caret. Ac per

(1) Cum patres dicunt nos redemptos esse eo quod diabolus Christo innocenti manus inicere conatus est, cum sontium tantum potestatem haberet (velut PACIAN. M 13, 1092), figura utuntur, qua nos quoque rem significaremus, si una voce poëtarum ritu oculis subicienda esset. Nam in statu empirico esse est tenebrarum imperio detineri, non redemptum esse est ἀποκτίνεσθαι τῷ κοσμοκράτορι τυράννῳ (NIKOLAOS HO KERAMEUS ap. DOSITH., Tomos karas II p. 17).

(2) Non abs re alienum videtur monere his locis nihil effici posse contra opinionem eorum qui peccatum originale in « reatu » poenae ponunt (velut Scotistae, DURANDUS, SALAS); non plus autem BAII prop. 56-7; cf. M. SCHEEBEN, Hdb. § 191 n. 110.

hoc licet peccatum non habeat actu, habet reatu. Sed si baptismi remedio infanti subveniatur, nonne is infans iam absque eo est, cum nec peccatum habeat actu, atque iam careat reatu? » ROB. PULLEYN, Sent. l. 2 c. 31. M. 186, 762. Cavendum enim est, ne quis putet ea quae rei explicandae causa exposuimus, esse arcem causae. Fatemur tamen non ab auctoribus nos sententiam nostram didicisse sed cogitatione ab iis quae in ecclesia tradita sunt profecta invenisse.

Nunc ad argumenta afferenda accedamus. Ac primum quidem rem ipsam docere in animo est, deinde contrarium refutare.

247. **A.** Itaque dicimus Est in hominibus culpa a concupiscentia differens, cum ea non cohaerens (nisi quatenus cum concupiscentia, sine qua generationem non fieri ferunt, propagatur), manans e vinculo quo homines in unum corpus coniunguntur.

*a*) Res probatur ratione effectus e causa colligente supra enim, cum sententiam exponeremus, docuisse nobis videmur peccato ab Adamo commisso homines dignos odio divino ac poena exstitisse.

*b*) Res probatur iis, quae in ecclesia catholica de redemptione tradita sunt et in concilio tridentino, Sess. 5 de pecc. or. 3., DENZ., Ench. n 790, his verbis enuntiantur « Si quis hoc Adae peccatum. per aliud remedium asserit tolli quam per meritum unius mediatoris Domini nostri Iesu Christi.. aut negat ipsum Christi Iesu meritum per baptismi sacramentum... applicari, a. s. » Ergo peccatum infantibus adhaerens est privatio meriti quo peccatum illud tollitur, quo antiqui criminis omne pondus aufertur. Quin etiamsi recedimus ad ipsa fundamenta catholicae de redemptione institutionis, collustratione rationis idem assequimur Ut infantium peccatum tolleretur, necessarium erat opus Christi (quod proxime in peccati ab Adamo commissi compensatione consistebat MAKARIJ, Pr.-d. bog. § 124 I; 127 II). Quae necessitas nata est aut e libero Dei decreto condiciones constituentis aut inde quod natura rei eiusmodi condicionem ferebat, aut inde quod Christi compensatio illud ipsum fuit, cuius privatione proprie consistit, a quo peccati originalis remissione infantes liberandi sunt. Atqui primum vel ideo defendi non potest quod omnis cogitatio tolleretur; iam vero si quicquam generalis traditionis auctoritate confirmatum est, cogitandi ius esse dicendum est. Sin alterum vel tertium statuitur, saltem decuisse, si non oportuisse peccatum Adami compensari, ut ei venia dari posset, conceditur. Iam videamus quid sit quapropter id decuerit. Peccatum Adami poena consecuta est; quam ipsa rei natura postulatam esse facile intellegitur; sed simplici effectu qualis est poena explicari non potest cur decuerit Christum compensare peccatum. Nihil aliud quod cum peccato cohaeret in causa esse potuit nisi ordo inter Deum et genus humanum peccato Adami turbatus; id quod plane intellegitur, si hoc malum in compensationis privatione consistit.

Concupiscentiâ autem sive in se ipsa sive ut est indicium victoriae atque imperii quo diabolus potitus est in hominem, explicari non posset nisi cur Deum deceret genus humanum integritate vel paribus donis tribuendis ab hoc imperio eripere.

248. *c*) Eodem pertinet catholicum de effectu adoptionis quam gratiam sanctificantem vocare solent caput, quod a Trid., Sess. 5 cp. 4, Denz.[11] 796; cf. 799.821 etc., enuntiatur. Gratia enim sanctificanti seu danda naturae humanae divinitate peccata tolli in ecclesia traditum est (cf. P. Galtier in Recherches 1914, 212-35). Cur haec duo inter se nexa sunt? Alia ratione id non explicatur nisi eo quod gratia sanctificanti filii Dei evadimus; fimus id quod Christus est, ipse autem fit caput nostrum; unde compensationis ab eo factae participes constituimur; qua participatione liberamur privatione redemptionis peccati; in qua privatione posita erat culpa quam propter peccatum Adami incurrimus. Cf. Sl. l. th. II 63.

*d*) Item capite catholicae de baptismi infantium effectu doctrinae res efficitur, Docet enim ecclesia peccata eo vere remitti (conc. carthag. a.418 cn. 2. Denz.[11] 102; Cyprian., Ep. 64 CSEL 3, 720-1; cuius verba certe significare non possunt: christiana religione infantes a funesta mundi contagione removeri!; cf. Ambr., In Lc l. 1 n. 37. M. 15, 1548; Reticius Augustod. ap. Aug., C. Iul. l. 5 c. 19 M. 44, 1078 etc.). Atqui vox remittendi peccata usurpari non potest 1. ad significandum tegi vel in poenam non converti peccata quae odio habenda et poena digna manent, velut peccatum Adami vel concupiscentiae motus (cf. Makarïj, Pr.-d. bogosl. § 184 III et § 196); 2. neque ad significandum vim concupiscentiae vel animi ad peccatum propensionem imminui vel infirmari. Cf. Io. Dam., De f. o. l. 4 c. 25 M. 94, 1213; nec puto quemquam dicturum esse hoc modo verba symboli remissionem peccatorum, intellecta esse; 3. neque ad significandum ullum effectum peccati, quo rationis moralis defectus non contineatur.

Itaque statuendum est in ipso infante quemdam defectum moralem esse qui proprio eius delicto non contineatur et qui cessat venia data. Eiusmodi autem est privatio quam tuemur, quae est culpa cum concupiscentia non cohaerens, manans e vinculo quo homines in unum corpus coalescunt.

249. *e*) Idem scripturae auctoritate confirmatur. Scriptum legimus Rom. 5, 12-4 Διὰ τοῦτο ὥσπερ δι' ἑνὸς ἀνθρώπου ἡ ἁμαρτία εἰς τὸν κόσμον εἰσῆλθεν, καὶ διὰ τῆς ἁμαρτίας ὁ θάνατος, καὶ οὕτως εἰς πάντας ἀνθρώπους ὁ θάνατος διῆλθεν, ἐφ' ᾧ πάντες ἥμαρτον ἄχρι γὰρ νόμου ἁμαρτία ἦν ἐν κόσμῳ, ἁμαρτία δὲ οὐκ ἐλλογεῖται μὴ ὄντος νόμου ἀλλὰ ἐβασίλευσεν ὁ θάνατος ἀπὸ Ἀδὰμ μέχρι Μωϋσέως καὶ ἐπὶ τοὺς μὴ ἁμαρτήσαντας ἐπὶ τῷ ὁμοιώματι τῆς παραβάσεως Ἀδάμ, ὅς ἐστιν τύπος τοῦ μέλλοντος.

Ad probandum quod statuimus non est omnino necessarium com-

morari in vv. 12-4 expendendis; potuimus magis consistere in vv. 18.19. Sed in more positum est, ut v. 12 afferatur, sive brevitatis causa prima tantum loci totius verba commemorare solent sive propter causas fortuitas hoc initium maioris momenti esse visum est non solum ad effectus peccati originalis sed etiam ad culpam efficiendam. Tamen ultra modum excedunt qui ex eo quod a conciliis affertur colligunt ita praecise explicari hunc versum ab iis, ut constet Paulum ibi proxime dicere voluisse nos ab Adamo peccatum accepisse baptismo expiandum (cf. Ios. RICKABY, Notes on St. Paul 1898, 340); qui error simillimus est ei quem committunt qui ex Pauli loco vulgatae verbis a conciliis allato coiciunt vocem ἐφ' ᾧ a catholicis reddendam esse voce in quo, non voce quia (J. J. M. BELORGEY, De orig. pecc. Lgd. 1890, 179-83). Nihil aliud necesse est nisi ea quae concilium de peccato originali docuit saltem colligi posse ex hoc versu vel eius auctoritate niti. Utrum modus quo hic vel ille theologus hoc loco usi sunt, verus esset necne, vel ideo definiri non potuit quod varia traderentur. Quapropter illud « non aliter intellegendum est... nisi quemadmodum ecclesia catholica semper intellexit » (c. trident., S. 5, 4. DENZ.[11] 791) non pertinet nisi ad repudiandam omnem interpretationem qua negetur hunc locum afferri posse ad decretum de peccato originali confirmandum, aut, neque enim regula fidei plus significari manifestum est, quae cum re ab ecclesia tradita pugnet (1). Certe autem tenendum est hunc locum afferri posse ac locus ita explicandus est, ut interpretationes dissentaneae explodantur.

Quae vis verbis paulinis subiecta sit inquisituri a voce peccati, ἡ ἁμαρτία, proficiscimur.

250. Hac voce significari potest 1) primum peccatum. Sed hoc modo hic eam accipi non posse apparet e δι' ἑνός; in hoc enim nullo modo incumbi potuit, si ἡ ἁμ. nihil significat nisi primum peccatum.

2) Commissum ab Adamo peccatum, quatenus mala tulit consequentia interiore sive contagione sive rebus mutatis. Non est in animo inquirere num verum sit quod B. WEISS ait, quidquid peccata consequatur a Paulo poenam peccati haberi, exteriore igitur consequentia cum peccato coniungi (in Meyer's Commentar[9] p. 237*); at vel ideo hoc voce ἁμαρτία demonstrari non potest, quod hanc usurpationem apud Paulum usquam occurrere nemo docebit. Ad id declarandum quin voce παραβάσεως usurus fuerit et rei cum effectu coniunctionem indicaturus dubitandum non est. Insuper Paulus mortem dicit effectum

(1) Quid locus significaret, potius in n. 2 explicatum est (DENZ[11] 789); qua explicatione aliud non discimus nisi eum, qui omnia contendat quae in sententia orsa a verbis « si quis » enuntiantur, cum verbis Rom. 5,12 discrepare; qui tamen negat partem, velut peccatum quod propter Adami lapsum nobis venerit aliud esse nisi concupiscentiam, eum cum hoc loco omnino discrepare non sequitur.

ἁμαρτίας in mundum ingressae. Nemo autem ita loqui consuevit, ut effectum iam in causa nominanda (« in obliquo ») includat et deinde eius causae effectum esse declaret.

3) Commissum ab Adamo peccatum, quatenus mala tulit consequentia exteriore (ut poenas), velut nobilitatis, libertatis, proprietatis iacturam. Si hoc statuitur, ἡ ἁμαρτία vere accipitur ut culpa Adami propria; nam peccatum, quatenus poenam fert, culpa est. Sed si culpa in solo Adamo ponitur, Paulus dicere potuit per unum hominem mortem in mundum venisse, culpam autem venisse dicere non potuit. Neque enim interfuit enuntiari facinus cum gravi exitu forensi coniunctum per unum hominem in mundum venisse. Praeterea haec explicatio non convenit cum v. 19, ubi scriptum legimus sicut per inoboedientiam unius hominis peccatores constituti sunt multi, ita per unius oboedientiam iusti constituti sunt multi; nisi forte quis sumit Paulum hic peccatorem appellare hominem qui sortem habeat similem acsi ipse peccaverit, etsi propria liber sit culpa, et sibi constans dicit nostram iustitiam per quam iusti sumus, nihil aliud significare quam sortem nobis concessam qualis nostri iuris esset, si vere iusti essemus, aut saltem hoc loco sententiam enuntiari concedit differentem ab ea quam v. 12 significari putat. Neque ad hanc explicationem accommodari potest illud ἐφ' ᾧ ἥμαρτον; quae verba reddi non possunt verbis : in statu sontis simili positi sunt, sed verbo peccaverunt, quapropter inania verba essent, nisi Paulus iis aliquid quasi praeteriens addidisse existimatur, quod cum prioribus minus cohaeret; quam opinionem nobis probari non posse infra contra Zahnium docebimus.

4) Peccatum Adami proprium posteris attributum. Sed si modo iure nobis attribui peccatum Adami sumitur, aut solum poena dignos nos esse declaratur, quae est explicatio 3. (cf. W. G. T. Shedd in h. l. p. 124.126), aut etiam nos culpam habere, quae est 6.

251. 5) Aversa a Deo voluntas, quae in se ipsa culpam non continet; seu concupiscentia quae nostrum communis est, seu widergöttliche Bestimmtheit des Willens als wirksames Princip, das sich in einzelnen Sünden nur auswirkt (B. Weiss[9], 235). Cf. J. Calvin, Opp. 27, col. 95 « naturali corruptione omnes imbuti sumus » Quo posito loci sententia haec est per unum hominem propensio voluntati divinae contraria in mundum venit et per eam mors; mors autem per unum Adamum omnes homines pervasit *a*) propterea quod omnes ex hac propensione in peccata prolapsi erant (B. Weiss; cf. Iustin, Dial. c. Tryph. 88 M. 6, 685 πονηρευσαμένου; Aprem, Com. in ep. D. Pauli 1893 p. 14) vel *b*) quod (vel quatenus Lightfoot) omnes in concupiscentiam inciderant (vel concupiscentia ipsa in culpa positi erant); vel mors per unum Adamum omnes homines pervasit, *c*) et propterea omnes peccaverunt (Th. Zahn, p. 267; cf. Dietzsch in

h. l.; re idem valet interpretatio ewaldiana multo tortuosior et hoc modo illud hominibus obtigit quo peccaverunt).

At α) concupiscentia ipsa, quatenus culpa caret, iustitiae Christi opponi non potest.

β) ἐφ' ᾧ... non potest explicari modo quem sub *a*) indicavimus I « The whole illustration {i. e. illud quod hoc loco explicandum est} would seem to lose its point if, after all, universal death were due to the actual sins of every single individual. It is the effect of the 'one man's' sin on the whole race, which is obviously the central point of the analogy between Adam and Christ. » F. R. Tennant, The sources of the doctrine of the fall and original sin. Cambr. 1903. p. 257. — II. Etiam infantes moriuntur, quorum mortis haec causa non est. « Le phénomène de la mort n'est-il pas un? L'apôtre d'ailleurs ne veut pas expliquer la mort de tel ou de tel individu, mais d'une manière générale le règne de la mort. S'il y a des exemples de mort, et par millions, qui ne rentrent pas dans l'explication qu'il donne de ce phénomène capital de l'existence humaine, il ne suffit pas de dire qu'il ne tient pas compte de ces faits-là; il faut déclarer que son explication est fausse ». Fr. Godet, Comm. sur l'ép. aux Rom.[2] I 1883, 484. — III. Paulus 1 Cor 15, 22 omnes dicit in Adamo mortuos esse; quibus verbis significari non potuit omnes propter Adami peccatum propriis peccatis mortem contraxisse.

Etiam minus potest explicari modo, quem sub *b*) indicavimus; nam ἥμαρτον ad hoc significandum aptum non est.

Neque tertio modo explicari potest. Etiamsi enim aoristus loco praesentis positus excusari potest (Th. Zahn, p. 276[49] contra D. Palmieri, De Deo cr. 513 etc.), a contextu sermonis alienum fuit haec addi, ut modum arcessitum, quo id faciendum fuerit omittamus (de quo cf. G. Richter, Kritisch-polemische Untersuchungen ü. d. Römerbr. 1908, 109). Sumendum enim esset Paulum oppositionem instituere voluisse inter Adamum et nos ipsos : in illo peccatum fuisse prius, mortem posteriorem; in nobis mortem esse priorem, peccatum posterius (Zahn 267). At ἐφ' ᾧ certissime non significat nec ante hoc, nec nisi propter hoc; neque additur non contrarie, prius peccaverunt et postea morti obnoxii evaserunt. Praeterea tacite sumitur ἁμαρτήματος voce tum Adami peccatum significari, non concupiscentiam ipsam — peccatum quod in eo morti praecucurrerit. Denique certissimum est vocem πάντες aliquid rationis habere cum voce πάντες superius posita; quae ratio indicatur pondere quo haec vox distinguitur. Nam in superiore sententiae parte aliud nisi πάντες insignitum causam esse sententiae, quae in verbis per peccatum mors inclusa est, verbis in omnes mors pertransiit repetendae fingi non potest; aliter res intellectu caret; quodsi postea iterum πάντες occurrit, etiam hic inter cetera eminebit. Cf. etiam Aug., C. duas epp. Pelagian. 4, 7 M. 44, 614.

252. 6) Culpa quae in omnes homines cadat. Quo posito verba hoc modo interpretari opus est: per unum hominem culpa in mundum venit (vel, ut ait D. PALMIERI, De Deo cr. p. 519 seu quod perinde est per unum hominem peccantem omnes peccaverunt) et per culpam mors; atque ita in *omnes* mors pertransiit, quia *omnes* sontes evaserant (vel in omnes pertransiit per unum, in quo omnes peccarunt). Nam culpa non vacabant ante legem Moysis; nec tamen culpa est sine lege; re autem (cf. Hebr 10, 3; Gal 3, 22 etc.; J. BEELEN, Commentarius in ep. s. P. ad Rom. Lov. 1854, 160 interpretatur: atqui) etiam tum mors regnabat cum contra legem non peccabatur.

At α) vox ἁμαρτία apud Paulum concupiscentiam significat velut Rom 7, 17. Ostenderat enim ibi v. 15.16 malum fieri a se invito sane non proprie peccatum, si quidem deest voluntas propria, sed res turpis, inhonesta, vetita. En ipsa concupiscentia quae actualis vocatur. Iam quis operatur eius motus seu quae est causa motuum concupiscentiae? Respondet Paulus v. 17 Non ego {mea voluntas} operor id, sed quod habitat in me peccatum. Cf. EPIPH., Haer. 64 n. 26. Ergo causam illam voluntati oppositam quae operatur motus concupiscentiae volubiles, quae ipsa permanet et homini inhaeret (« quod habitat in me »), quin eius membris (v 23 « legem in membris meis »), uno verbo concupiscentiam habitualem Paulus vocat peccatum. Ceterum quid aliud poterat *hic* significari voce peccati? Non actualis concupiscentia vel actuale peccatum quae non manent, non peccatum originale, a quo apostolum liberum fuisse sumitur. — Iam vero nisi firmissimis argumentis efficiatur statuendum non est Paulum in parte epistulae quam continenti spiritu videtur scripsisse eidem vocabulo aliam vim subiecisse ac paulo post. Cf. A. KREMLEVSKÏJ in Prav. bog əncikl. IV 1903, c. 772.

253. β) ἐφ' ᾧ ad Adamum referri non potest (AUG., THEOPHYL., MURATORI, KLEUTGEN, HEINRICH, BAUTZ etc.); nam I. id pugnat cum lege grammatica qua postulatur, ut pronomen relativum cum proximo nomine coniungatur, non cum remotissimo, quae lex etiam in N. T. ubique observatur. Quae lex violata esset, etiamsi principio vox ὁ θάνατος repetita non esset (cf. AUG., C. duas ep. Pel. l. 4 c. 3 n. 7 M. 44, 614 A), sed supplenda intellegeretur. Quod voce οὕτως illud δι' ἑνός resumi potuit (AL. SCHÄFER, D. Bücher d. N. T. III 1891, 177-8), eo res non mutatur. Incommodum non tollitur nisi loco οὕτως scribitur διὰ τοῦτον; non negamus fingi posse primitus hoc scriptum fuisse, et fortasse, ut esset aliquid quod ὥσπερ adverbio responderet, vocem οὕτως postea pro eo subiectam esse, quae nunc aliena esset ab hoc loco, διὰ τοῦτον autem postea ex aliis codicibus receptum, in διὰ τοῦτο mutatum, in sententiae principio positum esse; sed non est locus coniecturae faciendae neque hoc modo difficultas tollitur quam sub II commemoramus.

II. Ad hoc significandum ἐν praepositio adhibenda erat; ἐφ' ᾧ enim significaret quem secuti, vel cuius honoris causa, vel cuius gratia omnes peccavere, minime autem in quo peccarunt.

III. Ea interpretatio ex errore exorta est ex voce ἐφ' ᾧ temere in latinum conversa; cum enim latinum in quo ad mortem referri non posset, ad Adamum relatum est.

254. Neque incisum hoc significare potest propterea quod (in Adamo) omnes peccaverunt; quae est interpretatio T. Butkevič, Zlo 1897, p. 68, et aliorum. Nam I. illud in Adamo » omitti non potuit; eo enim non addito non significasset quod significare scriptor voluisset: quae ratio intercederet inter ἥμαρτον et ἁμαρτία; eius enim significandae causa hoc addidisset incisum; itaque intellegi non potuisset, nisi Deus providisset, ut locutus perperam in latinum verteretur, unde theologis succurrit supplendum esse « in Adamo ». Cf. W. J. Mangold, D. Römerbrief 1884, 325-38; Sanday etc. Neque enim contentione vocis qua ut πάντες enuntietur G. Hermes, Christkath. Dogmatik III 1834 § 222 p. 99, postulat, res significata est. — II. A voce « in Adamo » inserenda revocamur etiam loco simili 3,23 omnes propria peccata commiserunt; nam eo non solum redarguuntur qui aoristi vi nituntur, velut A. Burgov, Pr.-dog. uč. o p. g., 79 minus sibi constans quam auctoribus quos secutus est fretus, sed etiam ostenditur illam interpretationem a mente Pauli esse alienam. Cuius loci verbis « egent gloria Dei » plurimi certe moti essent, ut sententia ad peccatum originale docendum abuterentur, nisi contextus omnem dubitationem eximeret. Cf. C. Clemen, Religionsgeschichtl. Erklärung d. N. T. Giess. 1909, 141. — III. Nullum apud Paulum exemplum occurrit quo eum voce ἐφ' ᾧ ad significandum ἐπὶ τούτῳ ὅτι, διότι usum esse probetur. Opinio contraria, quae etiam apud orthodoxos radices egit (cf. Filaret, Dogm. bog. t. I, 356-9; V. Myšcyn, Učenie ap. Pavla o zakonē vēry i zak. dēl. M. 1894, 138), potius quorundam virorum doctorum auctoritate nititur quam locorum disquisitione.

255. Neque incisi sententia esse potest quia omnes sontes evaserunt vel quia propter vinculum quo cum Adamo coniunguntur eius peccatum participant (cf. F. R. Tennant, The sources of the doctrines of the fall and orig. sin 1903, 266). Non aliter nisi ex scriptione interpretanda est vox peccaverunt. Cf. Wil. Schmidt, Christl. Dogmatik. Bonn 1898, 291-5.

γ) Si hoc modo Pauli verba explicantur, sumitur eum docere voluisse nos peccatum originale habere. Cf. C. Toussaint in h. l. ad καὶ οὕτως. Atqui huius rei nullus fuit locus. Cf. K. F. Proost in Theologisch Tijdschrift. L. 1916 L p. 377.

7) Notio, quae, ut accurate declaretur, disiunctione explicanda est : illud quo vel formaliter (culpam dico) vel causaliter (concupiscentiam

dico peccatorum quae a singulis committuntur parentem) constituimur peccatores. Ab hac interpretatione facit quod vox peccati in capite 7. et 5. idem valeret et tamen iustitiae qua per Christum donamur opponi posset. At vox cum articulo definito coniuncta significare non potest rem indefinitam, volubilem.

257. 8) Restat igitur, ut significetur concupiscentia quatenus est radix peccatorum propriorum : ἐφ' ᾧ πάντες ἥμαρτον; cf. PACIAN., Sermo de bapt. M. 13, 1091; грѣховный принципъ, проявляющійся въ извѣстныхъ грѣховныхъ актахъ и получающій въ нихъ спеціальный отпечатокъ. N. N. GLUBOKOVSKÏJ, Blagov. sv. ap. Pavla I 23. Itaque loci sententia est Peccatum intravit in mundum atque omnes peccaverunt et omnes mortui sunt. Quomodo hoc apparuit? Peccatum iam ante legem erat, tantum quod in culpam non convertebatur; mors autem regnabat tum aeque ac postea. — Quae interpretatio paucis explicanda est.

α) ἐφ' ᾧ reddimus verbis : quemadmodum ex altera parte. Auctoritas huius conversionis est I. in ipso contextu loci; omni enim alia conversione corrumpitur, sive aliena, sive etiam pugnantia inseruntur; II. in aliis usus paulini exemplis. Nam etiam 2 Cor 5, 4 contextus hanc significationem poscit (non eam, quam RICH. ROTHE, Neuer Versuch e. Auslegung d. paulin. Stelle Römer V 12-21, 1836 p. 25 aliique supponebant ea condicione, ea ratione) quemadmodum ex altera parte (vel ut DIDYMUS M. 39, 1704 C rem dicit : ὅμως; cf. Syr. et nolumus; J. CHR. K. v. HOFMANN in h. l. und dabei); Phil 3, 12; 4, 10 quibus locis voci ἐφ' ᾧ adiunctum est καί, idem valet ac sicut. Cuius usus etiam auctores habemus voce *sicut* redditum est ἐφ' ᾧ ab iis qui ante vulgatam scripturam in latinum converterunt; item in vulgata Philip 4, 10; similiter in syriaca : aïkânô d'ôf. G. ESTIUS ad Phil 3, 12 rem vidit : « Haec pars } in quo et comprehensus sum a Christo Iesu } dupliciter exponitur. A Graecis quidem hoc modo *Sicut* aliquando procul aberrans et fugiens a Christo comprehensus sum ab eo per gratiam eius praevenientem, *ita* nunc *vicissim* hanc praesto diligentiam, ut totis viribus eum insequar et nitar apprehendere virtutum perfectione. Latini vero... Utrumque sensum affert OECUMENIUS } non tamen explicat voce sicut, sed ἐπειδή }. Priore modo particula in quo, graece ἐφ' ᾧ causam aut *similitudinem* denotat... Eadem est autem particula Rom 5. Conferatur hic locus cum eo qui est 1 Cor 13 tunc autem cognoscam, sicut et cognitus sum. Sed cum hoc loco durius sit comprehensum interpretari electum seu praedestinatum, videtur prior expositio praeferenda. » Cf. etiam A. SALMERON, In Phil. 3, 12 (Opp. 14 Madr. 1602 p. 876) « At quo pa to comprehendetur ? Illo eodem modo quo ego comprehensus fui ab ipso » — Qua ratione ἐφ' ᾧ hanc vim nactum sit, interpositane significatione : ea ratione qua, an secundum quod, an : « wobei »

(Hofm.), inquirere opus nobis non est: contextu dubitandi de re locus non relinquitur. Invaluerit forsitan ideo, quod utile videbatur praeter καθώς particulam novam induci ad rationem distinctam quemadmodum ex altera parte, significandam, quae Graecia florente propria particula non efferebatur.

258. β) v. 13.14 nullius rei in v. 12 enuntiatae rationem ostendi intellegi necesse est. A γάρ particula enim argumentum peti non potest ad efficiendum scriptorem aliquid probare velle (cf. M. J. LAGRANGE in. h. l.), sed e contextu quid particula significet est cognoscendum. Neque haec scripta sunt ad diluenda quae obici possent (: nec enim dici posse mortem deberi singulorum peccatis; iis enim deberi non posse nisi lex ab initio data esset, cum sine lege peccatum in culpam converti non posset cf. G. RICHTER, Kr.-pol. Untersuch. 1908, 111; THEOD. MOPSU. in h. l. M. 66, 796). Nam si ita res esset, traicienda essent verba quae scripta legimus. Verba enim « ante legem peccatum non imputabatur » essent loco verborum « usque ad legem peccatum ». Dices posse tamen incisum « ante legem erat peccatum » pro concessione audiri: verum esse peccatum ante legem fuisse. At deest omne vestigium μέν particulae nec talis concessio contextui convenit, quippe cum id quod hic concederetur, v. 12 affirmatum sit. Sententia vera simplex est: Ante Moysen (1) mundus plenus peccatorum erat ita, ut hominibus crimini non darentur; post Moysem idem ita fuisse, ut crimini darentur, notius erat quam ut commemorandum esset; mors autem, quae est altera pars materiae de qua v. 12 exponebatur, nihilo minus etiam ante Moysen vigebat. Utrum haec res inde explicetur quod mors sit poena peccati ab Adamo commissi an solum declaretur hanc rationem inter peccatum et mortem intercedere etiamsi illud crimini nobis non vertatur, hic non discimus.

γ) Verum est mortem frequenter significare I. synecdochice omne mali genus quo homines premuntur, velut mortalitatem, concupiscentiam, mentis caliginem etc., quae res, ne tota earum series enumeranda sit, quotienscumque commemorantur, aliter una voce significari vix possunt claro planoque modo nisi voce mortis. Cf. APREM, Evang. concord. exp. Ven. 1876, 48; [CYR. ALX.], Adv. anthropom. c. 8 M. 76, 1092. — II. mortem aeternam (cf. 1 Cor 15, 22), quae cum physica cohaeret extra Christum eiusque membra, in quibus ei alia vis est. Cf. RIC. FITZRALPH, Summa 1512 l. 8 c. 12 f. 57ª. Sed hic mortem restricte intellegendam esse e contextu apparet.

ε) ἁμαρτία propensionem Deo dissentaneam, voluntati mundi, luxuriae consentaneam significat eamque ut Deo dissentaneam; quae tamen

(1) Contra C. BRUSTON (R. de th. et de phil. 1894, 37-8) qui legem intellexit non mosaicam sed antecedentem cf. N. GLUBOKOVSKIJ, Blagov. sv. Ap. Pavla I 310.

ratio non semper consulto significatur, si ἁμαρτία cum articulo ponitur. Verum ubi articulus deest, ratio discrepantiae cum voluntate divina semper declaratur, vel ut ita dicam omnia exprimuntur quae definitione ἁμαρτίας comprehenduntur. Cf. Rom 7, 13.

ζ) Illud « non imputatur » non est intellegendum absolute sed pro comparabili; i. e. non tantum imputatur, quantum lege imposita. Id apparet e Rom 3, 19. 23. Solum quatenus ethnici etiam ἄνομοι appellantur (2, 12; etsi scripserat 1, 32 et addidit 2, 14-5) et quatenus ante Moysen homines sine lege fuisse ferebantur, in id tempus locus de iure civili depromptus conferri potuit : ubi lex non sit qua certae quaedam res in se vituperandae vetentur, eas pro delictis habere vel punire non licere. Cf. Th. Zahn p. 270. Paulum proprie dicere voluisse ante Moysen peccata morte puniri non potuisse aut inde argumentum ducere defendi non potest, cum ipse dixerit 2, 12 ἀνόμως ἥμαρτον, ἀνόμως καὶ ἀπολοῦνται. Argumentum multo simplicius ei praesto fuit, si probare voluisset homines non propter propria peccata sed propter Adami peccatum mori mors infantium.

259. Nostra interpretatione efficitur hoc loco nihil diserte de *culpa* originali exponi. Neque potuit in afferenda similitudine explicate docere rem quae notionibus continetur eo tempore parum erutis. Culpa hominum quae in privatione compensationis a genere humano vinculo solidaritatis cum Adamo coniuncto faciendae consistit, verbo ἥμαρτον vel similibus vocibus praesenti nota signatis declarari non potuit, prorsus aliter explananda fuisset.

Verum implicite et arguitive, ut scholastici loquuntur, caput de peccato originali loco nostro traditum est. Nam ante ipsa haec verba (v. 10. 11) reconciliatio facta per Christum commemoratur et infra (v. 19) dicitur eius, unius hominis, reconciliationem simili modo vim exercuisse atque oboedientiam ab Adamo, uno homine, reiectam. Iam vero reconciliatio a Christo pro nobis aliter fieri non potuit nisi ita, ut constaret vinculo solidaritatis quod naturâ nostrâ divinitate imbuta effectum est, quatenus renati filii Dei evasimus. Quodsi adoptione in unum coniuncti sumus ita, ut Christi reconciliatio nostra esset, naturâ tale vinculum nos inter et Adamum intercedit, quo nobis peccati compensandi officium imponatur; cui defuisse culpa nostra fuit, quam Christus compensatione sua nobis tributa seu in nostram conversa delevit.

Praeterea vinculum nos cum Adamo coniungens, quo factum est, ut peccati eius poenas subiremus, quas Paulus hic commemorat, etiam ad culpae societatem pertinere intellegitur; praesertim si effectum propriae turpitudinis i. e. peccata a nobis commissa consideramus; haec enim ratio similitudinis, qua nostra iustitia cum propria iniustitia nostra confertur, urgeri certe potest (5, 19); ergo sicut in statu iustitiae sumus propterea quod ad corpus Christi pertinemus, quam

societatem proprio motu seu industria consequi et conservare possumus, ita in statu propriae iniustitiae versamur propterea quod ad genus humanum lapsum pertinemus, i. e. propter concupiscentiae vim vel propter eam, quae a MAXIMO CONF. appellatur ἡ καθ' ἡδονὴν προτέρα τοῦ 'Αδὰμ γένεσις (M. 90, 636), quae in baptismo deponitur, qua sua quisque peccata committit propria ac libera actione. Τοῦτο γὰρ λέγει τὸ ἁμαρτωλοί : THEOD. MOPS., In Rom 5, 18 M. 66, 800.

260. f) Idem traditum est ab ecclesiae patribus. Quorum testimoniis plane probatur nos rationis reddendae communitate culpam Adami participare — impunes mansuros, nisi cum eo sontes essemus — ideoque eius actionis effectum participare, seu ut breviloquenti rem significare licet (cf. supra n. 234) nos eius peccatum commisisse, nos hac ratione ab eius persona non differre, nos in eo peccasse, Adami peccatum nobis tribui.

1) Solidaritatis ratio a Io. CHRYS. explanatur In Rom. hom. 10 n. 2 M. 60, 477 Multo plura solvit Christus quam debuimus. Sed debuimus propter solidaritatem sicut uxor et filii et famuli cum debitore debere dicendi sunt Haec est loci sententia. Cf. THO. AQ., De malo q. 4 a. 1 ; AUG. De lib. arb. 3, 10. 31 ; De div. quaest. ad Simpl. 1, 19 ; De catech. rud. 1, 26. 52 ; C. Fortun. Man. 2, 25 etc.

261. 2) Culpam Adami participamus praevaricationi Adami obnoxii sumus : si Verbum caro factum non esset, ...καὶ ἐσμὲν ἔτι ταῖς τοῦ πρώτου παραβάσεσιν ἔνοχοι, τουτέστιν 'Αδάμ... CYR. Alx., Quod unus sit Christus M. 75, 1268. Ne ii quidem qui propria peccata non commiserant (δίκαιοι) liberi erant a crimine : οὐδεὶς γὰρ ἀνθρώπων ὑφῄρητο τοῦ ἐγκλήματος, διότι ὑπέκειτο αὐτῷ ἡ ῥίζα τῆς ἡμῶν φύσεως, λέγω δὴ ὁ πρῶτος ἄνθρωπος » MARCUS mon., Sermo dogm. ap. MAI, Nova Patrum Bibl. X 1905 227.

Christi immolatio facta est, ut omnes redderet ἐλευθέρους τῆς ἀρχαίας παραβάσεως ATHAN., De incarn. 20 M. 25, 132 A.

Adami culpa premimur similiter ac propriis in versibus, quibus Sixtus III. epistylia columnarum baptisterii basilicae constantinianae exornavit haec dicuntur : Insons esse volens isto mundare lavacro, seu patrio premeris crimine seu proprio. L. DUCHESNE, Le Liber pontificalis I 236 ; cf. N. ALEXANDRE ap. ZACCARIA, Thes. theologicus IV 1762, 622.

Reatu praevaricationis Adami humanum genus erat adstrictum : VINC. LER., Common. c. 24 n. 34 ed. J. Jülicher p. 38, M. 50, 670 Quis ante.. Caelestium reatu praevaricationis Adae omne humanum genus denegavit adstrictum ?

« Restitutio » a nobis facienda erat ob peccatum quod demum per Christum « revocatum » est, cuius oboedientia praevaricationis poenas eiecit : EUSEB., De resurr. l. 2 M. 24, 1093.

262. Quapropter nos ipsi, non solum Adam, ἀναιρέσεως peccati ab

Adamo contracti indigebamus. Io. CHRYSOST. In Rom. h. 10 n. 2 M. 60, 476 non dicit indigebamus (ἐχρήζομεν) poenae exstinctione sed peccati (ἁμαρτία ἑνός) : perspectam enim habebat poenam inter et peccatum cohaerentiam — non in poenam solum, sed in culpam quoque incurrimus.

Ea de causa absolvimur vere a paterno peccato ⟨EUAGRIUS ANT.⟩, Quaest. in V. et N. Test. 47 n. 5 Iusti ... a paterno absoluti peccato (CSEL 50, 94; cf. n. 4 p. 93 indigebant purificatione tam proprii quam paterni delicti). Cf. N. ALEXANDRE, H. E. saec. IV c. 6 a 14. — Idem, In Eph 4, 8 M. 17, 386 exspoliavit inferos, cum captivos quos ex praevaricatione Adae aut propriis captivos peccatis in condicione tenebat, abstulit consentientes sibi. Cf. In Col. 1, 11-13. M. 17, 422 (1, 14 remissio enim peccatorum liberos facit, ut liberati debitis, teneri obnoxii non possint; nam sine fide Christi nullus egressus de inferno est, quia obligatus peccatis exire ianuas tartari non potest); In Rom 5, 12 M. 17, 92 (quod chirographum Christi morte deletum est); 5, 15 M. 17, 97 (dans indulgentiam; hunc locum ⊢Rom 5⊣ interpretans maxima difficultate laborabat quae inde oriebatur quod Christum ut novum Adamum cum toto genere humano, non solum cum ecclesia tam quam caput cum corpore coniungebat ad v. 18 M. 17, 98 si qui autem condemnationem hanc generalem esse putant, simili modo et iustificationem generalem accipiunt. Sed non est verum quia non omnes credunt).

263. Christus idcirco venit, ut nomen dissolveret (ita loquuntur patres ratione habita Col 2, 13-5) : APREM : Adam debitor evasit, Christus quod debebat persolvit Hymni dispersi XXI 2 (Lamy IV 759). PACIANUS : « Peccati vinculis » quibus ante baptismum ligati eramus, liberamur per baptismum, quatenus Christus delet (vel delevit) nostrum chirographum inoboeditionis et ita nos liberat a potestate, principibus tenebrarum Sermo de bapt. n. 7. M. 13, 1094. Cf. De similitud. carnis peccati R. Bén. 1912 XXIX p. 10 chirographi debita soluturus etc. — Io. CHRYS., Hom. ad Neophytos ap. AUG., C. Iul. I n. 26 M. 44, 658; ZkTh 1904, 185 Venit semel Christus et paternis nos accusationibus invenit astrictos (χειρόγραφον πατρῷον), quas conscripsit Adam. Ille initium obligationis ostendit (εἰσήγαγε), peccatis nostris fenus accrevit. Et addit AUG. Audis, quid parvulis in baptismo relaxetur, qui nondum propria debita contraxerunt nec tamen a paterno chirographo immunes esse potuerunt. Certe peccati eventus debitum vocari non potest. — ZOSIMUS ap. AUG. Ep. 190 CSEL 57, 159 Nec redemptus dici potest nisi qui vere per peccatum fuerit ante captivus... Ipsius morte.. illud propagatione contractum chirographum rumpitur, in quo nullus omnino natorum, antequam baptismate liberetur, non tenetur obnoxius. — NESTORIUS, Serm. 7 n. 18 ap. Mar. Mercat. M. 48, 796 Iratus es mihi causa praevaricationis

Adae, pro quo.. ut propitieris exoro... Si me ille ex illius accusat inoboedientia, ex huius eum oboedientia reum ego constituam. — Proclus, Or I. (Laud. in Mar.) n. 5. M. 65, 685 Humanum genus gravi ex peccatis debito obstrictum erat, neque habebat, unde solveret. Per Adamum enim omnes subscripsimus chirographo peccati, servos nos diabolus tenebat. Cf. Hom. ap. Mar. Mercat. n. 11 (debito) M. 48, 779; n. 15 (reum) M. 780. — Theodoret., Pentalog. de incarnat. M. 84, 85 Cum peccans Adam morti genus suum subiecisset et naturam universam obnoxiam debito fecisset (ὑπεύθυνον τῷ χρέει πεποίηκε), Christus exsistens simul Deus et homo reparavit (ἀνακαλεῖται) Adami lapsum (παράπτωμα) per propriam incarnationem et pro unaquaque re *nostra* (τῶν ἡμετέρων) unaquaeque res eius, qui nobis sublimior est, repensa est. — Primasius, In Rom 5 M. 68, 439 Inimici eramus ante donum gratiae ipsius et ante baptismi sacramentum.. Reconciliati sumus quia alienati et inimici facti fueramus per transgressionem. Nemo enim reconciliatur nisi ex inimicitiis. Inimicos autem nos primi parentis transgressio fecit. Narses, Hom. XXII (B) ed. Connolly 1909 (Texts a. Stud. VIII 1) p. 40 Two things he depicts by his kneeling down at the hour of the Mysteries : one, his fall, and one, that he is making *payment as a debtor*. That fall which was in Paradise he now recalls; and he pleads a judgment with Satan who led astray his father (sc. Adam). He is in dread of him — therefore his face is looking upon the ground till he hears the voice of forgiveness, and then he takes heart. He waits for the priest to bring in his words before the Judge; and he (the priest) restores to him the chart of liberty with the oil and the water. — Abraham Ephes., In annunt. Deip. n. 3. (Byz. Ztschr. 1913 XXII 51) Σήμερον ὁ τοῦ προπάτορος τὸν μονογενῆ υἱὸν πρὸς σφαγὴν αἰτήσας ἧκεν ἀποδώσων τὸ χρέος. — Io. Dam., Haer. 82 M. 94, 740: Verbum hominem qui peccato Adami obnoxius erat, sibi univisse. — De duab. Chr. voluntat. n. 44 M. 95, 185 Poenas assumpsit, quae a prima transgressione inflictae erant, ut nostro pro nobis exsoluto debito, nos a damnatione absolveret. Cf. Theod. Abuc. ap. G. Graf in FchrLDG X 1910, 174.

264. 3) Nisi Adami culpam participaremus, cum eo puniri non possemus : Eo ipso, quod propter Adamum punimur, intellegitur nos peccasse Io. Chrys., In Rom. hom. 10 n. 1 M. 60, 474 : is enim illud « in quo omnes peccaverunt » simpliciter hoc modo explicat ἐκείνου πεσόντος καὶ οἱ μὴ φαγόντες ἀπὸ τοῦ ξύλου γεγόνασιν ἐξ ἐκείνου πάντες θνητοί; cf. n. 2 fin. (60, 477) et n. 3 init. (477).

265. Poena quam subimus, nobis nisi sontibus imponi non potuit : Basilius M., In Ps 14 n. 1 M. 29, 252 Peregrinamur in hac ista vita perinde ac peregrinantur illi, qui ob aliqua delicta a iudicibus ex patria pulsi sunt in exsilium. — Id apparet praesertim si poena peccati ab Adamo commissi non solum physica sed aeterna mors habetur :

CYR. ALX.], Adv. anthropom. c. 8 M. 76, 1092 δικαιοῦσα χάριτι. Cf. CYRILLUS HIEROS., Catech. 13 n. 2 M. 33, 773, A; etsi enim solum de vita et morte loquitur (semel tantum aeternam vitam appellat), patet eum saltem non de sola morte physica verba facere (cf. M. 33, 774 D; A. LAHOUSSE, Tract. de Deo cr. et elev. Br. 1904, 382); iam vero non id significat concupiscentia interveniente mortem aeternam nos manere; Adamum enim cum Christo comparat, quem Cat. 13 n. 33 M. 33, 813 iustitiae suae momento debitum Adami compensasse dicit. Cf. etiam ⟨EUAGR. ANT.⟩, Quaest. c. 47 n. 4 CSEL 50, 93 ex sententia data in Adam mors secunda homines apud inferos detinebat; GREG. NAZ., Or. 22, 13 M. 35, 1145 κατακριθέντα ἐκ τῆς τοῦ πρωτοπλάστου παρακοῆς; Carm. I 1 s. 1 c. 10 v. 18 M. 37, 466 κατάκριτον (1). Unde inter omnem effectum peccati ab Adamo commissi et effectum iustitiae Christi comparatio institui potuit GREG. NAZ., Or. 38 (in Theoph.) n. 4 M. 36, 316 Si gustus condemnavit, quanto magis Christi passio iustificavit iustificavit, non solum mortem physicam superavit. Hoc fieri non potuit nisi in nobis omnibus culpa esset, a qua purgandi essemus; nec vero haec culpa remote tantum peccato Adami continetur acsi dicendum sit condemnavit eo, quod effectu peccati (concupiscentia) ad peccandum adigimur; nam illud condemnavit et iustificavit proxime inter se comparantur. — IO. CHRYS., In Rom 5, 14 (qui est figura futuri) et 5, 16-9 Paulum existimat argumentari ad hominem contra Iudaeos (Hom. 10 n. 3 M. 60, 477) : Iudaeis persuasum erat uno peccante condemnatum esse totum orbem; quos Paulus docet illam per unum hominem iustitiam ridendam non esse (καταγελῶντα). Qua de causa, si quis Iudaeus dicat Quomodo uno Christo recte operante orbis salutem est adeptus?, responderi posse : quomodo uno non oboediente orbis condemnatus est : Hom. 10 n. 1 M. 60, 475. Christum autem propter societatem nobiscum initam suam iustitiam nostram fecisse constat; ergo a pari concludendum est Adamum propter suam solidaritatem peccatum suum nostrum fecisse. — [CYR. ALX.], Adv. anthrop. c. 23 M. 76, 1120 C Quemadmodum in Adam condemnati sumus ob inoboedientiam mandati et transgressionem, ita in Christo iustificati sumus propter omnimodam ipsius a peccato immunitatem sive puritatem et perfectam inculpatamque oboedientiam (2). — CYR. ALX., In Rom 5, 18 M. 74, 788 : Damnati si quidem fuimus, ut antea dixi

(1) Adami peccatum duplicem mortem tulisse docet MAKARÏJ, Pr.-dogm. bog. II 1 § 90 I 1°.

(2) Quodsi scriptor c. 8 verum peccatum videtur negare, nihil aliud negat nisi: neque enim omnino veluti cum ipso mandatum quod acceperat infringentes punimur : actio communis non fuit; idquod supra n. 234 contra adversarios qui patrum breviloquentia perperam abusi sunt, animadvertimus.

in Adamo; et a prima radice manavit in omnem ex ea natum surculum maledictionis filia mors; postea tamen iustificati sumus atque in vitam renati iustificato pro nobis Christo. Quodsi inferius rem videtur oblitterare, iam e 75, 1268 cognovimus quid vere senserit. Explicanda tamen est repugnantiae fallax species. Respondendum erat dicentibus Deum prolem pro patre punire non posse. Respondet : non est poena qualis a iudicibus imponitur seu forensis; est sortiri carnis vicem : esse mortalem et peccare rationem adeptum. Per Christum deinde modo supernaturali ad statum effectibus primi peccati liberum pervenimus. Haec eadem certe nobis quoque dicenda sunt. Cf. etiam THEOD. MOPS, In Gal 2, 15. 16, ubi F. R. TENNANT, The sources p. 327 aliique infeliciter praetermissa voce « iterum » immortales (ed. Swete I p. 26) nec scriptoris cogitationem assecuti rudem opinionem impugnantis Deum rei arbitrio suo decretae postea paenituisse fingentium, omnem peccati originalis rationem impugnari falso suspicati sunt. Aliud tamen dicendum est de M. 66, 1005 (« non ait Deus mortales eritis »; cf. M. 103, 516), qui locus cum aliis, velut « propter peccatum facti sumus mortales » In Col 1, 16 ed. Swete I 268, « subintroducta est mors peccantibus nobis » In Eph 1, 10 ed. Sw. I 129, παραβὰς θνητὸς ἐγένετο M. 66, 825; « a nobis debebatur » In Gal 4, 4.5 aperte pugnat. — OECUMENIUS, In Rom 5, 13. 14. M. 118, 422 Quemadmodum ille iis qui a se descenderent, etiamsi de ligno non edissent {i. e. actuale peccatum non commisissent}, fuit causa mortis {aeternae}, quae per esum inducta erat, ita quoque Christus se sequentibus, etiamsi iusta non egissent opera {unde apparet recte nos explicasse vocem edissent = peccassent actione sua}, iustitiam {quam morti opponens mortem aeternam intellexerit necesse est} conciliavit. Pergit autem exponere dicens opponi inter se peccatum et carentem peccato (ἀναμάρτητον), inimicitias adversus Deum et reconciliationem erga Deum, condemnationem et iustificationem. — Cf. ATHANAS., C. Arianos I 51 M. 26, 117-20; THEODOR. ABUCARA, Op 6 M. 97, 1524, etc.

266 4) Contrahi res potest verbis nos peccatum Adami commisimus. Ultro concedimus non omnem locum quo dici videtur nos malum comedisse vel similia, aptum esse ad rem nostram confirmandam. Frustra argumentum ducitur e locis qui ad exemplum tantum peccati ponendum referri possunt; quapropter in loco METHODII ap. EPIPHAN. Haer. 64 n. 55-6 M. 41, 1164 aut similibus non commorabimur. Tamen animadvertendum est eos minime locis aequiparandos esse quorum exemplum E. AMORT, De pecc. or. et gr. 1752, 93 affert e Io. CHRYS., In 1 Cor 4 hom. 12 quando scortamur etc.

Ita loquuntur : TATIANUS, Or. adv. Graecos n. 11 M. 6, 829 Perdidit nos libera voluntas, per peccatum venditi sumus, improbitatem produximus. Tatianum pro mortis nostrae causa non habere concupiscentiam aut peccata propria, sed brevitatis causa culpam nostram

peccatum Adami esse dici manifestum videtur, cum nec dici possit concupiscentiam nos perdidisse libera voluntate nec infantes mori propter sua peccata. — IRENAEUS, Haer. V 16, 3 (Holl p. 78) προσεκόψαμεν μὴ ποιήσαντες τὴν ἐντολήν; cf. V 17, 1 (Harvey II 369). — CLEMENS ALX., Strom. III c. 14, 3 ed. Stählin p. 239 (cf. LE NOURRY, M., PG 9, 1147) φιληδονούντων ἡμῶν. Idem communitatis vinculum significat Cohort. ad gent. c. 11 M. 8, 229. — APREM, Hymni de eccl. et virginit. ed. Lamy IV 629 v. 4 personam Adami capit dicens mandatum tuum transgressus sum et rebellis effectus corrui. — BASIL., Hom, 9 (Quod D. n. e. auct. mal.) n. 7 M. 31, 345 Adam avertendo se a Deo mortem attulit,... itaque non Deus mortem fecit, sed ἡμεῖς ἐκ πονηρᾶς γνώμης ἐπεσπάσμεθα. Cf. Hom. 1 (De ieiun. 1) n. 4 M. 31, 168, B (οὐκ ἐνηστεύσαμεν) (1); ap. AUG., C. Iul. l. II c. 10 n. 33. — [[BASIL.]], De bapt. I 2, 7 M. 31, 1537 ἡμεῖς παθόντες διὰ τὴν παρακοὴν τῆς ἐντολῆς (de Adami peccato). — [[BASIL., Liturgia]] ap. RENAUDOT, Coll. lit. I 13-4 Cum mandata Tua circa lignum vitae violassemus per deceptionem serpentis, a vita aeterna excidissemus et a paradiso voluptatis eiecti fuissemus, non in finem usque deseruisti nos etc. Quodsi ap. IAC. GOAR, Euchologion 1647 p. 167 haec ad Adamum solum referuntur, sententia tamen eadem est, nam eodem tenore Adami vice nos fungimur. — [[BASILIUS]], Or. de parad. n. 4 M. 30, 65 ἁμαρτίας τῆς ἐμῆς. — CYRILLUS HIER., Catech. II n. 5 M. 33, 389 De peccato Adami loquens : Quid igitur ? dixerit aliquis; decepti periimus : nullane deinceps salus ? Cecidimus, num non licet resurgere ? Salus, quaec hic commemoratur, definitur verbis : expedire nos a peccato (dicitur ἡ ἁμαρτία, tamen non concupiscentia, sed culpa hic significatur); item : nostra peccata non deponemus? Cf. J. GRANCOLAS, La tradition de l'Egl. sur le péché or. 1698, 67. — GREG. NAZ., Or. 19 n. 13 M. 35, 1060 B : τῆς πρώτης ἡμῶν ἁμαρτίας ; Or. 39 n. 7 M 36, 341 : mandato parere recusavimus. Cf. Or. 10 n. 2 M. 35, 829, A ; Or. 38 n. 12 M. 36, 324. — GREG. NYSS., De orat. Dom. or. 4. M. 1161 D : καταλιπόντες, ὅτε τοῦ δηλητηρίου τῆς παρακοῆς ἄρδην ἐνεφορήθημεν 1164 τοῦ θείου θελήματος ἐχωρίσθησαν. — DIDYMUS ALX., De Trin. l. 1 c. 27 M. 39, 401 B-C : τὴν τῆς ἀναγεννήσεως ἀντὶ ἧς ἀπεβάλομεν (codd. ἀπελάβομεν) χάριτος, παραχρουσάμενοι τὴν ἐπὶ τῷ ἑνὶ φυτῷ πρώτην θεσμοδοσίαν. Cf. De Trin. 2, 12 col. 684. — IO. CHRYS., In Io. hom. 26 n. 1 M. 59, 153 : non potuimus ab uno abstinere ligno; 36 n. 2 M. 59, 205 : dono abusi sumus; Ad Antioch. h. 11 n. 5 M. 49, 126 tu teipsum munere indignum reddidisti ἐκπεσὼν

(1) Aliis locis collatis dubitandum nobis esse non videtur quin hic locus aliter explicandus sit ac verba, quae v. c. Turcis huius temporis accommodari possunt : propterea quod tamdiu inertiae et socordiae indulsimus (i. e. maiores nostri indulserunt)

τοῦ παραδείσου. Cf. Hom. 3. ex 11, n. 1 M. 63, 473. — Aug., De c. D. l. 16 c. 27 CSEL 40 p. 2 p. 175 : praevaricatores legis illius quae in paradiso data est agnoscuntur. — Paulinus Nol., Ep. 38, 3 M 61, 359 superbiendo offendimus. — Sophronius, Or. in laud. Io. Bapt. n. 4 M. 87, 3328 A ὑπὲρ τῆς ἡμῶν παρακοῆς. — Germanus II Cp., Or. in Annunt. Deip. n. 8 M. 140, 684 D : ἠπειθήσαμεν. Cf. Symeon Thess., De 7 eccl. sacramentis ap. Schelstrate, Acta I p. 126 : ἀπεθάνομεν ἑκουσίως.

267. 5) Quapropter discrimen inter nos et Adamum neglegi potest, si peccatum consideratur Greg. Naz., Or. 39 n. 15 M. 36, 352 Christus totum veterem Adam in aquis sepelivit. — Nestorius, Serm. 7 n. 13 ap. Mar. Mercat. M. 48, 794 reconciliare Adam; etc.

6) Nos in Adamo peccasse dicitur: ab Irenaeo, Haer. 5, 34, 2 (Harvey II 420) homo in Adamo inoboediens. — Ab Ambrosio, De excessu fr. s. Sat. II 6 M. 16, 1317 lapsus sum in Adam, de paradiso eiectus in Adam; quomodo revocet, nisi me in Adam invenerit, ut in illo *culpae obnoxium*, morti debitum, ita in Christo iustificatum. — A Maximo Conf., Opusc. ad M. M. 91, 157, A. : nos peccavimus in Adam. Cf. Thom. Aq., De malo q. 4 a. 1.

7) Adami peccatum nobis tribuitur Theophylactus, In Rom 5, 13.14 M. 124, 404 Etiam qui non ederant de ligno nec peccaverant sicut Adam, propter illius tamen peccatum itidem existimabantur tamquam et ipsi peccassent ὡς καὶ αὐτοὶ ἁμαρτόντες ἐλογίζοντο.

Concludamus hoc argumentum e patrum testimoniis ductum profitendo nos nihil aliud necessarium ducere ad catholicam de peccato originali sententiam agnoscendam nisi quae locis, quos ex patrum scriptis libavimus, enuntiari concedendum est. Concedere quae patres his locis docuere est concedere quae statuere nobis in animo fuit.

Nunc ad contrarium refutandum aggrediamur.

268. **B.** Non solum nihil reperiri potest quo niti possit opinio culpam integram vel culpae partem in concupiscentia ponentium, verum etiam undique scopulis patet.

I. Nihil est, cur concupiscentiam saltem praeter culpam quam argumentis nostris docuimus, aliquid culpae rationis continere statuatur nedum eam solam esse culpam.

Nam *a*) Rom 5, 12 ad id efficiendum non pertinere (« per peccatum mors ») nostra interpretatione loci nobis videmur docuisse. Nihil aliud inde colligi potest nisi Paulum pro proxima mortalitatis, mortis nostrae (Maria excepta, quae mortalis fuit instar Christi; cf. ZkTh 1904, 28, p. 774-5) causa concupiscentiam habuisse, quatenus in paradiso immortalitas innixa esset in recta virium hominis ratione, quatenus igitur integritatis praeternaturalis iactura iacturam immortalitatis tulisset; non est cur negemus aliam interioremque rationem significari illis verbis a Paulo potuisse, quae a theologis in rerum

causas inquirentibus neglegenda non esset; cogita sis de ratione inter mortem physicam et mortem aeternam intercedente; cf. Rom 6, 23; 1 Cor 15, 21. 22; [CYR. ALX.], Adv. anthropom. c. 8 M. 76, 1092 etc.; sed non solum hoc efficiendum esset verum apparet eam rationem rationem culpae ad poenam esse non posse. Cf. HERMES TRISMEG. l. 1 c. 1 n. 18 : causa mortis est amor corporis.

269 *b*) Etiam minus aptum ad rem efficiendam est illud « peccatores » constituti sunt Rom 5, 19. Nam 1) illud peccatores ad concupiscentiam referri, quod ea sola commemorata sit, ius non est; nam concupiscentia solum propter coniunctionem cum peccato ἡ ἁμαρτία vocatur, ut supra diximus n. 257; ἁμαρτωλός igitur ad concupiscentiam referri necesse non est. 2) Certe vero ad concupiscentiam non refertur quatenus nobis in culpam non convertatur; opponuntur enim inter se iustum fieri et peccatorem fieri; atqui iustum fieri consistit non in solo effectu physico, quales sunt motus concupiscentiae ex peccato Adami orti, sed in iustitia nobis tribuenda; ergo etiamsi solum peccata concupiscentiae, propria peccata intelleguntur, tamen demonstratum non est concupiscentiam ipsam in se, sine libero consensu nos ut sontes, ut puniendos aeternae perniciei subicere.

270. *c*) C. JANSENIUS (Augustinus, De statu nat. lapsae l. 2 c. 24 Rothom. 1643 II 169) post Lutherum maxime Rom 7, 7 nititur (cf. Baii prop. 75), concupiscentiae motus vetitos (peccata) esse probaturus « Apostolus ait : non concupisces; ubi per concupiscere ipsos motus concupiscentiae intellegit prohiberi, ideo illud praeceptum solum in caelo esse implendum. » At Pauli interpretes multum abhorrent ab eius (aut AUGUSTINI Ep. 196 ad Asellicum n. 6 CSEL 57, 219 s.; De nupt. et conc. 1 c. 29 n. 32 CSEL 42, 244; ceterum de Augustino huius loci interprete cf. Io. MALDONATUS, De sacram. disputationes Br. 1676 I 92-3; A. SALMERON, Com. in Rom. dp. 7 1604 p. 510) explicatione. Patet enim Paulo ante oculos versari legem, quae Ex 20, 17; Deut 5, 21 enuntietur. Cf. C. JANSENIUS l. c. l. 2 c. 5 t. II p. 125. Ubi res non carni rationis experti praecipi sed hominis voluntati manifestissimum est. Praeterea Paulum non loqui de cupiditate non voluntaria ex ipso contextu colligitur. Cf. M. J. LAGRANGE, St. Paul Epître aux Rom. 1916, 168-9.

271. *d*) Ps 50 (51), 7 aliquantum momenti ad nonnullorum patrum de peccato originali cogitationis formam habuisse concedendum est; non tamen propter veram psalmi sententiam sed propter interpretum errorem. Quos theologi plurimi secuti sunt. « Ce célèbre verset a été trop pressé par les théologiens. Il n'y a là en réalité qu'un tour de phrase réaliste pour désigner le penchant inné de l'homme au péché. » Jos. TURMEL in Rev. d'hist... V 1900, 505; cf. PHILON, Vita Mosis II 157. Ob hunc versum GREG. M. voluptatem cum admixtione

coniugum coniunctam pro peccato habuit (Ep. 11, 64, 10 M. 77, 1196). Idem Demetrius Cydones concludit dicens : David, etsi castis natum parentibus tamen se ait conceptum esse in iniquitatibus (EO 1914, 103). Eam sententiam nostris temporibus nonnulli theologi orthodoxi sequuntur. In occidentis partibus, iam ab Irenaeo proposita, olim percrebuerat (cf. Innoc. III M. 217, 703 quis nesciat concubitum coniugalem numquam committi sine pruritu carnis, sine fetore libidinis...) ac praecipua fuit ratio, cur Bernardus matris Dei immaculatam conceptionem reiceret (Ep. 174, 7. M. 182, 335; cf. 183, 272). Cf. etiam Isid. Thess., In praes. Deip. n. 13 M. 139, 52 C. Verum psalmographo id crimini vertendum non est. Loci sententia non est actione inhonesta, vetita natus sum, aut : ex parentibus improbis; hoc longissime abest a contextu; sed : inde ab ortu mihi inhaeret pravitas et peccatum ut habitus (Chr. Fr. A. Dillmann, Handb. d. altt. Theol. 1895, 379). Commode dicit R. Kittel, D. Psalmen L. 1914 p. 207 : « Weder geht es an, sie so zu deuten als wären Zeugung und Ehe an sich sündhaft, eine dem A. T. vollkommen fernliegende Vorstellung; noch darf man sie als Anspielung auf eine sündhafte Verbindung der Eltern, also auf uneheliche Geburt deuten — was könnte für sie der Sohn? So Baethgen {Zenner-Wiesmann aliique}, freilich mit Bezug auf das Volk. Vielmehr ist das Wort augenscheinlich in den grösseren Zusammenhang einzustellen, der sich innerhalb des AT aus Stellen wie Gen 8, 21; Hi 14, 4; 15, 14; 25, 4 ergibt. Nach ihnen ist die ganze Menschheit von der frühesten Jugend an, ja nach Hiob von der Geburt und den Eltern her, der Sünde verfallen. Konnte Hiob sagen, dass vom Unreinen kein Reiner kommen könne, weil unreine Eltern nur unreine Kinder zeugen, so ist es nur die weitere Ausdeutung dieses Gedankens, wenn unser Dichter seine eigene Sünde schon auf das Kreissen seiner Mutter, ja auf seine Empfängnis im Mutterschosse zurückleitet ». Si quis (velut A. Burgov, Pr.-d. u. o p. g. 10-11) locum plus continere opinatur, rem probet necesse est, antequam inde argumentum ducat.

Sed ipso loco Iyob 14, 4 cuius mentionem fecimus effici videri potest procreationem esse aliquid impurum ac turpe, si legitur : quis potest facere mundum de immundo conceptum semine? Cf. Innoc. III. In 4. ps. paenit. M. 217, 1059 A. At haec translatio sola Hieronymi auctoritate nititur nec defendi potest, si concupiscentiam hic significari sumitur, plus dici quam in homine inde ab utero peccati seminarium esse, quomodo Io. de Pineda (Par. 1631 p 397) locum explicavit. Verum illud sumendum non est. Simpliciter enuntiatur quomodo ab impuro purus venire possit? Qua ratione haec repugnantia contineatur, non dicitur. Fortasse impurus non inhonestus intellegendus est, sed immundus seu squalore sordidus; quo posito

sententia loci esset : quomodo a corpore nostro e sordibus conflato, e muliere nato, quod ipsum impurum est, vitae puritas, innocentia postulari potest! Veri similius tamen videri fatemur, etsi non concupiscentiam, tamen alteram communis hominum improbitatis radicem significari, in ecclesia Christi praecisam, contagionem dico ingenii mundi, cui Christi regnum opponendum erat, ut ei subduceremur. Certissime autem concupiscentiam scriptor in mente non habuit; si habuisset, aliter rem significare debuisset.

Ceterum, etiamsi scriptura aperte doceret procreationem esse turpem, inde nisi implicata ratiocinatione colligi non posset concupiscentiam esse illam poenae dignitatem, qua fiat, ut etiam infantes redemptione egeant. Potius videretur concludendum esse communem hominum improbitatem aliquo modo cum concubitus impuritate cohaerere, quam cohaerentiam non in eo consistere necesse esset, ut turpitudo, qua concubitus peccatum formale fieret, eadem esset nostrorum peccatorum formalium ratio, sed in eo, ut illius actionis turpitudo materialis contineretur animi nostri perturbatione, qua etiam ad peccata formalia committenda adduceremur. Quo posito concupiscentia dignos poena nos faceret non ipsa per se seu formaliter, sed ut summum effectibus suis seu causaliter. Verum ponamus, quod argumentorum impatiens est et a veritate abhorret (cf. R. H. Drouven, De re sacr. l. 9 q. 2 c. 1, ed. 1789 p. 275-6) : tenendum esse concubitum esse coniunctum cum peccato formali et omnes homines peccatis inquinatos esse non quod omnes prudentes legem violarint sed quod motus concupiscentiae in iis emerserint peccata formalia habenda ; insuper ponamus eiusmodi peccata formalia, quae ab imprudentibus fiant, a Deo in culpam converti posse, non tamen necessario converti. Vel sic non propter concupiscentiam ipsam digni poena essemus, sed propter motus eius. Sin dicis concupiscentiam hominem a Deo non adiutum necessario ad peccandum perducere, respondendum est idem quod infra n 275 subicietur.

272. e) Si sumitur homines eiusdem generis vel eiusdem nationis iisdem poenis in hac vita affici ideo quod eiusdem naturae sint ac propterea eadem peccata habeant (cf. Mich. Psellus, Expos. orac. chald. M. 122, 1145 C) et inde colligitur homines omnes ideo eadem fere poena dignos esse, quod omnes aeque improbi sint ut eiusdem naturae participes, i. e. propter concupiscentiam, negamus iure id sumi; nec enim scripturae de Deo puniente sententiae ita explicandae sunt.

273. f) Apud patres quaedam occurrunt, quae adversariis apta videntur esse ad docendum eos peccatum originale in concupiscentia posuisse. Non raro enim dicunt Christum ideo natum esse e Spiritu S. (« non voluntate viri et feminae concretus et coagulatus » Hadr. Beverlandus, De peccato orig. 1679, 89), ut peccatum originale effu-

geret; velut DIDYM., C. Macrich. 8 M. 39, 1095; AUG., Enchir. 34. 41; Op. impf. II 42; FAUSTUS RHEG., De gr. D. l. 1 c. 2 M. 58, 788 etc. Hac sententia usi sunt BERNARDUS, Ep. 174, 7; SEB. KUMENITES, Dogmatike didaskalia 1703 p. 398, contra immaculatam B.M.V conceptionem; cf. MANUEL CALECA, De princ. fid. cath. M. 152, 616; ATANASIOS PARIOS, Epitome eite sulloge t. teion t. pisteos dogm. 1806, 277. At graeco theologo, GEORGIO SCHOL. magistro uti possumus ad docendum, quomodo haec sententia coniungi possit cum opinione qua non ob concupiscentiam poena digni habemur (EO XVII 1915, 528). Ceterum sententia illa, quae si premitur intellectum fugit (« talis libido non potest per se causare effectum alium nisi materialem, non vero spiritualem in anima aut moralem « H. KILBER, De peccatis [-Wirceburg.[2] IV 1853 n. 109]; « quinam est inter haec duo, concupiscentiam praevertentem et statum peccati subsequentem, nexus necessarius? » D. PALMIERI, De Deo cr. 1878, 601) nec defendi potest nisi solum id significet (quod Io 3, 6) Christum non potuisse esse hominem sola procreatione humana oriundum (gigni ex concupiscentia actuali = gigni ex maris et feminae congressione), hominem qui totus ex humana natura constaret, si a peccato originali liber esse debuit (cf. IREN., Haer. V 1, 3 Harvey II 316 et ad hoc J. WERNER, Der Paulinismus des Irenaeus 1889, 169) (1), vario modo explicari potest. Nam « peccatum originale » semper dignitatem poenae significare necesse non est, significare potest concupiscentiam, unum ex effectibus peccati ab Adamo commissi. Iam vero ea de causa decuisse (« decebat » PETR. DAM., Serm. 23 M. 144, 628 D; LEO M., Serm. 22 c. 2 M. 54, 195 B) Christum nasci sine libidinis opere nemo negabit (cf. Io. GERHARDUS, Loci theologici II l. 9 n. 103, 1864 p. 171). Potest autem sententia etiam ex opinione nata esse, de qua sub d) exposuimus; quod si sumitur, veri aut falsi aliquid continebit, prout haec recte aut perperam intellegitur.

Quodsi etiam praeter hanc de virginitate B. Mariae V quaestionem a patribus statuitur non generatione sed concupiscentia seu libidine

(1) Nihil interest hanc explicationem ab iis qui illam sententiam sequuntur non recipi (PETR. PICTAV., Sent l. 4 c. 7 M. 211, 1164-5). Animadvertendum praeterea est nos hic nullam rationem habere argumentationis quae hoc modo institui potest: Peccatum originale non communicatur nisi cum iis, quorum Adam caput est, ideoque quorum procreatio vicissim efficienda ex eo pendebat seu quorum procreandorum vim cum aliis communicavit. Atqui Adam non communicavit nisi vim procreandi congressione. Ergo peccatum originale non propagatur nisi naturali generatione. Ergo si quis ex virgine nascitur, etiamsi simplex homo esset, necessario immunis est a peccato (cf. ANSELMUS CANT. De conc. virginali c. 23 M. 158, 455-6; THOMAS AQ., S. Th. III 15, 1 ad 2). Neque enim hic nobis contendendum videtur esse, quid postuletur, ut aliquis ad societatem communi rationis reddendae vinculo cum Adamo coniunctam pertineat.

tradi peccatum originale, a nobis dissentiunt, si indicare volunt causam peccati originalis non esse generationem simpliciter, quippe cum haec etiam in paradiso futura fuerit (« Libido actualis, quae est in coitu, est signum concupiscentiae habitualis... Unde s. Aug., cum dicit quod transmittit peccatum, posuit signum pro signato » THOM. AQ., De malo q. 4 a. 6), vel si decere existimant eum qui generetur ex natura peccato corrupta et concupiscentiae obnoxia, pati eandem concupiscentiam (AUG., De lib. arb. 3 c. 20 ut meliores {Adam} gigneret quam ipse esset, non erat aequitatis. Cf. H. KILBER, De pecc. n. 112 p. 105; B. PLAZZA, Causa Immacul. Conceptionis. Col. 1751, 10.

274. g) Magnae possunt haberi auctoritatis etiam loci, quibus nonnulli patres peccatum originale in concupiscentia ponere videntur. Velut AUGUSTINUS iam 419 scripsit, De nupt. et conc. I 28 dimitti concupiscentiam carnis in baptismo non ut non sit, sed ut in peccatum non imputetur. Alios locos v. ap. J. N. ESPENBERGER, D. Elemente d. Erbsünde nach Augustin 1905, 52; cf. Ios. HUB. BUSCH, D. Wesen d. Erbsünde nach Bellarmin u. Suarez 1909. Sed 1) distinguendae sunt patrum opiniones a testimonio doctrinae ab apostolis traditae. Ad Augustini cogitationem praeter scripturae interpretationem (ut exemplum afferam, quomodo loci Rom 5, 12 explicatione opinio mutari possit, cf. D. PALMIERI, De Deo cr. 1878, 588.591) momentum habuit difficultas, quam in explananda peccati originalis propagatione sentiebat : neque enim aliter nisi ardore libidinis parentum id propagari posse ei videbatur (De nupt. et conc. I 27). Qui ardor, ut peccatum in infante gignere possit, peccatum sit necesse est, quam ob rem a baptizatis, quorum infantes cum peccato nascuntur, peccatum non abest, sed iis non convertitur in culpam. Si quis pater in nodum incidit quem expedire non poterat, unde in opiniones delapsus est quae defendi non possunt, testis veritatis habendus non est, etiamsi multi eius opiniones suas fecerunt; id cum de Augustino dici potest, tum de ORIGENE (velut In Rom l. 5 n. 9 M. 14, 1047), qui de peccato originali verum assequi non potuit, cum humani generis redemptionem in deludendo diabolo poneret, cui Deum hominem factum pro missione hominum oblatum esse credidit; quam opinionem aliquid debere valentinianis vel basilidianis coicere licet. — 2) AUGUSTINUS quidem Retract. l. 1 c. 15 n. 2, item De nupt. et conc. l. 1 c. 26 clare dicit se peccatum originale in concupiscentia non ponere nisi peccati ab Adamo commissi habita ratione; ergo differt eius opinio ab opinione adversariorum nostrorum.

Etiam loci qui iure maiore afferri possunt, non ad probandam 7. sed 8. de peccato originali opinionem (n. 233), velut THEOD. STUD., Catechesis 122 (ed. Auvray 1891) p. 426, a nobis facile explicantur, vel ideo quod a nostra opinione disiuncti non sunt neque baptismi

effectum concupiscentiae sanatione terminant ut in concupiscentia invicta peccati originalis naturam, non solum aliquod eius momentum consistere necesse sit.

Nostrum non potest esse hic omnes locos dispicere qui intellegi possint ita, ut stent ab iis, qui peccatum originale in concupiscentia ponunt; velut illud τῆς ἐκ παθῶν ἀκαθαρσίας, quae baptismo eluitur, ap. CYR. ALX., Glaph. in Levit. M. 69, 561, si ad concupiscentiam videtur esse referendum. Id unum animadvertendum est satis non esse locis hanc sententiam tribuere, quae placeat, sed ostendendum esse eam solam iis subiectam esse posse.

Inde iam explicatur, quomodo fieri potuerit, ut passim negaretur graecos patres peccati originalis notionem habuisse; hoc reperiri non potuit nisi ab iis qui id in concupiscentia ponerent. Non dico patres graecos plane conceptam habuisse notionem peccati originalis qualis deberi solet particulari rei investigationi; sed satis est efficere eos omnia quibus notio rei propria constat tradidisse. (Cf. Ios. TURMEL in Rev. d'hist. et de l. rel. VI 1901, 30-1).

275. h) Argumentum a ratione petitum afferri potest hoc : Dignitas poenae aeternae est eiusmodi status quem sua sponte consequitur poena aeterna; atqui talis est concupiscentia. Ergo in hac consistit. At respondemus 1) Si tenetur concupiscentiam hoc effectu in baptizatis privari ideo tantum, quod Christi auxilio salvemur, haec sententia non est 7. sed 8. de peccati originalis natura opinio, de qua cum orthodoxis disputandum non est, quam etiam a catholicis theologis defendi posse concedimus (cf. Io. SCHWETZ, Theol. dogm cath.[3] Vind. 1858 v. 2 § 38 p. 183; FERD. SCHLÜNKES, D. Wesen d. Erbsünde n. d. Concilium v. Trient. R. 1863 p. 61. 179. 294-7), etiamsi eam veram esse negamus. 2) Ut tamen saltem strictim opinionem nostram ab hoc argumento defendamus, dicimus illam dignitatem esse defectum rectae hominis ad Deum relationis, non statum quemlibet, quem poena aeterna consequatur. Nisi pravitas moralis intervenit, vox peccati eiusque veniae usurpari non potest (« in baptismo non potest deleri ut non sit, sed *debilitatur*, ut non obsit » GARNERIUS, Serm. 31 M. 205, 766).

276. i) Etiam illud nobis opponi potest : liberae voluntati nullam esse posse cum lege coniunctionem ; unde colligendum esse omnium hominum commune crimen non posse esse peccatum liberae voluntatis sed solum turpes motus non voluntarios. Quodsi per Christum omnes a peccatis liberamur (sunt enim patres qui illud « per peccatum mors » ad peccata cuiusvis propria referunt), id significare non potest nisi nobis omnibus talia peccata crimini dari potuisse, Christi autem gratia data non esse. Argumenti vis augeri potest sententia nonnullorum theologorum orthodoxorum, qui omnes actiones imperfectas pro veris peccatis habent, cum hominis officium esse putent perfectae

virtuti studere. At neminem orthodoxum dixerimus contendere velle omnes christianos, etiam summae virtutis viros adeo improbos fuisse, ut propter peccata sua digni essent qui cruciatibus aeternis multarentur, nisi veniam accepissent. Itaque statui videtur solum omnes homines adeo improbos futuros fuisse, nisi Christus nos redemisset, cuius redemptionis vis etiam extra ecclesiae fines patet. Iam vero ab eorum sententia impugnanda libentes abstinemus, qui omnes homines propter invictam concupiscentiam contra legem fuisse repugnaturos tenent, nisi Deus, ut redimerentur decrevisset. Ad aliud autem concludendum istud argumentum aptum non est neque in disputando de his quae ad concludendum sumpta erant immorabimur.

Denique quod A. Burgov (Prav.-d. u. o p. gr., 203) indicat, fieri non posse, ut culpa quam imprudentes committimus distinguatur a culpa quam prudentes contrahimus, quae cum educationis cultusque vitiis debeatur, non magis crimini nobis vertenda sit quam illa, in quam sine sensu incurrimus, supra (n. 221) nobis videmur ea exposuisse, unde responsum pateat. Peccatum liberum discrimen affert propter suam cum nostra in Christi corpore mansione discrepantiam.

277. II. Ad opinionem contrariam improbandam omnia conspirant.

1) E scriptura compertum habemus renascendo naturam physicam non mutari (Rom 7, 14 ⊢sǎrkinos, cf. Gal 1, 16⊣; 8, 10). Quin etiam ostendi potest quam falsum sit absolutum discrimen statuere inter vim indomitam prioris et infirmam posterioris. Rom 7 Paulus dicit « dass sein mit dem gebietenden Wollen Gottes einig gewordener Wille bei dem Versuche, sein Wollen ins Werk zu setzen, im Kampfe mit den von seinem Fleisch ausgehenden Antrieben zum Tun des Schlechten unterliege oder, kürzer ausgedrückt, dass er, der längst dem Evang. und dem darin enthaltenen Gesetz Gottes gehorsam geworden ist, noch sündige » Th. Zahn, D. Brief d. Paulus an d. Römer 1910, 366. Cf. B. M. de Rubeis, De pecc. orig. Wirceb. 1857 c. 56 V, 338. Itaque solum de concupiscentia crimini vertenda vel non vertenda quaestio esse potest. At non solum Paulus Rom 7 nihil dicit de concupiscentia post baptismum et vitae correctionem in culpam non convertenda, sed sententia de actionibus non liberis homini crimini vertendis prorsus repugnat scripturae. Numquam enim propensio ad peccatum singulis crimini datur. Contra, Gen 6, 5; 8, 21; Iyob 14, 1-4; Ps 50 (51), 7; 77 (78), 39; 102 (103), 13-4 ea propensio momentum habet ad Deum propitium reddendum, ad veniam peccati facilius consequendam. Cf. Chr. Fr. A. Dillmann, Handb. d. altt. Theol. 1895, 379.

278. 2) Apud patres haec invenimus : Clem. Alx., Strom. l. 3 c. 16 (ed. Stählin p. 242; M. 8, 1200) diserte reicit eiusmodi concupiscentiae opinionem. Error, cui refellendo ibi dat operam erat procreatio peccatum est quia est aliquid animale et materiae malum

inhaeret, cum caro inimica sit menti (1207), quia procreatio est carnis cum interitu conexio (1181); (cf. Orig., In Rom 5, 9. M. 14, 1047; In Levit. hom. 8, 3 M. 12, 496); quia procreatio est opus diaboli (1182); quia maris et feminae differentia a Deo facta non est (1192) et tunicae pelliceae, quibus primi parentes induti sunt, corpora nostra significant (1196). Ad quem errorem confirmandum inter alia hoc utebantur argumento etiam unius diei infantem esse inquinatum. Quo scripturae loco cum niterentur, hoc fere modo argumentati esse existimandi sunt infans unius diei inquinatus est aut macula a parentibus (extremo igitur ab Adamo) accepta, propterea quod eum procrearunt, aut in se ipse; si a parentibus inquinatus, eorum concubitu, liquet procreationem esse malam; si in se ipse, sequitur procreationem rei quae in se mala sit, malam ipsam quoque esse. Iam Clemens ad hanc distinctionem respondet Si in se ipse inquinatus est, propter concupiscentiam igitur, in sententiam vestram, eum maculam habere necesse est; atqui unius diei embryonem concupiscentia moveri (1) quis dixerit! Ergo restat, ut dicatur peccatum adesse nihil iuvante corpore atque animo ipsi inhaerere neque in corpus conferri nisi propter animi cum corpore coniunctionem. Iam vero si propter hanc procreatio mala est, vel ipsa animi creatio, quam Deo tribuitis, peccatum esset. Si haec peccatum non est, ne procreatio quidem peccatum est. Quodsi sumitur infantem inquinatum esse propter parentum congressionem ideo quod haec peccatum sit, explicandum vobis est, quomodo aliquis diras seu poenam parentum vel Adami ferre possit, si ipse non peccarit; hoc fieri non potest nisi ipse etiam *culpa* Adami oneratus est. Ergo quod sumitur infantem propter parentes inquinatum esse falsum est; locus autem ille, si urgendus est, nihil aliud significat nisi nos ex Adamo culpa oneratos gigni. Cf. Ant. Boucat, Theol. patrum dogmatica II. Ven. 1736, 819; N. Alexandre, H. eccl. s. II diss. 8, 8°.

279. Apud Tertullianum, De an. (211) 39-41 CSEL 20, 367-9 sententia occurrit quae cum peccato originali in concupiscentia ponendo pugnat. En eius verba : Ita omnis anima eo usque in Adam censetur, donec in Christo [renascatur], tamdiu immunda, quamdiu

(1) ἐπόρνευσε dicitur ratione habita loci Mt 5, 28, etsi ibi scriptum sit ἐμοίχευσεν vel μεμοίχευκε si cuius animum (oculum) vel cupido cepit, iam adulterium commisit. Apparet Clementem cognovisse modum quo Nic. Malebranche, De inquirenda ver. l. 2 c. 7, rem explicabat Tanta est communicatio inter cerebrum matris et cerebrum infantis ipsius, ut omnes motus omniaque vestigia in cerebro matris impressa excitentur etiam in cerebro infantis... Sed quia contra ordinem est mentem versus corpora converti ipsaque amare, infans peccator est et inordinatus simul ac creatur. De qua opinione cf. B. M. de Rubeis, De pecc. orig. c. 69, VIII 1857 p. 409-10.

recenseatur; quae si cum verbis « detracto corruptionis pristinae aulaeo » componuntur, concupiscentiae cogitationem excludunt. Nam quominus Tertullianum concupiscentiam post baptismum abesse credidisse putemus, vel verbis « quamdiu recenseatur » impedimur; ita enim loqui non potuisset.

CYPRIANI sententiâ infanti non propria peccata condonantur, sed aliena Ep. 64, 5 CSEL 2, 721. Concupiscentiae motus non esse propria peccata sed aliena dici non potest, etsi non essent, i. e. etsi inhonesti non essent, si Adam non peccavisset. Cf. de hoc l. G. LUMPER, Hist. theologico-critica XI 1795 p. 535; ⟨Muratori⟩, De ingeniorum moderatione in religionis negotio. Ven. 1752, 195-6; A. KREMLEVSKIJ in Xr. Čt. 1902 II 166.

BASILIUS, In Ps 14 n. 1 M. 29, 252 Peregrinamur in hac ista vita perinde ac peregrinantur illi, qui ob aliqua delicta a iudicibus ex patria pulsi sunt in exsilium mortalitas nostra tamquam ad causam refertur — in comparatione, qua tamen rei veritas explicatur — non ad concupiscentiam nobis inhaerentem, a peccato non distinguendam, sed ad peccatum actione praeteritum, culpa praesens. — PACIAN. Serm. de bapt. n. 5 M. 13, 1092 in Rom 5, 12 vocem ἁμαρτία delicti voce reddit, in quam sententiam dicit n. 6 peccatum Adae merito transivit in posteros, quia ex ipso geniti erant. — ⟨EUAGRIUS ANT.⟩, Quaest. in V. et N. T. 112 n. 8 CSEL 50, 290 : obnoxium fecit peccato. — AMBROSIUS, In Ps 48 n. 9 M. 14, 1159 inter se opponit lubricum declinandi et reatum nostri delicti; ergo negat concupiscentiam esse culpam singulorum propriam. — HIERONYM., In Ionam 3, 5 : hi qui peccato offendentis Adae tenentur obnoxii. Qua voce (obnoxii) poena ipsa significari non potest acsi dictum sit peccatum Adami proximam causam esse nostrae miseriae in quam concupiscentia ad peccata adacti incidimus. Similiter HIERON., Dial. adv. Pelag. 3, 18 M. 23, 588 omnes homines aut antiqui propagatoris Adam aut suo nomine tenentur *obnoxii.* Qui parvulus est, parentis in baptismo *vinculo solvitur.* Hoc significare certe non potest concupiscentiam quae eius propria est, ei crimini non dari. — AUG., De pecc. mer. 2, 22, 36 CSEL 60, 108 sic est autem hoc peccatum, ut sit poena peccati proprie igitur peccatum non est, sed poena peccati; concupiscentia autem ab adversariis nostris verum peccatum habetur et mors eius peccati poena. Cf. E. PORTALIÉ in DThC I 2395-7.

HESYCHIUS HIEROS., In Ps 50, 7 M. 93, 1201 non solum a sordibus ab Adam contractis concupiscentiam distinguit, sed dicit αὐτοῦ γὰρ ἕνεκα ῥυπαροὶ νομιζόμεθα γίνεσθαι, ὥστε... καθάρσεως χρήσομεν (non dicit : δι' αὐτὸν γὰρ ῥυπαροί ἐσμεν, quae de concupiscentia explicari non posse non contenderemus). Cf. In Levit l. 2 c. 6 M. 93, 854 C (mundatur); l. 3 c. 12 M. 93, 923, A (comparatur immunditia, qua Adam immundus factus est et nos cum eo, immunditiae legali, quae multum differt

ab immunditia concupiscentiae); ibid. 926, C (ubi diserte dicitur *inoboedientiam* dicens, unde *immunditia* et *poena* eius in totum genus humanum fluxit. Cf. Jean Grancolas, La tradition de l'Église sur le péché originel 1698 p. 163. — Nestorius-Heraclides, Tract. (ed. Nau 1910) I 1, 68 p. 59 In Adamo humana natura obnoxia facta est et in servitutem data; Christus naturam illam induit quae peccavit { non : quae concupiscentiam habebat ! }. Christum existimat concupiscentiam habuisse sicut nos (etiam post baptismum) eam habemus (p. 60); eum credidisse Christo eam crimini datam non esse propter eius merita, quis tueatur? Cf. M. PL. 50, 482.

281. Arnob. Iun., Comm. in Ps 50 M. 53, 396 Hic qui nascitur sententiam Adae habet; peccatum vero *suum* non habet. Ergo concupiscentia non est peccatum quale eam esse adversarii confingunt. — Greg. M., Moral. 15, 17 M. 75, 1110 Peccatum Adami ferimus quemadmodum peccata parentum Hoc de concupiscentia dici non potest. — Isidor. Hisp., De eccl. off. 2, 7 M. 83, 822 a peccato originali abluuntur; peccatum originale perit per regenerationem. — Nicetas Heracl., Catena in Iob 14, 4. 5 M. 93, 165 : τὸν διὰ τῆς παραβάσεως τοῦ 'Αδὰμ ῥύπον ἀποπλυνόμενα. Haec verba ad significandum concupiscentiam crimini non dari adhiberi non possunt. Quae sententia a patribus deprompta est ac plane continet quae de peccato originali statuenda sunt. Quae scriptor addit, scribit ut caveat ne versus (Iyob) perperam intellegatur. Quodsi ibi ἡ ἐκ φιληδονίας γέννησις concupiscentiae causa haberi videtur, unde colligere quispiam possit eum antea ῥύπον in eiusmodi macula e procreatione nobis quasi inusta vel in concupiscentia ipsa posuisse, hoc aptum ad plus efficiendum non est quam huic scriptori cogitanti ea in mentem venisse, quae cum sententia quam attulimus pugnant. Ibi enim non loquitur de macula in eo sita quod aliquis molli concubitu procreatus est, sed de macula qua mandatum ab Adamo violatum nos afficit, neque de concupiscentia sed de hrupoi qui ablui potest. — Anastas. Sin., Quaest. 143 M. 89, 796 : Non enim punimur, quasi simul cum ipso { Adam } mandatum illud violaverimus, sed quia mortalis effectus in semen suum transfudit peccatum. Mortales enim ex mortali nati sumus. Ubi Anast. certe de concupiscentia homini crimini vertenda non cogitat, sed quatenus quae tradita erant sequitur verum docet transfudit peccatum (hamartias voce utitur, sed peccatum ea significat, non peccati fontem). Sin urgere vis eius propriam sententiam fuisse nobis ab Adamo effectum, non culpam, hereditate venisse, quatenus peccatum Adami ad nos non pertineat nisi effectibus suis, eumque peccati originalis liberationem non pro venia danda sed pro morte physica vincenda habuisse, dicendum est ita eum aperte recedere a canone concilii carthaginiensis quem commemorat eiusque error explicandus studio negandi peccatum omnium commune tale quod singuli propria voluntate commiserint.

— In universum aestimanti fatendum est J. TURMEL non errare cum patres graecos dicat concupiscentiam non pro vero peccato habere sed pro propensione ad peccatum. (Hist. du dogme du péché orig. Macon 1904, 318). — Cf. ANSELM. C., De conceptu virg. 4. M, 158, 437. Synod. Hieros. a. 1672 Omne peccatum ante baptismum aut exsistens aut commissum *deletur* nec dicere licet illud manere et non imputari, Mansi 34, 1748.

282. 3) Denique, si ratione (1) res iudicatur, ab ea abhorret opinio quam sequi oportet negantibus peccatum originale in culpa ab Adamo nobis inhaerenti consistere : communem omnium hominum esse culpam peccato singulorum proprio contractam a culpa quam nos docuimus diversam. Nam vel protestantes nunc agnoscunt talem notionem rationi non probari « Sünde ist alles Tun, das der Norm des göttlichen Willens widerspricht, gleichviel ob dieser Widerspruch vom einzelnen gewusst oder gewollt ist oder nicht. Schuld ist nur das bewusste Widerstreben gegen diese Norm im Rahmen und mit den Kräften des persönlichen Lebens (cf. Kaftan, Dogm. § 35). So urteilt auch das N. T., das den einzelnen nicht für die Gattungssünde als solche, sondern für seine bewusste Teilnahme an ihr verantwortlich macht Lc 12, 37; Mt 25, 42 ff; Rö 2, 6; 2 Ko 5, 10 (2) und keine Vergebung der Erbsünde, sondern eine solche der individuellen ἁμαρτίαι und ὀφειλήματα — man beachte den stehenden Plural — für erforderlich erklärt und verkündigt (Mt 6, 12; 9, 2). Dies muss uns bedenklich machen mit Schleiermacher ohne weiteres von einer Gesamtschuld zu reden. Schuld ist zuletzt immer etwas individuelles. Dagegen wird man sagen müssen, dass je geistig reifer ein Mensch ist, desto mehr seine Sünde auch zu seiner Schuld geworden ist, und dass, je weiter sein Einfluss reicht, desto mehr auch die Sünde der Gemeinschaft in ihm persönliche Schuld begründet. O. KIRN in RE[3] XIX 145.

Liceat nobis concludere videri nobis adversariorum si non opiniones saltem argumenta labefacta esse nosque ita progressui doctrinae theologicae profuisse.

R. BERGER.

(1) Cf. P. IA. SVĚTLOV, Kurs apol. bogosl.[2] K. 1905, 241, qui tamen eo usque progreditur, ut infantem a peccato originali liberum esse dicat propterea quod contrarium ineptum iudicat.

(2) JUL. A. L. WEGSCHEIDER, Instit. theologiae christ. dogm.[8] 1844, 421 imprimis affert Iac 1, 13. 14.

# De thesauro meritorum disputatio dogmatica complectens quaestiones de indulgentiis, de reparatione pro peccatis, de operibus supererogatoriis.

Ad controversiam de thesauro meritorum irenice tractandam duo spectanda sunt 1) ut ostendatur doctrinam ecclesiae catholicae de hac re non pugnare cum doctrina ecclesiae orthodoxae; 2) ut opiniones praeiudicatae, quibus impugnatio doctrinae de thesauro nititur, tollantur. Cuius quaestionis pars speculativo-dogmatica mihi commissa est.

Modus, quo procedendum est, ut aliquid obtineatur, cogit nos ad recognoscendam nostram doctrinam, quod pro viribus et pro tempore facere conabor. Si quid hoc modo conferetur ad ratum faciendum illud quod L. Duchesne (1) praedixit fore, ut quidam temerariae curiositatis theologorum et imprudentis pietatis religiosiorum hominum effectus, huiusmodi consideratione nobis iniuncta, detegerentur et tollerentur, re sincere agnita laeti errore exuemur.

Ac primum quidem facillimum videtur esse ecclesiae utriusque doctrinam de thesauro meritorum conciliare. Catholica enim ecclesia nihil aliud de indulgentiis definivit nisi haereticum esse, qui neget ecclesiam habere potestatem dandi indulgentias, et anathema esse qui neget indulgentias esse utiles (2). Orthodoxa autem ecclesia nihil hac de re definivit; quin etiam implicite in usu suo ea continet, quae saltem a nonnullis theologis catholicis ab obiecto doctrinae a nostra definitae diversa esse negantur; dico usum epitimiarum (3).

Tota difficultas in altera parte videtur sita esse. Ut autem ostendatur immerito opiniones theologorum catholicorum impugnari ab ortho-

(1) Églises séparées[2] p. 105. 108-9.

(2) Cf. Maldonatus, De sacram. disputationes (Brux. 1676) II p. 335; Duchesne, Égl. sép.[2] p. 104; The Roman Doctrine of Repentance and Indulgences vindicated against Dr. Stillingfleets' Misrepresentations. Lond. 1672 p. 75-6. Cf. infra p. 216 adn.

(3) Cf. M. Jugie in EO XVII (1914) p. 6.

doxis, acsi doctrina catholica sint, principio varias opiniones adumbrabimus. Nec enim errorem eorum committemus qui suas conclusiones et opiniones ut necessarias ad fidem sustentandam propugnantes dum religioni christianae favere laborant, haud parum ei nocent et iniuriam inferunt » (1). Et varietas quidem in hac re tanta est, ut IOANNES CAPETIUS a. 1595 scripserit in prooemio tractatus de indulgentiis tam intricata inventa est earum {indulgentiarum} tractatio, ut hactenus duos non reppererim, qui per omnia consentiant (2).

## I

Secus atque in baptismo in sacramento paenitentiae peccata remittuntur non sine poenis impositis. Non agitur sane de poenis quas fert nostra operis Christi participatio vel imitatio Redemptoris in operibus lege naturali vel lege ecclesiae in huius vitae molestia postulatis, quae etiam baptizatos innocentes urgent et quae a singulis, si peccaverunt (sive ante baptismum sive postea) in satisfactionem *propriorum* peccatorum saltem subiective dirigi possunt et convenienter diriguntur; nec de contritione de peccatis necessaria, sine qua ne baptismus quidem efficax est; sed aliquid plus poscitur. Quid dissentitur.

Itaque prima opinio est haec Absolutione sacerdotali peccata plene tolluntur, i. e. etiam reparatio eorum fit per applicationem reparationis a Christo factae. Ratio est haec Nullum peccatum est impunitum, quia Christus peccata nostra tulit et pro nobis passus est. Cuius satisfactio aut applicatur aut non applicatur; si eam applicari negas, ne culpa quidem remittitur; sin autem concedis, satisfactum iam est (3). Quapropter duplex poena peccatorum mortalium est

(1) HOLDENIUS, Divinae fidei analysis ap. BRAUN, Bibl. regular. fidei t. II B. 1844, 120-1.

(2) Ins. 1595 p. XI. Omittemus certe recensionem opinionum eorum, quibus indulgentiae videbantur valere ad delicta ignorantiae vel ad venialia oblivioni tradita exstinguenda et sim.

(3) Omnino similiter, non tamen ita clare, V. KERENSKÏJ argumentatus est если истинно то, что принесенная Христомъ на крестѣ жертва имѣетъ и всеобъемлющій и преизбыточный {satisfactionem Christi fuisse superabundantem videntur negare aliqui, velut FILARET, Prav. dogm. bog. II Černig. 1864 p. 148} характеръ, то значитъ при усвоеніи плодовъ этой жертвы вѣрующему черезъ таинство покаянія нѣтъ основанія требовать отъ послѣдняго еще какоголибо особаго удовлетворенія Богу. Cf. MAKARÏJ, Prav.-dogm. bogosl. § 227 II 1° (ed. gall. II 531); M. SUTCLIFFE, Adv. Rob. Bellarmini De purgatorio disp. lib. L. 1599, 37; FR. BALDUINUS, Examen Apologetici quem Gasper Schoppius... 1606 c. 37 p. 283-92. Cf. IO. CHRYSOST., De poen. hom. 8 n. 2. M. 49, 340, A μετὰ τῆς ἀπαλλαγῆς τῆς

aeterna, quae per contritionem dimittitur, et temporalis, quae ab ecclesia imponitur (1). Sacerdos imponendo poenam ligat paenitentem etiam coram Deo (« in caelo ») (2), et hoc fit ex institutione Christi, qui ut absolutionis potestas esset salutaris (3), voluit peccatores agere paenitentiam arbitrio sacerdotum (4). Quo.. fit, ut nemo qui ab hoc ligamine non sit absolutus caelum intrare possit (5).

κολάσεως καὶ δικαιοσύνην δίδωσι etc. Iis, qui dicunt applicationem satisfactionum Christi fieri per incorporationem in eius corpus vivum, quae fiat formaliter per gratiam sanctificantem (Sl. l. th. II 63; GALTIER in Rech. de Sc. Rel. 1914, 212-35) negandum est consequenter, peccata venialia coniuncta esse cum alia poena quam cum contritione, etiamsi non putentur consistere formaliter in privatione integrae actualis directionis ad finem tollique actu opposito (Sl. l. th. IV 133). Aliae rationes afferuntur a Io. WESSEL, Farrago rer. theologic. uberrima. Bas. 1522 f. 61[b] Vade in pace — quaenam pax misero, etiam dimissis ostensis, quando retinetur adhuc tortoribus; a M SUTCLIFFE, Adversus Rob. Bellarmini de purgat. disputationem liber L. 1599 p. 41 distinctiones non esse faciendas, ubi nec scriptura nec traditio distinguat; itaque cum dicatur : agnus Dei qui tollit peccata mundi, significari remitti peccata non solum quoad reatum culpae, sed etiam quoad reatum poenae, etc.

(1) HENR. DE BARTHOLOMAEIS, Summa Hostiensis (l. 5) de remissionibus Lugd. 1517 f. CCCCCXVI[a]. Cf. glossa dico ad contritionem a Deo remissum esse reatum, poenam ab ecclesia impositam, ecclesiam posse remittere ZkTh 1910, 448-9.

(2) Cf. Sl. l. th. II 212-213; ROB. FLAMESBURIENSIS, Poenitentiale, cod. Bamb. Patr. 132 f. 65 ap. P. SCHMOLL, D. Busslehre der Frühscholastik. 1909, 112; MICH. MEDINA, De indulg. disp. 5, c. 25 etc. Accuratius dici fortasse potest ecclesiam voluntatis divinae non ignaram non tam imponere poenas naturae humanae convenientes quam suscipiendarum naturam et magnitudinem determinare. — Non est autem putandum paenitentiam imponere esse peccata retinere (sive formaliter sive declaratorie tantum) aut paenitentiam imponere, quatenus sit in potestate ecclesiae, esse communione et salute privare, ut qui peccavit, calamitatis memor resipiscat privatoque studio poenas a se repetat. Etsi enim lapsi videri possunt, si poena alio spectaret, non communione privandi sed corporis castigatione affligendi et etiamsi nonnullos rem ita explicasse dixeris (cf. M. 95, 1483), tamen, ne historicos agamus, ipsa ratio temporis (velut 7 annorum paenitentiam agendam esse) argumento est ecclesiam decernere noluisse, ne Deus reo peccati veniam daret; nec enim voluisse putanda est, ut si intra hoc temporis spatium moreretur, in aeternum periret, sin superstes esset, vitam aeternam consequeretur. Verum autem est privationem communionis non fuisse id quo peccator ecclesiae satisfaceret, sed ob historicas rationes poenae satisfactoriae extra communionem solvebantur.

(3) DENZINGER, Enchir.[10] n. 904.

(4) Neque enim probari potest mensuram poenae luendae esse obiective determinatam eo quod peccata bonis operibus iusdem omnino valoris compensanda sint (cf. GREGOR. NAZ. Or. 40 n. 9 M. 36, 369 A).

(5) Cf. ANT. HIQUAEUS, In Scoti in l. 4 d. 19 Par. 1894 (t. XVIII) p. 656 Deus non ita reservavit poenam peccato, quasi voluerit solvendam in purgatorio ex primario fine, sed potius voluit solvendam hic, servata mensura delicti, per castigationem

Utrum haec poena coniuncta sit cum reatu culpae necne, parum interest (1).

Certe autem est satisfactoria, non solum medicinalis (2).

Huius poenae remissio fieri potest ab ipso sacerdote; nam eiusdem

voluntariam et ex sententia ecclesiae vindicantis delictum... ; neque decrevit poenam purgatorii nisi ex omissione poenae proportionatae in statu viae. — Theologi autem Lipsienses in censura erroris Wicleffi indulgentias definiunt dimissionem vel laxationem paenitentiarum iniunctarum a iure, ad quas vel proportionales in purgatorio legitime quis tenetur, si ibi pervenerit et hic non solverit vel indulgentiam non est consecutus ». (Ap. E. Amort, De origine, progr., val. ac fructu indulg. 1735 p. II p. 8). Cf. Alanus ab Ins., C. haeret. l. 2, c 11 M. 210 c. 388, Manuel Caleca, Adv Graecos l. 4 M. 152, 229 A; P. Arkoud., Perì toû katarteríou purós. R. 1637 p. 364. Non tamen necessario dicitur hanc esse solam aut praecipuam vim purgatorii (cf. p. 204, adn. 2). Unde adversarii (velut L. Brancatus de Lauraea, In l. 4. t. 2 dp. 13 a. 5 n. 104. Rom. 1656) frustra sententiam impugnabant. Indidem cognoscitur nullam esse contra catholicam de indulgentiis doctrinam vim argumenti quo repugnantia statuitur inter indulgentiarum usum et purgatorii opi ionem; inutile esse purgatorium, si papa potestatem habeat eius vacuefaciendi : Al. Bukowski, D. Genugtuung f. d. Sünde 1911, 197; cf. Jan Hus, Sermo 17 de Antichr. Hist. et monum. t. II 1715, 119.

(1) Potest enim etiam in scotistica sententia haec satisfactio concipi eo modo quo Christus ipse poenas suscepit qui etiam Scotistarum sententia poenam sustinuit sine reatu poenae.

(2) « Debent sacerdotes Domini, quantum spiritus et prudentia suggesserit, pro qualitate criminum et paenitentium facultate salutares et convenientes *satisfactiones* iniungere, ne, si forte peccatis coniveant et indulgentius cum peccantibus agant, levissima quaedam opera pro gravissimis delictis iniungendo, alienorum peccatorum participes efficiantur ». Trid. Sess. XIV c. 8 (Denz.[10] n. 905). — Si essent medicinales tantum, essent mere ecclesiasticae, non impositae a Deo; nam in quaestione sitne poena aliqua medicinalis necne, sacerdos non est infallibilis! Sequeretur, ut paenitens saepe melius decernere posset, quid sibi faciendum. Praeterea cum natura harum poenarum mere medicinali pugnat indoles iis ab ecclesia tributa ; ut exemplum afferam in absolutione Deus invocatur ἐλευθέρωσον τοῦ ἐπικειμένου ζυγοῦ καὶ ἄνες αὐτῷ τὸν ἐπιτεθέντα αὐτῷ δεσμόν (Morinus, Comm. hist. de disc. in adm. sacr. poen. 1702 p 625; cf. Harnack, Lehrb. d. Dogmengesch.[4] II 180); cf. ἀντισήκωσις τῶν ἁμαρτιῶν Theophyl. In Mt 22, 13, allatus a P. Mogila, Conf orth. P. I q. 64 : M. 123, 388, C; Kimmel, Monum. f. e. or. I 134); ἱκανοποίησις (ἃ καὶ ἱκανοποίησιν καλῶς ἡ καθολικὴ ἐκκλησία ἀπ' ἀρχῆς ὠνόμασεν Dosithei Conf. Decr. 18, Kimmel, I 464) etc. ap. Bukowski, Die Genugtuung f. d. Sünde 1911 112 114; EO IX 321-30 Nec enim credendum est *satisfactiones* dictas esse ideo, quod hoc modo « legibus temporalibus et ecclesiasticis satisfieret (J. P. Kohl, Eccl. graeca lutheranizans. Lub. 1723, 138) aut quod sunt « de nature à rendre Dieu propice, voire en certain ens à le satisfaire » Makarïj, Pr.-d. bog. § 227 II 1° ed. gall. II 531. — Convenienter hoc postulari bene ostendit J. Illingworth ap. Ch. Gore, Lux Mundi 1889 p. 116-7 (« ...self-respect is a necessary factor in all moral progress »). Cf. Alanus ab Ins., Liber poenit. M. 210 c 290 1. F. Hartz, Wesen u. Zweckbeziehung d. Strafe. Münster 1914.

est ligare et solvere (1). Si tamen agitur de paenitentia publica, haec a solis episcopis (2) potest relaxari per « indulgentias ». Illae remissiones non solent vocari indulgentiae, quia sunt privatae nec dantur nisi uni aut alteri; indulgentiae autem non solent appellari nisi quaedam veluti publica privilegia (3).

Parum differt ab hac explicatione indulgentiarum ea, qua ad relaxationem ipsarum legum de paenitentia canonica pro hoc vel illo casu revocantur, quae res ad summum pontificem pertineat (4). Velut indulgentiae anno iubilaei collatae illud sibi volebant visitare quattuor ecclesias esse paenitentiam, quae par sit satisfaciendo pro quavis peccatorum gravitate et numero; sane ita, ut etiam paenitentiae antea susceptae necdum finitae hoc modo remitti possent iis, qui peccata denuo confiterentur.

Ad eiusdem primae opinionis fundamentum accedit sententia eorum, qui antiquitus absolutione sacramentali et a peccatis et a poenis absolutos esse paenitentes statuunt, non tamen antequam impositam a sacerdote paenitentiam persolvissent (5). Demum tempore procedente,

(1) MALDONATUS, De sacr. disp. II 345. Cf. FUMO, Aurea Armilla, Indulg. n. 2 (1549 f. 160[b]), qui allegat INNOC. (Decretal. V 38, 4) et alios; ANGELUS (Carletus) DE CLAVASIO, Summa de casib consc. 1513, Indulg. n. 5 (f. CXL[b]); HENR DE BARTHOLOMAEIS, Summa Hostiensis, l. 5 De remissionibus. Lugd. 1517 f. CCCCCXV[b]; DU HAMEL, De poen diss. 3, c. 1. — Hoc modo indulgentias dispensari apud orientales censet M. 〈ROSAVEN〉, L'église catholique justifiée contre les attaques d'un écrivain. Lyon-Par. 1822 p. 66 Aujourd'hui que les pénitences canoniques ne sont plus en usage dans aucune des deux églises, n'est il pas au pouvoir de ceux qui administrent le sacrement de pénitence, eu égard aux dispositions du pénitent, à ses forces et aux autres circonstances, d'user de sévérité ou de miséricorde, d'imposer une plus grande pénitence ou d'en remettre une partie, d'accorder une indulgence? Mais ce n'est pas ainsi que les indulgences sont accordées dans l'église d'Occident; il est vrai que les formes sont différentes, mais le fonds est le même. — Ceterum etiam in aliis sententiis conceditur simplici sacerdoti copia dandi indulgentias — si delegatur ab episcopo COLLET, De indulg. (M. Curs. theol. XVIII) col. 556-7; etiam episcopos humano tantum iure indulgentias concedere posse contra CAIETANUM, CORDUBAM, MEDINAM docent LUGO, VIVA. Olim nonnullis non videbantur, sine sacerdotis permissu indulgentiae a papa concessae valere IO DE DEO, Liber paenitentiarius 4 a. 1 (ZkTh 1910, 446).

(2) Cf. ALANUS AB INSULIS, Liber paenit. M. 210 c. 295 D; sive iure divino (G. DE VALENTIA, MAUVIEL) sive e concessione papae (NUGNUS, IO. B. PASCHALIS).

(3) Cf. ZkTh 1909 p. 307[7].

(4) BERTHOLDUS 〈PIRSTINGER〉 ep. chiemensis, Tewtsche Theologey c. 89, V VII M. 1852 p. 619-21.

(5) Cf. D. PETAVIUS, Ad. Epiph. haer. 59 (in ZACCARIA, Thes. theol. t. XII Ven. 1763 p. 59), cui tamen non improbabile visum est (cf. TURMEL in R H L R 1900, 306) paenitentibus, cum ab ὑποπτώσει ad quartum ordinem ac postremum migrarent,

cum canonum statuta de paenitentibus reconciliandis observari plene non possent, paenitentes autem non omnino dimittendi essent (1) et cum paenitentiae pecunia redimerentur (2) et ipsi confessioni vis peccata remittendi tribueretur (3), reconciliationem ante paenitentiam positam esse, saltem in ecclesia latina (4). Indulgentias igitur saltem primitus ab illa liberasse poena, quae ex mandato ecclesiae subeunda erat, ut paenitens reciperetur in ecclesiam et sic ad sacramentalem Christi meritorum applicationem admitteretur (5).

per impositionem manuum sacramentalem absolutionem impertitam esse sic, ut tantisper a mysteriis abstinerent; quam sententiam magis amplectitur in diatriba in Synesium (ibid. p. 69). Cum eo in re praecipua consentiunt NAT. ALEXANDER (ibid. p. 141-155); ALBASPINAEUS, De vet. eccl. ritib. c. 2, observ. 32. 33 H. MENARDUS, In Sacram. Gregorii not. 663; EDM. MARTENE, De antiq. eccl. ritib. l. 1, p. 2, c. 6, a. 5 (Rotom. 1700, p. 27-29); MORINUS, Comm. hist. de disc. in adm. sacr. poen. l. 6, c. 21 (1702 p. 284-287); l. 9, c. 2. 3. 5 etc. (p. 416 ss ); FRANC. SYLVIUS, In Suppl. s. Thomae q. 18, a. 3, q. 2 (t. IV 1714 p. 547); H. TOURNELY, De sacr. poen. q. 7, a. 3, concl 2; Io. L. BERTI, De theol. discipl. VII l. 34, p. 2, c. 9 (1792 p. 355-6); e recentioribus nomino HEINRICH-GUTBERLET, Dogm. Theologie X p. 162; RAUSCHEN, Eucharistie und Busse II § 4 n. 7, b. Cf. STUFLER in ZkTh 1909, 245. Contra quorum opinionem v. quid afferatur apud BILLUART, Summa... t. XVIII Par. 1828 p. 514-520; Ios. BINER ap. ZACCARIA XII 175-182; Sl. l. th II 213; F. PIGNATARO, De disciplina poenitentiali prior. eccl. saeculor. comm. 1904 p. 104 etc.

(1) BONIFATIUS, ep. mogunt, Statuta c. 31 ap. MARTENE, De ant. eccl. rit. l. p. 2 (1700) p. 30.

(2) FUNK in KL[2] II 1588; cf. THOMASSINUS, Vetus et nova eccl. discipl. t. III (Venet. 1730) l. 1, c. 74 (p. 266-273); ZkTh 39 (1915), 209. De redemptionibus in ecclesia russica (velut 10 missae = 4 menses epitim., 30 = annus) cf. S. SMIRNOV, Drevne-russkij duxovnik. M. 1914, 189. 192.

(3) LOOFS, Leitfaden der Dogmengesch.[4] § 59, 5 (p. 484-7).

(4) De graeca dubitat DENIS DE SAINTE-MARTHE Perp. de la foi 1841 III col. 859; certe frustra affertur EUTHYM. CP. († 917) M. 131, 1250 A (graece: παραυτίκα λύσιν ἐφευρίσκει).

(5) Hoc modo forsitan explicari possit, cur indulgentiae simul dari solitae sint a peccatis et a poenis; si enim primitus absolutio non concedebatur nisi paenitentia peracta, indulgentiam qua paenitentia coartabatur cum venia peccatorum coniungi necesse erat (sive haec fuit incorporationis condicio, sive declaratio tantum erat, sive mediam vim habebat). MAKARIJ quidem, Pr.-dogm. bog. § 259 II 3° (ed. gall. II 728) satisfactionem Christi non putat statim applicari, ubi paenitentia effectus medicinalis afferendus est, sed solum postea, etiamsi — ut nunc mos est — absolutio paenitentiae praecucurrerit. — Exemplum indulgentiae coniunctae cum absolutione sacramentali videri potest illud ALEX. II (1063) « Nos vero auctoritate sanctorum apostolorum Petri et Pauli et paenitentiam illis levamus et remissionem peccatorum facimus S. LOEWENFELD, Epistolae pontificum romanor. ineditae Lips. 1885, 43. Ubi tamen remissio (in distans) fit paenitentiae imponendae. Simile

Cum in antiqua ecclesia paenitentiam praeviam sumatur fuisse necessariam condicionem ad remittenda peccata, etiam nunc paenitentiae iniunctae exsecutio futura haberi potest condicio validae (saltem attritorum) (1) absolutionis ita, ut oporteat vel poenam impositam ipsam persolvi vel indulgentiam obtineri vel aliorum paenitentiam eius loco a Deo accipi (non tamen acsi absolutio vim habeat, incorporatio, applicatio satisfactionis Christi locum habeat demum post mortem, ut MAKARÏJ, Pr.-d. bog. § 259 II 3° opinatur; nam essentialis condicio, sine qua Christo incorporari non possumus, est vita in his terris, ut infra viderimus); frustra enim CONINCK, DICASTILLO, alii copiam apponendi condicionem de futuro impugnant (2); et re ipsa condicio eiusmodi in ecclesia orthodoxa apponitur (3). Eo ipso autem, quod absolvens administrare vult sacramentum secundum intentionem ecclesiae, intentionem habet, secundum hanc sententiam, apponendi illam condicionem. Hoc autem modo explicatur, qua ratione suffragiis (vel oblata satisfactione vel indulgentiis) mortui iuvari possint, qui dignis paenitentiae fructibus non editis (4) decesserint, quae communis est doctrina occidentalis et orientalis theologiae. Si enim hoc non ponitur, non bene intellegitur (etsi ligatio absoluta, i. e. ad futuram quoque vitam pertinens necessaria ducatur, ut sacramenti paenitentiae administratio sit salutaris) (5), quomodo poenae ecclesiasticae post mortem lui possint (satispassione

exemplum recentius, formulae antiquae usui novo nondum accommodatae, videri potest illud e saec. XIII descendente « Concedimus quod vobis vere paenitentibus et confessis sit *ex nunc* divina et nostra benedictio ac omnium remissio peccatorum et favoris apostolici plenitudo ap. E. GÖLLER, D. päpstl. Poenitentiarie 1907 I 1 p. 241.

(1) Si peccata contritione perfecta delentur (vel per absolutionem indirecte), etiam tum cogitari potest in hac sententia, Deum ipsum postulare ut condicionem de futuro, vel, ut peccata clavibus subiciantur, vel, si non poterunt, ut alii indulgentiam plenam paenitenti concilient; difficile autem erit probare, sine huiusmodi cautela remissionem peccatorum nobis futuram non fuisse salutarem, praesertim cum, ut summum, in confuso tantum nota sit; alia autem ratio eam statuendi non est in hac sententia.

(2) Cf. DE LUGO, De poen. disp. 13, n. 135, quocum consentiunt ARRIAGA, GRANDIN, HERINX, VAN-ROY, VIVA, etc.

(3) Cf. A. MALICEV, Die Sacramente der Orthodox-Kathol. Kirche des Morgenl. B. 1898 p. 225; Sl. l. th. VI 248.

(4) Quod postulatum (DENZ.[10] 464. 693) certe non pertinet ad solam participationem seu communionem operis Redemptoris (seu ad bonas actiones generatim) acsi suppleri debeat in altera vita quod in hac a singulis omissum sit (cf. Io. DAMASC., De his, qui in fide moriuntur n. 21 M. 95, 268).

(5) DENZ.[10] n. 904.

propria vel (1) satisfactionibus vivorum, ex quorum frequentia pendeat cessatio passionis seu doloris) (2).

Indulgentias non esse nisi relaxationes poenae aut iniunctae (« ab episcopo vel a presbytero ») (3) in sacramento paenitentiae aut decretae iure ecclesiastico, probari potest his argumentis

1° In omnibus indulgentiis semper ecclesia addidit hanc particulam de poenis iniunctis (4). Cum igitur ecclesia tam caute semper expresserit se non concedere indulgentias nisi de paenitentiis iniunctis, videtur esse temerarium et offensionem parere tam haereticis quam catholicis aliter interpretari.

2° Quodsi ecclesia hoc non exprimeret, tamen satis esset, quod semper diceret, se dare indulgentias iuxta antiquam ecclesiae formam. Cum enim in vetere ecclesia non inveniamus alias indulgentias quam quae erant relaxationes poenae iniunctae, ecclesia numquam probavit alias (5).

3° Quodsi nihil aliud diceret ecclesia, tamen ipsa forma, quá semper consuevit indulgentias concedere, manifeste ostenderet, non alias

(1) Cf. PETROS HO ARKOUD. Peri tou katarteriou puros kata Barlaam. Romae 1637 p. 374 οὐκ ἀξιοῦνται μισθοῦ μὴ πληρώσαντες ἀκριβῶς τὸν κανόνα, πλὴν εἰ μή τις αὐτοῖς βοηθήσηται διὰ θυσίας, νηστείας, προσευχῆς καὶ ἐλεημοσύνης; P. MOGILA, Conf. orth. P. I q. 64 KIMMEL, Mon. f. e. o. I 134. — S. SMIRNOV, Drevne-russkïj duxovnik. M. 1914, 187 8 (de consuetudine epitimias pro aliis subeundi). JOH. H SCHOOFS, D. Lehre vom kirchl. Abl. 1857 p. 42 (Gewiss ist, dass im 9. Jhd. die kanonische Busse für Abgestorbene übernommen wurde. Cf. p. 213 adn. 2.

(2) Nec enim ad solam venialium remissionem, quae cognitione alterius vitae data sua sponte (etsi non sine violenta et, ut Makarïj opinatur diuturna mentis mutatione — purgatione —) nascitur, indulgentias vel suffragia pertinere dici commode potest (pertinerent enim solum ad piam recommendationem rei, quam Deus certe facturus est, cf. [DIONYS. AREOP.] E. H. c. 7 M. III 580 B contra MAKARÏJ, Pr.-d. b. § 258 IV 2° [-Gall. II 718 -]; vel, ut WESSELIUS GANSFORTIUS opinatus est, ad hunc processum — nescio qua ratione — maturandum Opp. 1614 p. 810). Suffragia sane quidem etiam vim retro agentem habere possunt (ut praevisa) ad auxilia gratiae pro hac vita impetranda (quemadmodum preces ad offertorium et al. in missa de Requiem explicari solent); sed hoc non refertur ad « dignos paenitentiae fructus ».

(3) JAFFÉ n. 5452. Cf. ZkTh 1909 p. 35.

(4) « Ecclesia ab anno 1000 usque ad annum 1570 in omnibus bullis indulgentiarum tantum absolvit a poenitentiis a sacerdote vel a canone iniunctis; ergo idem fecit, quod fecerunt antiquitus confessarii, remittendo iuxta suum arbitrium canones poenitentiales ». AMORT, De orig. p. II s. 4 § 163 (1735 p. 249).

(5) Certe frustra MUZZARELLI, Opuscules théol. Av. 1842 N. 19 (1841), 113 contra adversarium illud Tridentini « antiquissimis temporibus urgentem nititur id aliud non significare nisi ab « immemorabili », hoc autem verum esse de indulgentiis non consistentibus in poenarum iniunctarum remissione, cum eiusmodi indulgentiae per 7 saecula ante Tridentinum iam concessae sint.

indulgentias nunc ecclesiam dare velle quam quae olim datae sunt (40 dies, 7 annos etc.).

4° Quodsi non esset aliud argumentum, tamen, donec ecclesia declararet contrarium, deberemus indulgentias interpretari secundum ius.

5° Si indulgentia esset remissio poenae non iniunctae, sequeretur fieri remissionem poenae non iniunctae per applicationem thesauri ecclesiae citra sacramentum; ecclesia autem non habet talem potestatem, quia sequeretur necessario posse ecclesiam instituere nova sacramenta, quod falsum est.

6° Facilius est per sacramentum poenam remittere quam citra sacramenta; papa vero non potest in sacramento paenitentiae, audita mea confessione, pro suo arbitrio dicere age hanc paenitentiam vel illam, vel, etiamsi non agas ullam paenitentiam, ego remitto tibi poenam. Ergo minus potest id facere citra sacramentum. Antecedens constat, quia per claves non est concessa potestas, ut papa pro suo arbitrio remittat culpam et poenam, sed pro varietate peccatorum. Igitur citra sacramentum nihil aliud potest papa facere, quam poenas iniunctas iustis de causis aut relaxare aut commutare aut omnino tollere.

Plura vide apud MALDONATUM, De sacram. disp. 1676 II p. 305-319, unde haec argumenta excerpta sunt et apud CAIETANUM, De indulg. (tom. I tr. 15) c. 17 (Ven. 1612 p. 68-69). Cf. HADRIAN. VI De clavib. l. 4; PETR. DE SOTO, Instr. sacerd. l. 2 de indulg.; ⟨BOIDOT-GOUJET⟩, Traité théologique, dogmatique et critique des Indulg. et Jubilés. Av. 1751; WIG. KAMPER, Historia indulgentiar. cum reflexionibus dogmaticis. Mog. 1786; Ios. ANT. DE PETZEK, Untersuchung ob d. kirchl. Ablass eine Nachlassung d. göttl. Strafe sei. Fr. 1787; Précis hist., dog. et crit. sur l. ind. Par l. evêques réunis. P. 1800 etc.

Dices fortasse indulgentias generales, quales ecclesia nunc dare consuevit, non videri proportionatas esse ad obtinendam poenarum iniunctarum relaxationem. Respondet MALDONATUS (1) « Ut concedantur generales indulgentiae sincerae et sine abusu, necesse est, ut papa fingat futuros esse multos homines, qui gravissima scelera patraverint et qui maxime omnium paenitentiam iuxta canones ecclesiasticos agere deberent, et inter eam paenitentiam et id, quod imperat in indulgentiis, debet servare proportionem ».

## II

Veniamus ad alteram opinionem. Haec, distinguens in remissione peccatorum reatum culpae a reatu poenae Deum negat velle remittere simul reatum poenae cum reatu culpae (vel, si scotistarum sententia

(1) De sacram. disp. II 343.

praefertur, negat Deum velle remittere reatum culpae totaliter, cum peccatum maneat obiectum indignationis Dei seu volitionis divinae leviter vindicativae; dicunt enim retento iure ad poenam retineri ius ad exprobrationem culpae); sed postulare eum, ut paenitens ipse pro suis peccatis satisfaciat; ac manifestum est non agi de tolerandis huius vitae oneribus et malis, quae natura sua in statu reparationis ad cooperationem cum Christo Redemptore ordinata sunt, etiam ad neophytos pertinentia et sine reatu — Christi passionis instar — nobis incumbentia (unde thesaurus satisfactionum cumulatur), sed agi vel de his iisdem, ut ex intentione divina ad *propria* peccata reparanda exclusorie vel praecipue destinantur, vel de novis poenis, quae ad luenda illa peccata in hac vel in altera vita a Deo decernuntur (1).

Iam has poenas ad peccata propria luenda divinitus destinatas dicunt aliqui posse redimi intenso actu contritionis (2) vel etiam intenso actu caritatis sine satisfactione formali (3) vel actionibus supererogatoriis ad hoc susceptis; fere autem dicunt redimi eas, saltem eas, quae ad peccata accusata pertinent (4), paenitentia, quam paenitens a confessario accipit; alii quidem existimantes id valere, si sit vere proportionata eius peccatis vel secundum modum a Deo obiective determinatum vel (5) secundum canones, alii, etiamsi non sit (6). Ratio autem esse potest confessario non tantum data est potestas solvendi pertinens ad peccatum et poenam aeternam, sed etiam pertinens ad poenam temporalem debitam, et ligandi paenitentem satisfactione; ergo etiam poena temporalis constituta est sub arbitrio et scientia sacerdotis (7).

Haec redemptio poenae a Deo destinatae per poenam a sacerdote iniunctam existimatur vel fieri ex opere operato (8), ut fere ab iis, qui

(1) De ABAELARDO huius opinionis auctore cf. K. MÜLLER, Der Umschwung in der Lehre v. d. Busse p. 304 ss. et Append.* hic. — Rationes, quas ad opinionem hanc, quam scripturae et Tridentino tribuunt, probandam afferunt, conatu ostendendi, quomodo manere *possit* aliquis dignus poena, licet ei culpa remissa sit, continentur; scilicet ordo laesus reparandus est, etsi iam condonatum est peccatum. Cf. VASQUEZ in III p. q. 94 a. 1 dub. 2 n. 4 (1615 p. 351), qui rationes VEGAE et THOMAE AQ. improbat (n. 5-6). Nec quisquam aliam videtur statuere normam vel mensuram nisi arbitrariam a iuridica rei consideratione suppeditatam. Cf. SUAREZ, Opusc. VI de iust. Dei s. 2 n. 44).

(2) Cf. DUNS SCOTUS In l. 4, d. 15 q. 1, n. 8. 9 (Opp. XVIII 1894 p. 198. 200).

(3) Cf. GABRIEL BIEL, In l. 4, d. 16 q 2 concl. 3.

(4) Cf. THOMAS DE ARGENTINA In l. 4 d. 20 a. 5.

(5) ANDREAS VEGA, De iustificat. l. 13, c. 39. Col. 1572 p. 605.

(6) Cf. SUAREZ, Disp. 38, s. 2, n 6; s. 5, n. 3; contra G. BIEL In l. 4 d. 18 q. 1. a. 1 not. 5 (1574 p. 574) etc.

(7) Cf. HIQUAEUS, In Scoti in l. 4 d. 19 (XVIII 1894 p. 653).

(8) SUAREZ In III p. disp. 38 s. 2 n. 2 (Opp. XXII 1861 p. 787).

essentiam sacramenti paenitentiae negant in sola absolutione consistere (de qua sententia vide Sl. l. th. V p. 239-244) vel ex opere operantis (1).

Indulgentiae autem vel directe referuntur ad paenitentiam iniunctam vel secundum aliquos etiam ad iniungendam (2) a confessario (sive tollendo vel relaxando canones paenitentiales sive remittendo ipsam paenitentiam) et indirecte ad poenam a solo Deo pro peccatis decretam (3); vel directe ad poenas a Deo decretas (sive pro peccatis accusatis tantum sive pro omnibus) (4), et tum aut omnino non ad paenitentiam iniunctam (5) aut, ut alii sentiunt, indirecte tantúm ita,

(1) D. Soto, In l. 4 d. 19 q. 1 a. 5 Salm. 1561, 898.

(2) Nic. Weigel (ap. Amort, De orig. II p. 96); qui tamen suadet Quando formae indulgentiarum loquuntur de indulgentiis } recte : poenis { iniunctis, consultum esset, ut paenitens sineret sibi imponi tantas paenitentias, quae suo peccato congruunt, quas tamen lucratur ac redimit per indulgentias. Cf. Ioannes Molanus, Theol. pract. comp. tr. I c. 14; H. Ch. Lea, A History of Auricular Confession and Indulgences in the Latin Church Vol. III Lond. 1896 p. 35. Indulgentias esse « beneficium ab ecclesia concessum peccatoribus, quo virtute clavium a Christo acceptarum illis remittitur pars satisfactionis, quae ipsis vel iniuncta fuit vel certe iniungi debuisset iuxta sacrorum canonum sanctiones » tenuerunt W. Schanza, Moralis christiana in systema redacta t. IV. Olisip. 1817 c. 4 § 122 (p. 742); Fr.-Am. Pouget, Institutiones catholicae in modum catecheseos II. Par. 1725 S. I. cap. V § 19 p. 348; Matth. Dannenmayr, Instit. historiae ecclesiast. N. T. 1787 I 268; J. V. von Eybel, Was ist der Ablass. W. 1772, 29. 42; Man. Nic. de Almeyda, Resposta a alguns reparos. L. 1823 p. 93. 97. Contra : G. Imperiale, Risposta alle lettere di Vincenzo Palmieri 1817 etc.

(3) Velut Vinc. Calatayud, Divus Thomas t. II (1746) p. 582. Probatur autem nos per indulgentias absolvi etiam coram Deo si indulgentiae essent solum remissiones poenarum debitarum ecclesiae et non Deo, nihil beneficii conferretur per eas, sed potius damnum, quia nihil aliud faceret ecclesia quam homines avocare a satisfactione quam debent Deo, remittendo illis poenas, quas sibi deberent. Cf. Suarez In III. p. disp 50 s. 3 n. 5 (Opp. XXII 1861 p. 1017). Praeterea eadem poena est, quam homines debent in hac vita et quam solvent in purgatorio; nam Deus non punit bis in id ipsum; itaque si ecclesia remittit poenam Deo debitam in hac vita, sequitur eam remittere etiam poenam debitam post mortem. Denique, si constat ecclesiam iniungere posse poenas satisfactorias, non intellegitur, cur adeo sollemniter sibi vindicarit ius eas commutandi, nisi simul de poenis a Deo iniungendis dispensaret. Cf. H. Klee, Kathol. Dogmatik III[2] 1841, 333.

(4) Ratio est Extra sacramentum paenitentiae nemo potest aliquem directe liberare a paenitentiis i iunctis, dispensando in praecepto confessarii vel illud abrogando, quia confessarius est hic iudex supremus sub Deo, nec ab ipsius iudicio est ulla ad aliud forum appellatio ». Coninck, De sacramentis et censuris[2] Antv. 1619 p. 539. Cf. Salmant. Disp. 11 n. 77.

(5) Raph. Aversa, De sacr. q. 13 sect. 9.

ut paenitentia iniuncta fieri non debeat nisi (1) quatenus sit medicinalis (2).

Itaque « poena aeterna primo mutatur in temporalem in remissione culpae; secundo temporalis magna et supra vires in poenam competentem viribus commutatur in sacerdotis absolutione; tertio vero commutatur poena, ad quam tenetur iudicio ecclesiae, adhuc in minorem in relaxatione et pro alio residuo merita ecclesiae satisfaciunt » BONAVENTURA In l. 4 d. 20 p. 2 q. 2 (1889 p. 533); cf. ALEX. DE ALES, Summa theol. p. IV (1575) q. 23 art. 1 (f. 349[b]) (3).

Dissentitur autem rursus de hoc, utrum etiam tum valide conferantur indulgentiae, cum causa eas donandi desit (4).

(1) Ut summum, addit VIVA, De jubilaeo 1723 p. 25.

(2) SUAREZ In III. p. disp. 38 s. 10 n. 10.

(3) Poena a Deo reservata hoc modo ut tollatur fieri posse negat WESSELIUS GANSFORTIUS; et probat hac fere ratione (Farrago rer. theologicar. uberrima. Bas. 1522 f. 64[a] 5[b]; 66[b]-7[a]): 1) Quae immediate inter Deum et hominem geruntur, haec sibi Deus diudicanda reservavit. At vero huiusmodi sunt peccatorum remissio, ad ipsam requisita cordis conversio et pro remissis peccatis satisfactio. Quare papa non amplius poterit super poenis relaxandis quam super peccatis remittendis. 2) Qui quae intra hominem sic geruntur, ut nullis indiciis foris pateant, scire non potest, diiudicare non potest. Quantum purgandus oculus aut quam purus esse debeat, quo dignus inveniatur videre Deum, oculus mortalium definire non potest. Quae papa de se ipso definire non potest, haec non potest in aliis iudicare. Qui neque potest, neque debet, si vult iudicare, peccat et errat et iudicium est nullum velut a non suo iudice latum. Cf. AMORT, De orig. p. II p. 10-11; RE[3] XXI 145.

(4) Ex una parte stant: THOMAS AQ. Suppl. q. 25 a. 2 ad 1; REGINALDUS, Pr. t. I l. 7 c. 12 n. 137; VALENTIA t. 4, d. 7 q. 20 pu. 4; PETRUS SOTO, Instr. sacerdot. lect. 2. Is rationes suae opinionis has affert 1) Si iusta causa poscitur, revocatur in dubium quod in ecclesia consuevit fieri, dum pro eadem causa modo maiores modo minores conceduntur indulgentiae; 2) tribuitur falsitas quaedam indulgentiis concessis, cum certo concedatur indulgentia, quae tamen certa esse non possit secundum alteram sententiam. Adde aliam rationem, si indulgentiae referuntur directe ad poenam iniunctam indulgentia datur ab eadem ecclesia, a qua poena iniuncta erat. Et sicut iniuncta poena per se obligat coram ecclesia, ita indulgentia est remissio poenae coram ecclesia. In foro autem ecclesiastico papa habet absolutam potestatem. Itaque, etiamsi male facit, tamen concessae indulgentiae valent in foro ecclesiastico et consequenter in foro divino. — Ex altera parte stant DE LUGO, de sacr. poen. disp. 27 n. 138; COLLET, De ind. c. 5 (M.XVIII 578) etc. Ratio, qua horum opinio nititur, est, quod copia eiusmodi indulgentiarum non esset fidelibus salutaris (occasio esset « licentius peccandi », si sine causa concederetur; et « tam dissonum est rationi pro causa modica indulgentiam magnam quam modicam pro causa nulla largiri »); quae ratio ab orthodoxis contra usum omnem indulgentiarum affertur. Elles minent la vraie repentance des péchés; elles enlèvent sans discernement aux pécheurs les moyens curatifs indispensables pour la guérison de leurs maladies spirituelles, et, en séduisant le peuple par l'appât d'une réconciliation facile avec Dieu et l'Eglise, elles peuvent contribuer, comme elles l'ont fait, à la dépravation générale des

Dices fortasse tales indulgentias in antiqua ecclesia ignotas fuisse. Concedunt hoc recentiores, velut N. PAULUS; negant enim 1 Cor 5, 3 ss. (ZkTh 39, 195) aut reconciliationem maturatam (p. 574-6) aut redemptiones (p. 209) indulgentiarum notioni respondere « Jahrhunderte lang hat es keine Ablässe im heutigen Sinn gegeben und von einheitlicher Entwicklung kann keine Rede sein. Generelle Ablässe lassen sich erst im 11 Jhd. nachweisen, individuelle Busserlasse, die als Ablässe zu betrachten sind, z. B. jene die von Päpsten Rompilgern erteilt wurden, gab es freilich schon früher; doch können solche vor dem 9. Jhd. nicht festgestellt werden. » p. 219. Ut hoc defendi possit, relinquenda est antiqua theologorum dogmata tuendi ratio et orthodoxis persuadendum eam errore contineri.

III

Restat, ut diversitatem sententiarum de ipso thesauro ecclesiae ad indulgentias adhibendo commemoremus. Conveniunt enim omnes (1) thesaurum ecclesiae aliquo modo intervenire.

Itaque prima sententia est esse thesaurum ecclesiae, unde possit papa vel episcopus depromere extra sacramentum et applicare huic vel illi subdito satisfactiones Christi vel etiam satisfactiones sanctorum (2).

Rationes, quae pro hac sententia (praeter auctoritates cf. MUZZARELLI, Opuscules théol. N° 19 p. 49; ap. P. JOUHANNEAUD, Dictionn. d., h., asc. et pr. des ind. 1852 p. 118) afferuntur, omnes nituntur fundamento opinionis, quam supra p. 206 exposuimus (3). Paucis « Quemadmodum potestas conferendi gratiam per sacramenta supponit merita Christi, propter quae sola hominibus gratia conferri potest, ut idcirco qui demonstret esse in ecclesia potestatem remittendi peccata, demonstret quoque exstare Christi merita applicabilia pro omnibus peccatoribus per potestatem clavium, ita qui demonstraverit divinitus collatam esse ecclesiae potestatem remittendi poenas coram Deo, ipse iam demonstrasse dicendus est, exstare Christi satisfactiones applicabiles omnibus paenitentibus ministerio ecclesiae ». DOM. PALMIERI,

mœurs. FLEURY, Hist. eccl. t. 6 l. 104 ch. 48 éd. 1840 » MAKARÏJ, Pr.-d. b. § 228 gall. II 551. Cf. ⟨G. MAUVIEL,⟩ Précis hist., d. et cr. 1800 p. 112.

(1) Cf. p. 211 adn. 6.

(2) Solum vivorum satisfactiones applicari LUTHERUS videtur sensisse ante a. 1516 ap. HILGERS, Die kath. Lehre von d. Ablässen 1914 p. 157.

(3) Cf. Io. DE LUGO, De sacr. poen. disp. 27 n. 49-50. Io. CAPETIUS, De indulg. tr. br., 1595 p. 121-6 eiusdem opinionis fundamento innixus impugnat eos qui dicunt sanctos passos esse supra condignum suorum peccatorum.

De poen.[2] p. 519. Quod ad satisfactiones sanctorum attinet DE LUGO hanc affert rationem « ne satisfactiones sanctorum maneant sine effectu », unde ad opinionem pervenit Deum ita disponere distributionem thesauri, ut « in fine mundi omnes satisfactiones sanctorum superfluae suum effectum adaequatum habuerint » (1).

Satisfactiones sanctorum nonnulli (ut DURANDUS, HENRICUS DE BITTERFELD etc.) ab hoc thesauro magis (2) minusve excludunt negantes ea esse aliud quam suffragia; eatenus enim eas esse « adminiculum, « quatenus sancti *suis meritis* et intercessione a Deo impetrant, ut fructus passionis Christi ad debita nostra spiritualia expungenda nobis per indulgentias applicetur », N. ALEXANDER, Theol. dogmatico-moralis P. 1759 I p. 469; cf. Hist. Eccles. Saec. XV. et XVI. Diss. 12 art. 15, 3 (Lucae 1734 IX p. 722) (3).

Rationes eorum sunt si sancti possunt proprie satisfacere pro peccatis, possunt eorum satisfactiones applicari ad remissionem peccatorum, id quod LEONI papae ep. 83 videtur esse haereticum (4); et patet, quia unus est alter Adam, cui homines incorporari et sic eius satisfactionum participes fieri possunt. Praeterea, si ipsi sancti eas applicare possunt, non possunt applicari a papa; nam sententia dicentium ecclesiam « succedere iure hereditario » (5) a iuridismo absolvi non potest; sanctos autem generaliter habuisse intentionem, ut omnes poenae, quas paterentur, reponerentur in ecclesiae thesauro divinare est (6). Denique, si ullo loco probari contrarium posset,

(1) De sacr. poen. disp. 27 n. 55. Aliam rationem affert MART. LEDESMA, Secunda Quartae. Conimbr. 1560 f. 374[a] : Non potest summus pontifex de meritis Christi conferre quantum voluerit, sed certam partem et de meritis sanctorum assumere potest aliam certam partem conformiter ad causam rationabilem, et non quantum voluerit. Et cum ex Christi institutione possit pontifex accipere partem de meritis passionis Christi et partem de meritis sanctorum, maiorem portionem potest capere de meritis Christi simul et sanctorum quam de meritis Christi tantum.

(2) Contra rationem, quam nonnulli afferebant : non posse dici sine iniuria Christi thesaurum ecclesiae componi ex satisfactionibus Christi et sanctorum (IO. CAPETIUS De indulgentiis tr. br. 1595 p. 103) bene reponit G. ESTIUS In l. 4 d. 20 § 5 (1680 p. 262). « Quamvis meritum passionis Christi per se abunde sufficiat omnibus peccatis et poenis abolendis, voluit tamen ille sicut meriti ita et satisfactionis dignitatem per eandem passionem suam etiam aliis communicare. Sic enim honorabitur quem rex voluerit honorare. Atque hoc est quod dicit ORIGENES homil. 24 in Num. etc. » Cf. 1 Cor 3, 9 et infra p. 231. Ceterum meritis sanctorum Christi gloria augetur.

(3) Cf. MICHAEL ep. andegav. ap. BALUZE-MANSI, Miscellaneor. l. III 99 « nos vero de omnipotentis Dei misericordia et beatae Mariae et beatorum Mauricii et sociorum eius et omnium fidelium *intercessionibus* confisi... »

(4) MALDONATUS, De sacram. II p. 330; IO. CAPETIUS, De ind. p. 101.

(5) IO. DICASTILLO, De sacr. poen. tr. 9, d. 2, dub. 4 contra LUGO disp. 27, n. 36.

(6) MALDONATUS, De sacram. II p. 327.

maxime essent CLEMENTIS VI. verba (1) Ad cuius quidem (Christi dicit) thesauri cumulum beatae Dei genetricis omniumque electorum a primo iusto usque ad ultimum merita adminiculum praestare noscuntur; at adversarii dicunt non omnium sanctorum merita, sed eorum, qui plura passi sunt quam debebant, pertinere ad thesaurum (2). Neque obstare videtur damnata propositio BAÏ 60 (3); nam non placuit, quia videtur sanctorum martyrum passionibus omnem nobis merendi et pro nobis satisfaciendi virtutem auferre; verum « tota triumphantium sanctorum communio pro nobis fundit et offert assidua suarum orationum atque satisfactionum odoramenta ante thronum Dei et Agni et ipsa nobis per s. Petri claves applicantur. Praeterea male olent haec articuli verba non proprie redimuntur nostra delicta... Nec enim ille tantummodo redimit, qui condignum redemptionis pretium donat, sed etiam qui ipsum impetrat et procurat. Nonne illi, qui redimendis apud barbaros captivis eleemosynas colligunt, in dies dicunt : nos illum aut illum redemimus? Et recte dicunt ». CHRISTIANUS LUPUS, De indulg. c. 7. Cf. etiam DU HAMEL, De poen. l. 3, diss. 3, c. 1 n. 8 (1734 I 449).

Altera sententia est indulgentias, quatenus dentur vivis, esse relaxationem poenae per commutationem unius paenitentiae in aliam leviorem ex interpretatione aequi et boni (4) nec opera praescripta esse meram condicionem (5); thesaurum (6) vero intervenire hoc modo « Quemadmodum thesaurus est in ampla familia, qui dat auctoritatem omnibus contractibus eius familiae, ita merita Christi sunt in ecclesia, quibus nituntur omnia opera bona christianorum. Nam omnes satisfactiones nostrae essent inanes, nisi accederet illis pretium ex thesauro meritorum Christi. » MALDONATUS, De sacram. II p. 332. Itaque ideo indulgentias dicitur concedi ex meritis Christi et sanctorum; ex meritis, non ex satisfactionibus, scilicet quia Christus meruit nobis omnia bona et inter haec etiam remissionem poenae temporalis

(1) Bulla Unigenitus Dei Filius 25/I 1343. DENZ.[10] n. 551.

(2) MALDONATUS, De sacram. II p. 329.

(3) DENZ.[10] 1060. « Per passiones sanctorum in indulgentiis communicatas non proprie redimuntur nostra delicta; sed per communionem caritatis nobis eorum passiones impertiuntur, ut digni simus, qui pretio sanguinis Christi a poenis pro peccato debitis liberemur ». De LEONIS X. decreto « Per praesentes », quod etiam ad hanc rem efficiendam affertur (DE LUGO, De sacr. poen. disp. 27, n. 34. 35) statim mentio fiet.

(4) GUILELMUS PARIS., De sacram. ord. c. 12 Par. 1674 t. I p. 55.

(5) Ut censet P. GALTIER in Dict. apol.[4] II p. 719.

(6) Nisi simpliciter negatur indulgentias dari « de thesauro passionis Christi et sanctorum », velut a FR. DE MAYRONIS, In l. 4 d. 19 q. 2 Ven. 1520 f. 206[b] L-N, a NICOLAO DE DINKELSBÜHL etc. Cf. N. DE ALMEYDA, Resposta a alguns reparos. Lisb. 1823 p. 21; HENR. HOLDEN, Divinae fidei anal. ap. M. Curs. theol. VI 1839 col. 836.

ac potestatem concedendi eam in ecclesia, meritis autem sanctorum, quatenus adminiculum praestant secundum dicta. Sed potest etiam dici papam disponere de thesauro meritorum Christi et sanctorum vel eum dispensare (1), vel ideo, quod e papa, qui (absolutione, non solutione) (2) aperit caelum clausum (LEO X.), pendet adeptio citior vel tardior fructus meritorum Christi, ad quae adminiculum sunt merita sanctorum. Probatur autem haec sententia his rationibus (3) :

1) Si papa applicando satisfactiones Christi per indulgentias remitteret poenam, posset per eas remittere etiam culpam. Nam nulla alia causa est, cur per sacramentum remittatur nobis culpa, nisi quia per illa nobis applicatur passio Christi. Ubi applicata sunt merita Christi, ibi gratia Christi est; ubi gratia est, ibi remissio culpae est. Remitti autem culpam per indulgentias est absurdum.

2) Sequeretur etiam ecclesiam posse instituere nova sacramenta. Nam si per indulgentias potest applicare passionem Christi eo modo, quo statuit prima sententia, poterit applicare per multa signa externa. Ea ergo signa erunt sacramenta, cum iis impressa fuerit vis remittendi peccata.

3) Sequeretur ecclesiam posse eodem modo dare indulgentias pro mortuis atque pro vivis. Consequens est falsum, quia semper ecclesia declaravit se dare indulgentias pro mortuis tantum per modum suffragii, etiam cum dicit se uti plenitudine potestatis. Antecedens autem probatur : Si ecclesia dat indulgentias vivis, applicando illis thesaurum Christi, cum hoc faciat extra sacramentum, etiam poterit eundem thesaurum applicare defunctis. Nam quod mortuos non possit ligare vel solvere, non alia causa est, quam quod non habeat potestatem ligandi et solvendi nisi per iudicium et non potest exercere iudicium nisi in eos, in quos habet iurisdictionem et quorum audit peccata. Ergo ad applicationem thesauri non est necessaria iurisdictio. Nam si necessaria esset, sequeretur non remitti peccata illi, qui baptizaretur ab alio quam a suo pastore; quod est absurdum.

4) Si ita applicaretur thesaurus Christi citra sacramenta, ut volunt adversarii, multo magis posset applicari a Christo quam a papa. Quare, cum Christus multo magis optet salutem eorum, qui sunt in purgatorio, quam papa, multo magis illis applicaret suum thesaurum, etiam papa non applicante.

5) Denique, cum homini per gratiam sanctificantem Christo capiti

(1) Cf. LEONIS X. decretum « Per praesentes » 9/XI 1518 ap. CAIETANUM III p q. 48 a. 5. vel THEODOR. A SP. S., De indulg. 1743 I 96; cf. LÉPICIER, Les ind. II 219; ZkTh 1913, 394-400.

(2) « Per indulgentias thesaurum dispensari vel per modum absolutionis indulgentiam conferendo vel per modum suffragii in alios transferendo ».

(3) Cf. MALDONATUS, De sacram. II p. 332-3; (MAUVIEL,) Précis 1800 p. 93.

unito satisfactiones Christi eo ipso applicatae sint et maneant, non solum ad tempus et ad libitum papae imputentur (1), non intellegitur, quomodo eorum applicatio ad paenitentiam impositam relaxandam ex papae voluntate pendere possit.

Nunc de modo iuvandi mortuos indulgentiis dicendum est. Sunt qui eodem modo relaxari iis paenitentias posse putent quo vivis; et, si per commutationem id fit ac sumitur paenitentiam ex intentione ecclesiae imponi disiunctive : ut vel paenitens ipse satisfaciat vel, si morte praeveniatur, alius pro eo eandem vel aequivalentem paenitentiam persolvat (2), res intellegi potest. Sed alii videntur opinati esse papam etiam defunctos absolvere posse a poenis (3); quem modum eliminant Sixtus IV et Leo X (4). Potest autem haec potestas diverso modo intellegi 1. absolvendi mortuos a poenis purgatorii; et de hac re dicit Fr. de Mayronis, In l. 4 d. 21 q. 1 Ven. 1520 f. 209[a] C-D indulgentiae dantur per modum auctoritatis et iurisdictionis; non autem habet ecclesia iurisdictionem in purgatorio; ideo error esset dicere hoc dare; nec unquam talis indulgentia fuit data. 2. absolvendi eos a poenis ecclesiasticis, quatenus fidelibus permittitur orare pro iis, qui vivi excommunicati erant et pro quibus preces non fiebant : cf. Mansi 19, 539. Ita rem explicat Goar, Euchol. 1730 p. 544; 3. absolvendi ipsos mortuos a poenis ab ecclesia impositis (5). Rursus alii

(1) Cf. W. Guettée, Exposition de la doctrine de l'Égl. cath. orth. 1866 p. 193.

(2) Cf. concilium epaunense ap. Mansi VIII 565 et Hilgers, Die kath. Lehre von den Ablässen 1914 p. 61; conc. atrebatense c. 9 Mansi XIX 443: lemovicense II Mansi XIX 539 D; Theodulphi Aurel. Capitulare M. 105, 220. Cf. p. 204 adn. 1.

(3) Cf. Dionys. Areop, De eccl. hier. c. 7, n. 7. M. 3, 580, D; Gregorius M. Dial. l. 2 c. 23 M. 66, 178; Mich. Medina, Disp. de indulg. 7, c. 34. 35 (« anima. purgatorii humana iurisdictione et imperio continentur, si Christi voluntatem attendas »); Io. Angelus O. FF. Min. ap. Du Plessis d'Argentré, Collectio iudiciore Par. 1724 I 2 p. 305 col. 2 (« animae in purgatorio exsistentes sunt de iurisdictione papae et, si vellet, posset totum purgatorium evacuare »); Juan de Argomanas, Tractado... el efecto de las indulgencias y perdones 1548 (f. XLVI[b] los biuos y los defũctos y todos son subditos d'la yglesia militãte. — Cf. Laynez, Disp. Trid. II 121 (Grisar); Io. Gerhardus, Loci theol. XV n. 133 (Preuss. t. III Ber. 1864 p. 290); H. Ch. Lea, A History of Auric. Conf. and Ind. Vol. III p. 348. 587. 357. — De Tho. Aq. cf. Ph Faber, Disp. th. de poen. 38 n. 238 (1623 p. 501).

(4) Cf. De Lugo, De sacr. poen. disp. 27, n. 57. 58; illos secuti sunt etiam Innoc. VIII., Alex. VI., Clemens VII., Iul. III, Greg. XIII. (Cf. M. Portery, Gesch. des Abl. Tr. 1853, 14).

(5) Hoc tamen fieri posse negarunt Gelasius, Ep. 4. seu Commonit. ad Festum M. 59, 27; Leo, Ep. 108 ad Theodorum M. 54, 1012; 167 ad Rusticum M. 54, 1205; Alcuin., De div. off. c. 49 M. 101, 1277; Gratianus 24 q. 2 M. 187, 1288. Formulis ab ecclesia ad « absolvendos » defunctos adhibitis nihil aliud probatur nisi ecclesiae visum esse probabile aliquam utilitatem eos inde capturos esse. Velut cum pronuntiaretur In ea potestate vel auctoritate fidentes, quam D. N. I. Ch. beato

putaverunt papam posse mortuis concedere indulgentiam per modum solutionis ex thesauro (1); sed clavis thesauri data non est papae nisi ut pastori i. e. in ordine ad pascendas proprias oves, mortui autem non sunt eius oves (2). Itaque alii negant posse papam indulgentiis proxime attingere ipsos mortuos. Existimant autem, eas dari eatenus, quatenus concedatur fidelibus ius donandi mortuo satisfactionem iis ex thesauro applicatam; sed, si ipse papa non potest thesaurum non subditis dispensare, quomodo subditus transferre potest ius suum in eos? (3); vel eatenus, quatenus operi, quod a vivo offeratur pro mortuo, concedatur vis plene satisfactoria (4); tum discrimen ab opere privato non est in ipso modo efficiendi, sed in operis pretio (velut opus, quod privatim editum satis fuisset ad 30 dies lucrandos, per indulgentiam obtinet 40 — eadem vel incertitudine vel infaillibilitate) (5); sed restat difficultas, quod antiquitus (ante finem saeculi XV., quin etiam XVI.) eiusmodi usus indulgentiarum mortuis destinatarum vix ullus (cf. ZkTh 1900, 28; 1910, 465) aut certe rarissimus fuit; animas autem relictas esse per tot saecula non recluso thesauro ecclesiae, non videtur esse verisimile (6). Sunt igitur qui dicant indulgentias mortuis concedi per modum deprecatoriae communicationis bonorum operum totius ecclesiae (7). Denique etiam eo vis indul-

apostolo tribuit dicens Quodcumque ligaveris etc... ab omni vinculo absolvimus te. M. 151, 870; cf. W. G. Henderson, Manuale et processionale ad usum insignis ecclesiae eboracensis 1875 p. 99. De Io. VIII M. 126, 816 (NB quantum fas est) cf. ZkTh 1900, 3; cf. Io. IX M. 131, 32; Steph. IX M. 143, 879; Urb. II M. 151, 209. 340; Greg. VII ap. Jaffé 250 s. In his factis explicandis audiendus videtur esse W. Palmer, Dissertations on subjects relating to the « Orthodox » or « East.-Cath. Communion. L. 1853, 127 If by the Canons she { ecclesia } has spoken outwardly a word to bind, and has measured her bond by years, months and days, it is as suitable that she should even for the dead, indulge or remit the bond, as that she sould say: « He is dead indeed (or may have died), in the bond of excommunication, and with penances unperformed, and now, though we may trust he is pardonable, it is not worth while, to rehabilitate his memory, seeing that God is Almighty, and will set all right with his soul. »

(1) Suarez, De poen. disp. 53, s. 3, n. 14; Theodor. a Sp. S. De indulg. I 399.

(2) Cf. De Lugo, De sacr. poen. disp. 27, n. 61-63.

(3) De Lugo, De sacr. poen. disp. 27 n. 66-69.

(4) De Lugo, De sacr. poen. disp. 27 n. 70. 71; Viva, De jubilaeo 1723 p. 27

(5) S. Minderer, De indulg (suppl. ad Elbel, Th. mor.) II 1763, 29-30 frustra negat hanc paritatem.

(6) Amort, De orig., progr., val. ac fructu indulg. p. II p. 297-300; 291-2. — Cf. Jan Hus, Sermo 17 de Antichr.

(7) Raymundus de Pennafort, Summa l. 3 de poen § 63. 64; Amort, De orig... II 236, qui praecipue insistit declarationi Alexandri VI. Cf. Lea, A Hist. of Aur. Conf. and Ind. III p. 17-18; Raymundus Peraudi, Litterae indulg. 1502 in ZkTh 1907, 179; cf. *ibid.* p. 365 litt. indulg. a. 1518.

gentiarum revocatur, ut non differat a vi privatorum suffragiorum nisi quatenus opus fiat nomine ecclesiae, sit actus non solius caritatis, sed etiam oboedientiae et finis ei ab ecclesia propositus sit finis publicus (1). Ceterum docet SUAREZ (2) preces, quae pro mortuis fiunt, non iuvare eos proxime nisi quatenus vim satisfaciendi habeant; impetrari autem iis posse, ut fiant aliae satisfactiones pro illis.

Apparet etiam in hac parte plurima disputari. Consentiunt autem plerique a) suffragia, preces, bona opera privata minus valere ad mortuos iuvandos quam indulgentias (3); b) ecclesiam catholicam nolle promittere indulgentias mortuis destinatas certum habituras esse exitum, cuius rei mathematicum argumentum suppeditat usus (4).

## IV

In tanta sententiarum de indulgentiis varietate et laus et vituperatio scholasticorum apparet. Negari non potest opiniones valde dubias et aliquando errores, ut de absolutionis sacramentalis vi (5), magnum ad doctrinam de indulgentiis momentum habuisse; nec mirum est rationem illam per anthropomorphismum res divinas ad humanum intellegendi modum revocandi, qua Aristoteles ipse, magister eorum, laborabat, impedimento fuisse, quominus omnino tuto ac propria doctrinae ratione in tractanda hac quaestione procederent; item, ob auctoritatem paucorum (6) scholasticos hanc vel illam opi-

(1) MALDONATUS, De sacr. II p. 348. Cf RICHELIEU, Traitté qui contient la methode la plus facile et la plus asseverée pour conuertir ceux qui se sont separez de l'Eglise. Paris 1651 p. 627 En ce monde l'Eglise remet les peines qu'elle impose, par authorité et par prières, et en l'autre, par prières seulement; les Indulgences qu'elle accorde en cette seconde façon n'estant autre chose qu'vne offrand qu'elle fait à Dieu de ses vœux, pour obtenir de sa misericorde qu'il daigne prendre luy-mesme dans les thresors spirituels qu'il luy a laissez, le payement des peines temporelles dont les pecheurs luy demeurent redeuables.

(2) De poen. d. 48, s. 5, n. 5.

(3) SIXTI IV. bulla d. d. 27/XI 1477 ap. AMORT, De orig. II p. 292-293; cf. P. GALTIER in Dict. apol.[4] II 723.

(4) AMORT, De orig. II p. 300-301; cf. GRÖNE, Der Ablass p. 139; LEA, A History III p. 359-360.

(5) Cf. MORINUS, Commentarius historicus de disciplina in administratione sacramenti poenitentiae. Ven. 1702 p 531.

(6) Quod nunc theologi catholici saepe contenti esse solent sententia Thomae Aq. eruta, deberi videtur perperam intellecto auctoritatis ecclesiasticae desiderio, optantis, ut eius via pergant, maxime in scholis dogmata exponentes, non autem, ut a posteriorum theologorum studiis abstineant, quos quaedam particularia corrigere potuisse negare quis auserit? Cf. H. PINARD in Dict. Apolog [4] I 1147-8; The Ir. Theol. Quart. XII 1917, 172.

nionem numero assentientium aequo magis commendavisse; sed mira potius est — eadem de causā — ipsa diversitas opinandi et ingeniorum agnoscendus labor et meritum.

Non omnes illae sententiae verae esse possunt. Sed qualibet electa orthodoxi impugnare possunt theologos catholicos — quorum adversarii catholici gaudebunt validos se nactos esse pugnae socios —, non tamen catholicam ecclesiam (1). Aliter dicendum est de protestantibus quorum doctrina universa a catholicae ecclesiae de indulgentiis decretis omnino discrepat negant enim traditionem (2); negant potestatem remittendi peccata (Io 20, 23), quo facto quomodo probari potest iis potestas dandi indulgentias? (3); negant bona opera; negant sanctorum intercessionem — quomodo possunt admittere thesaurum ecclesiae?; praeterea, id quod Tridentinum in proponenda ipsa de indulgentiis doctrina condemnavit, statuunt: « poenae non debentur iure divino, sed a traditionibus humanis profectae sunt » (4). Horum omnium contraria orthodoxi profitentur.

Quid tamen ipsi faciunt, cum indulgentias aggrediuntur?

Nonnumquam sententias impugnant, quas catholicus nemo docuit. Fingunt enim, ut exempla afferam, docere nos hominem ex se ipso, i. e. seorsim a Christo, posse satisfacere Deo offenso (5); satisfactionem Christi non fuisse satis magnam, si quidem statuatur Deum ideo poscere nostram satisfactionem, ut pro nostris peccatis post baptismum commissis satisfiat, cum, si id non fieret, pro iis satisfactio deesset (6); paenitentiam non habere aliam vim nisi satisfacto-

(1) « Non est de fide in usu seu concessione indulgentiae prout de facto fit, remitti poenas temporales debitas post peccatum remissum in foro Dei sive in purgatorio sive in hac vita; aut etiam ecclesiam habere voluntatem, cum concedit indulgentias, has poenas relaxandi et de facto illas relaxari... Non est de fide esse in ecclesia *potestatem* concedendi indulgentias, per quas remittuntur fidelibus poenae pro peccatis remissis debitae apud Deum ». Fr Veronius, De regula fidei catholicae c. 2 § 4 ap. Migne, Curs. th. I c. 1346.1347. Cf Z B. van Espen, Scripta omnia. Lov. 1753 I 472. 486; Henr. Holden, Divinae fidei anal. l 2 c. 6 § 3 M., Curs. th. VI 1839, 835-6; Ph. Crismann, Regula fid cath. § 237 M., C. th. VI c. 1044-5.

(2) Cf. Chemnicius, Examen decretor. concilii Trid. P IV 1590 p. 105.

(3) Ch. Hodge, Systematic theology I 1871 p. 148 « Of all incredibilities the most incredible is that God would commit such power as this, to weak, ignorant, and often wicked men ».

(4) Melanchthon; antea idem iam Io. Wiclif et Io. de Wesalia senserant. Videsis Du Plessis d'Argentré, Collectio iudicior. I 2 p. 408. 36 292.

(5) Svētlakov, Izloženīe učenīịa pravosl. cerkvi o cerkvi 1878 p. 57.

(6) Makarīj, Prav.-dogm. bog. § 227 II 1° p. 449; E. Uspenskīj, Obličit. bogosl. Ufa 1891 p. 119; Kerenskīj in disputatione praesenti (« если истинно то, что принесенная Христомъ на крестѣ жертва имѣетъ и всеобъемлющій и преизбыточный характеръ ». К вопр. о соедин. римско кат. и прав церквей. Каз. 1914 p 25) Cf. A. Bukowski, D. Genugtuung f. d. Sünde 1911, 109-10. De hoc argu-

riam (1); papam pro arbitrio nulla ratione habita dispositionis animi remittere omnes peccati appendices (2); post omnem peccati remissionem *semper* poenam remanere (3); indulgentias ad evitanda huius vitae mala pertinere (4). Quin nonnunquam ita scribunt, acsi de remittendis peccatis agatur (5). Generatim negari non potest polemistas orthodoxos non satis habere perspectam doctrinam catholicam (6).

Alias sententiae impugnantur propriae non omnium theologorum catholicorum, sed partis tantum. De hoc crimine audi A. et P. WALENBURCH, De unit. ecclesiae et schismate l. 7 c. 4 (Tr. gener. de controv. fidei Col. Agr. 1670 App. p. 242) Sunt in protestantibus, qui, ut doctrinam suam commendent, particularium doctorum catholicorum magis traducunt opiniones quam impugnant sententias. Nam quando particulares aliqui doctores hanc aut illam sententiam in unitate ecclesiae catholicae defendunt, quae non est ab universali ecclesia singulis proposita, consueverunt protestantes talibus sententiis graviter insultare et tamquam erroneas, haereticas aut etiam blasphemas traducere. Qui si considerarent, quanti facienda sit unitas ecclesiae et quanta diligentia fugiendum sit schisma, non putarent eas quaestiones esse movendas, quae iustificandae separationi non sufficiunt... Quid hoc est nisi fratres suos in schismaticis traducere et utrorumque sententiam privata auctoritate, contra iura ecclesiae, condemnare? Quid hoc est nisi temerario ausu ius universalis ecclesiae, invadere? Quid hoc est nisi illos proscribere, cum quibus vinculo pacis et unitatis in corpore Christi conectimur? etc. Fere sententiarum genus, quod altero loco posuimus (II p. 205 ss.) aggrediuntur. Velut A. SVĒTLAKOV, dum hoc modo argumentatur (7) iustitia postulat, ut pro omnibus peccatis

mento a protestantibus adhibito v. Gr. de Valentia, De satisfact. c. 3 n. 3 1610 p. 870-1.

(1) KERENSKÏJ *ibidem* посты и эпитиміи имѣютъ цѣлью исключительно умилостивлять правосудіе Божіе (p. 19).

(2) MAKARÏJ, Pr.-d. b. § 228 I 2° (ed. gall. II 542) et II 1° (543).

(3) M. GRIGOREVSKÏJ in Ҳr. Čt. 1906 II 566 s.; cf. Sl. l. th. III 322.

(4) P. SMIRNOV, Izloženïe ҳristïanskoj pravosl. vēry[6] 1895, 115.

(5) FILARET, Prav. dogm. bog.[8] II p. 188 Нечестіе, дерзость прощать грѣхи будущіе или прошедшіе, не имѣя въ виду раскаянія. Etiam KERENSKÏJ loquitur de peccatis futuris remittendis : отпускаются не только прошлые, но и будущіе грѣхи за сотни лѣтъ (p. 19).

(6) Cf. A. BUKOWSKI, Die Genugtuung f. d. Sünde 1911 velut p. 38 39; 109 111; iure dixeris illis inclamanda esse verba A. PALMIERI, Th. orth., Proleg I 306 num omnes theologi romanae ecclesiae mangones dicendi sunt veritatis christianae vel caudices peraridi? Ceterum protestantibus videntur uti magistris; cf. H. POPE in Bibl. Sacra vol. LXXI (1914), 319-30.

(7) Izlož. učenïja pravosl. cerkvi 1879 p. 57-8.

satisfiat; epitimiae autem non imponuntur nisi propter peccata gravia; ergo non habent vim satisfaciendi : manifeste sumit nos existimare paenitentiis impositis tolli poenas a Deo solo destinatas paenitenti peccatori. Item Makarïj, cum catholicorum sententiam negat secum ipsam constare, nisi etiam iis, quibus peccata baptismo tolluntur, paenitentiae imponantur (1). Diserte hoc dicit Kerenskïj in disputatione praesenti (2), qui addit ad hoc referri indulgentias (3). Non tamen omnes videntur hanc opinionem petere velle; certe Perov (4) indulgentias dicit esse remissionem poenarum ecclesiasticarum, quae pro peccatis debeantur (5).

Quin ipsa nonnullorum (6) de paenitentiarum vi mere medicinali sententia huc videtur referri posse. Nam non videntur velle theologi orthodoxi negare paenitentiam publicam in antiqua ecclesia directam fuisse ad disciplinam custodiendam (7); et hoc certe vindicantis est; primum sane vindicantis ecclesiae, sed quia quae in terra ligantur, ligantur etiam in caelo, consequenter etiam Dei (8). Ceterum commode animadvertit Mausbach in Akten des 5 internat. Kongresses katholischer Gelehrten zu München 1901, 160 Das Besserungsmo-

(1) Pr.-d. b. § 227 II 2° (ed. gall. II 533).

(2) что добрыя дѣла, посты и эпитимiи восполняютъ собою временныя наказанія, которыя долженъ понести человѣкъ за прощенныя ему грѣхи (l. c. p. 19).

(3) Cf. Uspenskïj, Oblič. bogosl. Ufa 1891 p. 119; B. Colonna Sinel., La difesa della Chiesa Greca ult. assal. da Comenido Reaixtei. Corfu 1800 p 151 etc.

(4) Rukovodstvo k obličit. bogosl.[5] Rjaz. 1900.

(5) Sunt, qui nos arguant etiam ob hoc, quod solum episcopum romanum dicamus habere ius (intellego divinum) ad conferendas indulgentias. (Filaret, Прав. догм. бог.[3] II p. 188 будьто одинъ папа имѣетъ право на произнесеніе извѣстныхъ разрѣшеній). Aliqui (velut Muzzarelli), non omnes ita sentiunt. Cf. hic adnot. 1 ad p. 201. — Ar. Vermeersch interrogatus, quid sentiret de iure episcoporum orientalium, respondit, sibi non videri eos esse subiectos disciplinae conc. lateranensis. « Car le Corpus Iuris ne s'applique à eux que lorsqu'ils n'ont pas de disposition de leur côté. Mais comme la pratique des indulgences plénières est assez recente, et que les Orientaux sont fidèles aux vieilles coutumes, j'opine que les évêques orientaux n'accordent et ne peuvent pas accorder d'indulgences plénières comme contraires à la coutume; — mais qu'ils ne sont pas tenus aux XL jours de nos évêques.

(6) Velut M Jastrebov in Trudy K. D. A 1908 I 367; T. T. Seredinskïj, Ob induljgencïjax[a] 1896. p. 14; D. N. Bernardakes, Hierà katēkesis[7] Ath. 1884 p. 175 s. Alii cautius loquuntur velut Gerasimus (Messarra) metrop. berytensis in Bess. 1911 f. 115 (a. XV) p. 181. Paucissimi epitimias ad poenas cum culpa non remissas luendas pertinere concesserunt, velut St Javorskïj. Cf. A. Bukowski, D. Genugt. 1911, 161. B. Suciu in A. II Conv. Vel. 1910, 108.

(7) Cf. Makarïj § 227 II 2°.

(8) Cf. F. Pignataro, De disciplina paenitentiae priorum saeculorum commentarius. Romae 1904 p. 72-80 et quae supra indicavimus in adnot. 2. ad pag. 200.

ment der Strafe beruht auf der stillschweigenden Annahme des Vergeltungsmomentes, da eine Strafe, die nicht als verdient anerkannt wird, nicht bessert, sondern verhärtet.

Quae cum ita sint, mirum non est, quod theologi orthodoxi, qui accuratius in rem inquisiverunt, nobiscum consentiant non esse in doctrina de epitimiis veram inter ecclesiam occidentalem et orientalem discrepantiam; velut P. Svētlov in opere Xristïanskoe vēroučenïe v apologetičeskom izloženïi I Kiev 1910 p. 192, qui auctoritatem catechismi Philaretani et usum ecclesiae orthodoxae affert (1). Quicumque sacerdotem paenitentiam iniunctam commutare posse concedit, iam concedit dari posse indulgentias (2).

## V

Sunt tamen quaedam quasi fundamenta nonnullarum de vi indulgentiarum opinionum agnita ab omnibus theologis catholicis, quae simul cum doctrina de indulgentiis et de thesauro meritorum ab orthodoxis impugnantur.

Haec igitur oportet explicari ita, ut iuste teneri ea appareat. Ceterum constat etiam de his rebus varias esse theologorum orthodoxorum sententias.

Ac primum de « satisfactione » Christi, qua nititur thesaurus meritorum, fere consentiunt cum nostris. Excipiendi sunt Sergïj { Starogorodskïj }, Pravoslavnoe učenïe o spasenïi (3), Sergïevskïj (in Pravosl. Obozrēnïe 1871), M. Vozdviženskïj (ibidem 1885-6), N. Ia. Bēliaev (Римско-католическое ученіе объ удовлетвореніи) et alii. Quorum rationem Bukowski (4) appellat rationalisticam. Kerenskïj rationalismi crimen ab iis alienum esse putat, etsi ipse aliam sententiam profitetur (5). Sed scriptores illi eo vim redemptionis Christi revocant, quo Abaelardus eam revocavit (6), quem socinianorum doctrina correcta (7) A. Ritschl secutus plurimos nactus est discipulos (8). Quam opinionem, si cum Pauli doctrina comparatur, quae

(1) Cf. ZkTh 1911 p. 510. 511.
(2) V. Append. **.
(3) Ed. 4. Spb. 1910. Cf. A. Bukowski, D. Genugtuung f. d. S. p. 25.
(4) D. Genugtuung f. d. Sünde p. 81.
(5) L. c. p. 20. Cf. P. Svētlov, Krest Xristov[2] p. 92-3.
(6) Historiam huius rationis adumbravit F. Prat, La théologie de saint Paul[4] 1913 II p. 313-4.
(7) Cf M. Goguel, La théologie d'Albert Ritschl 1905 p. 31-2 ; ceterum similiter senserunt E. F. Ch. Oertel, Versuch einer philos. Bibelerklärung 1793, 500; H. Straus-Durckheim, Théol. de la nature III 1852, 147 etc.
(8) De magna eius auctoritate v. Etudes 1903 vol. 97 p. 320; A. Garvie, The ritschlian Theology 1899 p. 32-33 ; J. Rivière, Le dogme de la Rédemption 1905 p. 18-23 ; R. Mackintosh, Albr. Ritschl a. his school 1915 etc.

neglegi non potest, contemptui auctoritatis deberi rationisque cultui nimio negari non potest, etiamsi hic vel ille locus ss. Patrum afferatur (1).

Itaque ad necessitatem reparandi peccata efficiendam accedamus. Ne mihi obiciatur « iuridismus » vel « anthropomorphismus » (2), evito vocem « satisfactionis » vel iuris violati compensationis (3), quam dicunt a TERTULLIANO iurista esse introductam. Reparationem autem ita explico, ut a iuris notione longe eam abesse pateat Peccato commisso laeditur ordo moralis (4), vera hominis ad Deum relatio tollitur; haec relatio restituenda est, ordinis moralis violatio tollenda (5). Non potest restitui solo dolore animi. Nam, ut minus aliquod tollatur, necessarium est aliquod plus; re, quae alioqui debita est, non potest prius debitum solvi (6). Homo debet se exinanire, deprimere, ut eius exaltatio, elatio tollatur; ut hoc fieri possit, antea debet fieri deus-homo (7); homini elevato hic status empiricus est status humilitatis, gradus deiectio, sicut Verbo incarnatio. Perspicuum est hoc modo evitari notiones iuridicas et notionum anthropomorphisticarum offensionis et irae fundamentum minime fictum, in ordine morali situm, proferri. Hac explicatione simul intellegitur, cur homo in peccato mortali constitutus ipse per se liberari non possit, cur opera eius mortua sint

(1) Cf. MÉNÉGOZ, Le péché et la rédemption d'après S. Paul. Par. 1883 p. 232-3; E. TOBAC, Le problème de la justification dans saint Paul, Lov. 1908 p. 151.

(2) Cf. AAV VII 208-210; RITSCHL, Rechtfertigung u. Versöhrung III p. 46 s.; HARNACK, Lehrb. d. Dogmengesch.[4] III p. 373 (« Der eifersüchtige Gott, der die Rechte seiner Ehre verteidigt — der mythologische Begriff Gottes »). Cf. F. PRAT, La théol. de s. P.[4] p. 286. V. Append. ***.

(3) FILARET, Prav. dogm. bog. II 1864 p. 149.

(4) Nolo intellegi simpliciter ordinem moralem ita, ut etiam imperfectionum reparationem necessariam ducam: hanc in medio relinquo; significo ordinem obnoxiae condicionis, quam obligatio fert, ut infra viderimus.

(5) TAPARELLI, Essai I n 134 La justice vindicative est donc tout autre chose qu'une vengeance, qu'une aveugle passion elle est basée sur une tendance essentielle vers le vrai, vers l'ordre, tendance qui est la nature même de l'intelligence humaine. Tout désordre, en effet, est une disposition des choses contraires à leurs véritables rapports c'est une fausseté, une absurdité qui répugne essentiellement à la raison; il faut donc que la raison exige un retour violent {?} vers l'ordre qui a été troublé.

(6) Cf. M. M. VOZDVIŽENSKĪJ in Pr. Ob. 1886 I 55: Его теперешнее послушаніе было уже означено грѣхомъ и конечно не могло загладить собою вину прежняго непослушанія.

(7) Itaque non ideo Deus fieri homo debuit, quod Adami « omnimoda dominationis usurpatio ab omnimoda servitute emendanda fuit per humilitatem quae esset ab omnimoda dominatione omnimoda servitutis assumptio ». GUIL. PAR., De causis cur Deus h. c. 6.

et dolor de peccatis perfectus vi careat ad ea remittenda, nisi votum sacramenti in eo includatur. Nihilominus haec non est nisi explicatio notionis, quae probari potest sine respectu huius explicationis; sive enim ita explicatur, sive aliter — iuridice vel nescio quo modo (1) — reparatio aliqua praeter animi dolorem necessaria est (2).

Afferamus argumenta. Ex scriptura s. discimus hanc esse vim incarnationis Christi in carne nostra mortali, ut peccata reparentur. Dico incarnationis; nam non per solam passionem et mortem redempti sumus (3); cf. 2 Cor 8, 9; Phil 2, 7 (4). Tamen, quia in his maxime resplenduit opus Christi et crucis symbolo (5) illustratum est, haec potissimum commemorari solent, cum de opere redemptorio agitur; maxime resplenduit *a*) mortalitas carnis — exinanitio, gloriae spoliatio, *b*) virtus moralis. Adde rationem, quam Thomas Aq. (6), affert morti adscribitur exstinctio peccatorum, quia morte exstincta est in Christo mortalis vita et prodiit corpus, cui baptismo inserimur, non aliter morientes, nisi ut renascamur. Hinc factum est, ut nonnumquam vis passionis aequo magis urgeretur (7).

Verum est, multa in scriptura s. posse explicari metaphorice et nonnulla magis « ad hominem » proponi; velut, cum dicimur sanguine Christi abluti (Hebr 9, 22. 13. 14; 1 Io 1, 7; 2, 2; 4, 10; Apc 1, 5; 7, 14); hoc enim dici cum respectu ad opinionem de vi sanguinis

(1) Nolumus dicere mystice, ut loquuntur nonnulli, velut A. TUBEROVSKĬJ, Voskresenïe Ẍristovo 1916, 112; V. V. ČETYRKIN, Apokalipsis 1916, 461. Neque enim mysticum est quod explicatur aut mysticum aliter a veritate rationis obvia differt quam obscuritate.

(2) Cf. F. PRAT, La théol. de s. Paul[4] II p. 304 n. 3; p. 291. — Quod. s. ATHANASIUS concedere videtur incarnationem non fuisse necessariam ad tollenda peccata, sufficere ad id dolorem admissorum criminum, considerandum est eum loqui in hypothesi, si natura humana corrupta non esset. Eius explicatio tamen fortasse differt ab ea, quam proposui; videtur enim reparationis necessitatem inde repetere, quod corrupta natura homo utpote diaboli captivus de diabolo victoriam obtinere non potest. — De modis explicandi rem propositis a theologis orientalibus cf. SEB. KUMENITES, Dogmatike didaskalĭa 1703 p. 74-75 etc. — Cum nostra explicatione videtur convenire ea, quam ep. MIẌAIL, reiciens iuridismum catholicum et tamen ab explicatione, quae in solo momento morali et vi ex opere Christi in nos redundanti sistit, abhorrens indicat : Надъ евангеліемъ[3] XXIII; cf. AAV VIII 212.

(3) Quidquid fingunt V. I. NESMĚLOV, Nauka o čelověkě[2] II 305. 310; V. V. ČETYRKIN, Apokalipsis PG 1916, 460-2.

(4) SUAREZ, De incarn. disp. 4, s. 4, n. 44; van NOORT, Tract. de Deo Redemptore[2] 1910 p. 104 (n. 151); Ios. MÜLLER, De Verbo incarn. II (1912) p. 123; JEAN RIVIÈRE, Le dogme de la rédemption P. 1914, 313.

(5) Cf. IGN., Eph. 9, 1; IREN., Demonstr. I 34 etc.

(6) Summa th. III q. 56 a. 2.

(7) CYRILLUS HIEROS. Catech. XIII 1 M. 33, 772.

purgantis, qua Hebraei gaudebant, ut appareat bona N. T. eminenter continere bona V. T., satis intellegitur (cf. Levit. 17, 11 ss.; 14, 25. 51; 16, 18-20) (1).

Tamen loci idonei ad probandum quod intendimus non desunt.

Is 53, 5-6 (cf. 1 Cor 15, 3) Christum dicitur perforatum esse propter peccata nostra; Jahve posuit super eum iniquitatem omnium nostrum. Nexus causalis statuitur inter peccata nostra et passionem Christi. Hoc per se intellegi potest de suscepto propter peccati originalis effectus statu, per quem homini *lapso* similis fuit Christus excepto peccato, ut in *hoc* statu vinceret mundum et diabolum; sed apparet, maxime alteram sententiam non posse nisi violenter eo trahi; multo probabilius explicari hunc locum de necessitate restituendi ordinem laesum, quod factum est per passionem quoque, in qua hoc munus maxime resplendet.

Is 53, 12 Portavit peccata multitudinis et intercedebat pro peccatoribus. His verbis aliquod munus Messiae significatur pertinens ad peccata et peccatores. Ac potest hic locus referri simpliciter ad munus incarnationis perducendi genus humanum ad salutem non obstantibus eius peccatis. Sed negari posse non videtur probabilius ea verba explicari de reparatis per vitam Deo gratam peccatis hominum; ita enim imago, qua poëta usus est, facile intellegitur et a legentibus intellecta est.

Is 53, 10 Obtulit vitam suam in sacrificium pro peccato. Haec comparatio non videtur alio referri posse nisi ad peccata reparata per vitam Deo non minus acceptam quam sacrificium Deo gratum haberi solet.

Obicit Joh. Weiss (2) Iudaeos nihil scivisse de morte Messiae, nedum de morte expiatoria (3); et probat Paulus, qui certe doctrinam Iudaeorum optime noverat (Kenner des Judentums und vieler seiner Geheimtraditionem) dicit doctrinam de crucifixo Iudaeis fuisse scandalum. At Iudaeos non intellexisse prophetiam satis constat ex evangeliis. — Obicitur praeterea hos locos non referri ad Christum. At nemo alius inveniri potest, ad quem referantur; quod enim nonnulli Israëlem significari volunt, — quis unquam propheta Israëlem innocentem fuisse dicere ausus est? Ceterum vide de hac quaestione A. Condamin, Le livre d'Isaïe 1905 p. 325-44. Prophetiam veram esse orthodoxi certe agnoscere debent propter traditionem; et agnoscere possunt omnes, quicumque providentiam divinam et historiae philo-

(1) Contra Četyrkin, Apokal. p. 462.

(2) ARW XVI 1913 p. 472.

(3) Cf. Stanton, The Jewish and the Christian Messiah 1886 p. 122 s.; Schürer, Gesch. des jüd. Volkes[3] 1898 II 554 ss.

sophiam admittunt; per prophetas enim divinae ideae providentiae conformantis historiam mundi enuntiantur (1).

Mc 10, 45 (cf. 1 Tim 2, 6) dicimur pretio mortis redempti. Haec verba IOH. WEISS (2) negat esse historica, quippe cum non conveniant cum Christi gestis in horto Gethsemani et desint apud Lc (22, 25 ss.), apud quem item verba cenae secundum antiquissimam loci formam (in qua 22, $19^b$.20 desunt) omnino aliam vim habeant — mere valedicentis sint, sine ullo vestigio indicatae mortis piacularis (3). Sed saltem de veritate illis verbis enuntiata orthodoxis dubitare non licet. Concedendum autem est, λύτρον ἀντί non referri ad ἀντάλλαγμα Mc 8, 37, nec significari hac voce substitutionem (4). Verum hoc modo argumentari possumus : Christus potuit christianos sibi acquirere (5) (sicut Deus populum electum) (6) vel eos liberare (sicut Deus populum suum) morte sua vel propter doctrinam et exemplum et incitamentum iis datum vel propter reparationem peccatorum eorum (7). Atqui, si ageretur hic de vi subiectiva (morali), non de obiectiva (reparatoria), intellegi non posset, cur notiones διακονῆσαι et δοῦναι τὴν ψυχὴν αὐτοῦ λύτρον ἀντὶ πολλῶν hoc modo conexae essent. Nam si altera pars de vi morali intellegenda est, est vere pars τοῦ διακονῆσαι, ut bene dicit H. H. WENDT (8), non aliquid novi, quod extra notionem serviendi situm sit, est exemplum industriae eiusdem, etsi « maxima manifestatio demissionis propriae » ; sicut enim alias exemplo suo onus facile reddebat, ita etiam morte. Iam vero hoc posito in sententia enuntianda non potuit διακονῆσαι separari a δοῦναι eo modo, quo id apud Mc. scriptum est; ut illud significaretur, dicendum erat circiter hoc : διακονεῖν, ὑπὲρ πολλῶν τά τε ἄλλα κακὰ καὶ τὸν θάνατον δεξόμενος.

Io 1, 29 (cf. 19, 36; 1 Cor 5, 7; 1 Petr 1, 19) Christus vocatur agnus Dei, qui tollit peccata mundi ὁ ἀμνὸς τοῦ θεοῦ, i. e. praedictus vel provisus a Deo ipso in victimam (Gen 22, 8). Nec nostra interest,

(1) Cf. F. MICHELIS, Renan's Roman vom Leben Iesu² p. 51.

(2) ARW XVI 1913 p. 440.

(3) Cf. de hoc Marci loco C. VAN CROMBRUGGHE, De soteriologiae christianae primis fontibus 1905 p. 67-112 ; LAGRANGE, Évangile selon Saint Marc 1911 p. 266.

(4) Cf. PRAT, La théol. de s. Paul⁴ II p. 287.

(5) Act 20, 28.

(6) Cf. Ex 15, 16; Ps 73 (74), 2.

(7) Si quis dicat mortem Christi eatenus vim habuisse ad tollenda peccata, quod Iudaei sua opinione ducti putarent expiationem esse factam itaque ad honestatem redirent, et hoc fuisse Christi propositum (quemadmodum condonatio peccatorum Christo facta a nonnullis explicatur : cf. H. J. HOLTZMANN, Lehrb. der neutestamentl. Theol. 1897 I p. 235), etiam hoc ad subiectivam vim pertinet. — Crucis mysterium pertinere etiam ad docendum et movendum nemo negat.

(8) Die Lehre Iesu p. IV c. 3.

utrum haec verba sint Ioannis ap. necne (cf. WELLHAUSEN, SCHWARTZ etc.); nam inter nos et orthodoxos constat, in rebus fidei non posse verba scripturae continere errorem. Cum agnus appellatur, hoc refertur aut 1) ad agnum paschalem, ut docent GEBHARDT, ZAHN in h. l., ČETYRKIN (1) etc.; et tum verum est ritum paschalem agni mactandi non habuisse naturam piacularem, neque sanguine agni ullum foedus obsignatum esse (2); nec dicitur (id quod urget SABATIER) (3) « qui portat » sed « qui tollit » peccata; tamen, cum hic agnus in relatione ponatur ad tollenda peccata, non potest sisti in liberatione ex Aegypto, sed nihil aliud significari potest, nisi mundum ab ira et vindicta divina peccatis merita liberari per Christum, sicut Iudaeorum domus per agnum, cuius sanguis foribus erat illitus, liberabantur; iam vero, si Christus ab ira et vindicta divina homines liberabat solum doctrina, exemplo, amore, eiusmodi imago nemini in mentem venire potuit. Aut hoc 2) refertur ad Is 53, 7 ut vult BEISER in h. l. (4); et tum confirmatur Isaiae doctrina (5). Aut 3) id refertur ad immolationem (« qui portatur ad *victimam* » Ier 11, 19) agnorum usitatam (Ex 29, 38) ut imaginem renuntiationis sui ipsius (6); unde ipse Is 53, 7 sententiam sumpserit; et tum per relationem ad peccata sacrificium propitiatorium clare indicatur; cui in Christo non potest respondere exstinctio peccatorum per doctrinam, exemplum, incitamenta, sed per id, per quod ira Dei lenitur vel tollitur, quae est reparatio peccatorum. Aut 4) id ad haec omnia referendum est, ut vult WESTCOTT in h. l. et etiam sic argumentum stat. Aut denique 5) primitus nihil aliud significabatur nisi dux gregis cornibus eum defendens ut vult Spitta (7) et sententia immutata est additis verbis de tollendis peccatis; sed etiam tum sententia scribae aliquo ex dictis modis concipienda, necessario vera esset.

2 Cor 5, 18: Deus reconciliavit nos sibi per Christum; cf. Rom 5, 10; Col 1, 22. Etiam hoc videri potest trahi posse ad significandum Christum morte praeclare tolerata nobis impulsum dedisse aptum ad corda nostra ita movenda, ut mundo moreremur et novam vitam incoharemus et ita Deo reconciliaremur; ad quam explicationem confirmandam afferri potest illud Rom 3, 25 ὃν προέθετο ὁ θεὸς ἱλαστήριον διὰ πίστεως, ἐν τῷ αὐτοῦ αἵματι; ex quo loco cognoscitur potuisse Pau-

(1) Apokal. sv. Ap. Io. Bog. 1916, 459.

(2) Cf. LAGRANGE ad Mc 14, 24 p. 355. Primitus tamen aliter rem fuisse tenet SVEN HERNER, D. Opfermale nach dem Priesterkodex. Lund 1911, 38.

(3) La doctrine de l'expiation. Paris 1903 p. 40.

(4) Cf. J. F. BLANC, L'Agneau de Dieu. R. 1913 p. 10.

(5) αἴρειν posse significare suscipere H. HOLTZMANN, in h. l. defendit.

(6) Cf. ORIGENES In Io l. VI c. 51-52 (32-34) Preuschen p. 160-1.

(7) Das Johannesevangelium als Quelle der Geschichte Iesu. Gött. 1910 p. 32.

lum indicato fine omittere medium, quod alibi commemorat. Eodem modo etiam Gal 2, 21 explicari potest, etsi tum alicui videatur Pauli argumentum non esse satis firmum (1). Quin etiam 2 Cor 5, 21, cuius loci sententia alia esse non potest, nisi Christum factum esse membrum familiae peccatricis, ut nos fieremus iusti in ipso. At 1) ad Rom 5, 10 (κατηλλάγημεν) bene docet Th. Zahn (2) : Während sie noch feindlich gegen Gott gesinnt waren und tatsächlich Krieg gegen ihn führten, hat Gott sie in ein Friedensverhältnis zu sich versetzt. Damit ist auch schon gesagt, dass darunter nicht eine Umstimmung der Feinde Gottes zu freundschaftlicher Gesinnung gegen Gott [zu verstehen] ist. Dies würde sich aber auch damit nicht vertragen, dass das καταλλαγῆναι im Tod Christi sich vollzogen haben soll, also in einem Ereignis der Vergangenheit, nach welchem Pl und viele mit ihm noch Jahrelang in ihrer Feindschaft gegen Gott beharrt haben ; 2) Rom 3, 25-26 propter contextum, imprimis propter illud « ad ostensionem iustitiae suae » non potest aliud significare nisi Deum Christo proposito in cruce tamquam signo propitiatorio et expiandis peccatis consuluisse, ut debitores liberare posset, qui credentes huius reparationis fructibus uti vellent, et iustitiam suam, cuius est reparationem poscere, historice ostendisse (3).

Ad haec omnia argumenta confirmanda adde 1) Iudaeos in opinione sua de mortis ac passionis iustorum vi propitiatoria (et insuper de malorum operum per bona reparatione (4) aliter verba illa quae attulimus intellegere non potuisse, nisi de propitiatione pro peccatis, qua Deus offensus reconciliaretur (5). 2) Si apostoli nihil nisi moralem vim operi Christi tribuissent, legem tollere mosaicam ausi non essent; nisi existimassent salutem per Christum modo obiectivo obtentam esse, lex necessaria ad salutem dicenda erat (6).

Patrum locos, quibus idem probatur, afferre longum est. Malumus indicare sententias patrum graecorum, quibus omnia elementa doctrinae continentur, quam his verbis comprehendimus ; Christus carnem

(1) Cf. D. Palmieri in h. l. p. 91-2.

(2) 1910 p. 258-9.

(3) Cf. Makarij, Pr.-d. bog. § 127 II (ed. Gall. II 22).

(4) Cf. F. Weber, System der altsynagogalen paläst. Theol. § 71 p. 316-320.

(5) Cf. H. Schultz, Alttestam. Theol.[4] p. 355 s. ; H. J. Holtzmann, Lehrb. der neutest. Theol. 1897 I 65 ; J. Rivière, Le dogme de la Rédemption 1905 p. 35-37.

(6) Cf. H. F. Hamilton, The people of God 1912 II p. 32. — Omittimus quaestionem de singulorum (etiam eorum qui ante Christum fuere), non solum generis humani salute per Christum obtinenda (cf. L. Laberthonnière, Le réalisme chrétien[3] 1904, 89-90) ; pariter omittimus argumentum psychologicum a priori e Rom 6, 2-7 ; cf. C. Clemen, Religionsgeschichtl. Erklärung d. N. T. 1909, 172.

nostram mortalem induit, ut peccata nostra repararet (1) eo (2), quod ipse poneret actiones infiniti meriti (superantes nostra peccata) (3) et simul fieret novum caput, cui membra generis humani per baptismum incorporarentur (4) ita, ut (vi solidaritatis) (5) eius actiones essent actiones nostrae (6).

Haec autem incorporatio fit eo, quod per generationem e Spiritu Sancto homines fiunt id quod Christus : filii Dei (7). « La justice de Dieu s'étend du Christ sur les hommes, lorsque ceux-ci, par la filiation adoptive, revêtent la nature divine » (8).

Ad haec liceat unius Syrorum scriptoris verba addere : APREM in Evangelii concordantis expositione (Ven. 1876) scribit : c. 4 (p. 48) : Quemadmodum damnatione unius Adami omnia corpora mortua sunt et morientur, ita *victoria* huius unius corporis Christi tota ecclesia vixit et vivet; c. 19 (p. 222) *Compensavit* damnum aviditatis, qua Adam mandata : Dei transgressus est; (p. 232) : Per Filium debita, quae facta erant, solvebantur; (p. 233) Cuiuscumque in corpore signum Adae primi apparuit, huius corpus esca fuit mortis; qui autem signum Adae alterius portat, dominus est mortis et victor eius.

Quomodo etiam ii loci intellegendi sint, quibus patres non raro (etiam APREM p. 48) praecipue vel solum de Christi victoria, qua *mor-*

(1) HIPPOLYTUS, In cant. magn. frgm. II (Achelis p. 83 venit, ut salvaret hominem victum, eo quod assimilaretur ei; et quidem salvare, liberare de servitute per *suam* oboedientiam); cf CLEMENS ALX., Protrept. XI. M. 8, 228 9, STÄHLIN p 79; CYRILLUS ALX., De adorat. in spir. et ver. 3 M. 68 col. 296 A.

(2) BASILIUS SELEUC., Or. 39, 3 M. 85, 432, D; IREN. V 16, 3 HOLL p. 77 78; V 21, 2 HARVEY II p. 383; GREGOR. NYSS., Antin. adv. Apollinarem M. 45, 1165, B; CYRILLUS HIEROS. Cat. III 33. M. 33, 813, A; cf. IREN. III 18, 5 HARVEY II p. 100; ATHANASIUS, De certam. Severi ed. J. Goodspeed (P. Or. IV) p. 660 etc.

(3) CYRILLUS HIER., Cat. III 33 M 33, 813 A.

(4) 1 Cor 12, 13; METHOD., Conviv. III 8 M. 18, 73 B. C; cf. CYR. ALX., In 1 Cor 12, 12 M. 74, 889, A.

(5) ὡς σύσσωμοι ATHAN. Or. 2, 61. M. 26, 277, B; σύσσωμοι γεγονότες CYR. ALX. In 1 Cor 12, 12 M. 74, 888-889; ὡς κεφαλὴ τοῦ παντὸς σώματος GREGOR. NAZ. Or. 30, 5 M. 36, 108-9; ἵνα ..εἰς ἀδελφότητα εἰσαχθῶμεν GELAS. CYZIC. in Act. conc. Nic. l. II c. 23 MANSI II 72; cf. etiam B. WEISS, Der Hebraeerbrief L. 1910 p. 78 etc.

(6) IREN. V 16, 3 Holl p. 78 : ἐν μὲν τῷ πρώτῳ 'Αδὰμ προσεκόψαμεν μὴ ποιήσαντες αὐτοῦ τὴν ἐντολήν, ἐν δὲ τῷ δευτέρῳ 'Αδὰμ ἀποκατηλλάγημεν ὑπήκοοι μέχρι θανάτου γενόμενοι.

(7) MACARIUS, Hom. 30, n. 2. 3 M. 34, 721, C. D; cf. CLEM. ALX., Paedag. l. 1, c. 6, n. 26 Stählin p. 105; Io. Chrysost. et Theodoret. in Gal 3, 27 M. 61, 656; 82, 484, C); etiam Acta Pauli 4, n. 3 (ap. Hennecke p. 379 : resp. Pauli ad Cor. v. 8); APRAHAT, Dem. 6, n. 14 Graffin p. 294 etc. — Cf. THO. AQ., S. th. III 62 a. 1.

(8) F. PRAT, La théol. de s. Paul⁴ II p. 295. — His non negatur Verbum humanam naturam suscepturum fuisse, si homo non peccasset.

*tem* superavit, loquuntur, ex eodem doctore cognoscimus morte totam corruptionem significari, qua homo in hac terra premitur « Contemplare ergo, quomodo per omnes hominis aetates vivus *mortem* superare et confundere voluit : ... factus est puer, et in disciplina, cui se subiecit, mors ei perturbando impar fuit. Factus est iuvenis, et per appetitus suae iuventutis mors ei scandalum ponere non potuit. Factus est doctus et per versutias eum vincere nequivit. Factus est magister, et in veritate, quam docebat, non potuit eum arguere » etc. (p. 48) (1).

## VI

Reparatio, quam his argumentis satis effecisse nobis videmur, a Christo non ita facta est, ut homines tamquam homines eius participes sint (2), sed applicari singulis debet. Hoc quidem a Russis nusquam diserte negatur; verum argumenta, quibus ad impugnandas indulgentias nonnumquam utuntur, possunt saltem ita intellegi, licet egomet ea aliter interpreter. Ceterum facile res probatur ex locis patrum, quos indicavi, et ex eo, quod constat omnes homines nasci in peccato, sacramenta baptismi et paenitentiae esse necessaria ad iustificationem.

Quodsi quaeritur, cur hoc ita sit et quomodo fieri possit, ut reparatio Christi nobis applicetur, iam in iisdem patrum sententiis responsum vidimus.

Applicatio reparationis igitur fit eo ipso, quod renascimur — sive per baptismum, sive per paenitentiam (3). — Sunt autem aliae quoque res, quibus haec efficientia tribui potest — non tamen formaliter sed impetratorie. Huc maxime pertinet missae sacrificium, in quo ecclesia (saltem per sacerdotem) cum Christo capite etiam mente atque corpore modo nostrae naturae empiricae convenienti (4) — coniungitur ad colendum Deum. Et hinc videtur repetenda esse vis liturgiae ad iuvandos defunctos, quam orthodoxi quoque pro re explorata semper habuerunt (5).

(1) Cf. Hymn. ap. GRENFELL et HUNT, Amherst Papyri I 1900 p. 23-8 v. 8 : θανάτου τριτόπημα τελέσας.

(2) Loci Patrum, quibus contrarium dici videtur (velut THEODOR. ABUCARA, De luctat. Christi cum diabolo M. 97, 1525, A) certe premendi non sunt.

(3) Cf. Sl. l. th. II 63 ; III 106; ISAAC NINIVITA Serm. 1. ed. Chabot 1892 p. 5.

(4) Aliter atque in caelis ; cf. DIONYS. BAR ŞALĪBĪ, Expos. liturgiae. Par 1903 p. 99.

(5) Velut cum Artemio hegumeno obiceretur, quod docuisset « пѣть панихиды и обѣдни по умершимъ нѣтъ пользы, этимъ они не избудутъ муки ». Cf. GOLUBINSKIJ, Ист. р. ц. II 834. — MITROFAN, Какъ живутъ наши умершіе I (Spb. 1897) p. 111 ss.

Sed Christo capiti debet esse conforme reliquum corpus. Si res abstracte consideratur, potest quaestio poni, cur postquam redempti essemus, non simus reducti in statum paradisi (vel caeli, sicut infantes morientes post baptismum), sed relicti in hoc statu empirico, pleno pugnae, doloris, mortis. Prof. KERENSKÏJ a me interrogatus, quomodo ad eiusmodi quaestionem responderent theologi orthodoxi, nihil aliud scripsit nisi haec Такъ какъ и послѣ оправданія наклонность ко грѣху остается и въ оправданномъ человѣкѣ, то послѣдній пребываетъ въ эмпирическомъ состояніи дабы обладая свободною волею, съ помощью благодати Божественной онъ могъ преодолѣвать присущную ему наклонность ко грѣху и черезъ это пріобрѣтать право на блаженную жизнь. Sed apparet hanc non esse ultimam rationem. Itaque dico ut coniungeremur Christo ita, ut ipsius reparatio posset esse nostra, necesse erat nos cum eo coniungi in eo statu, in quo ipse reparationem facere potuit. Atqui non potuit eam facere nisi in carne mortali. Nam reparatio fieri debet ab eo, qui peccata commisit; genus autem humanum peccato commisso ex vita supernaturali exciderat et consequenter omnibus donis, quae cum ea conexa erant, privatum erat; quapropter reparatio fieri debebat ab homine posito in statu empirico (1) et Christus, ut fieret membrum generis humani hoc debito obstricti, debuit induere carnem mortalem (2) et debuit pati et mori (Lc 24, 25.46). Si ad reparandum non esset necessarius status creaturae, in quem lapsa est, ipse Adam, a Deo in paradisum reductus, reparare potuit peccatum suum, sicut nos peccata levia (3) reparamus actu aequivalenti. Verum tamen est, reparationem non fieri sine Dei auxilio sicut enim materia non sine Dei interventu has formas, quas videmus, induit, quibus conditis homo in hunc mundum intrare potuit, ita genus humanum, quod post lapsum in multitudinem individuorum absolute impotentium abiisset, nisi Deus intervenisset, per saecula a Verbo, illuminante omnem hominem venientem in hunc mundum, praeparabatur, ut Christus in id intrare posset. Sed hic interventus pertinet ad redimendum, non ad reparandum.

Itaque interroganti, cur patiamur, respondendum est cum PRAT Jésus-Christ ne nous rachète qu'en s'identifiant avec notre race, et nous n'avons part à sa rédemption qu'en nous identifiant avec lui (4).

(1) Cf EUSEB. ALX., Sermo de incarn. Dom. M. 86, 329 C etc.

(2) PACIAN., De similitudine carnis peccati ed. Morin in Études, textes, découv. I 1913 p. 126.

(3) De hac THOMAE AQ. sententia cf. quae exposita sunt in Sl. l. th. IV 133.

(4) La théol. de s. Paul[4] II p. 276. Unde patet quam falsum sit inferre : A superabundant penalty for all men or for the elect having been paid, neither could faith be justly required nor sin regarded as an impediment to salvation : J. K. MOZLEY,

Haec est ratio solidaritatis a Paulo in notionis xerem locum subdita (1). Hanc esse doctrinam Pauli apparet e Rom 8, 17; 1 Cor 12, 26; 2 Cor 1, 5; 4, 10; Phil 3, 10; Col 1, 24 (2); cf. Gal 6, 17; 1 Pet 2, 20-21; 4, 13; PRAT, La théol. de s. Paul[4] II 427.

Dices : secundum Rom 8, 17 causa alia adest. Ibi enim dicitur Deum velle nos cum Christo pati, ut glorificemur cum Christo (3). Inde efficitur, nos ideo iam in hac vita consortes fieri divinae naturae, non demum post mortem, ut operis redemptorii participes esse possimus. At dicendum est, molestias nostras referri ad gloriam futuram eatenus, quatenus, ut ea patiamur, postulatur in nostro statu empirico ad hoc, ut mandata observemus. Naturae autem divinae participes fimus iam in hac vita, quia sine filiatione (« adoptiva ») non possumus fieri id quod Christus est — ideoque nec ei incorporari. Alia quaestio est, si quaeritur num homo redemptus esset, si Adamo ipsi nullius redemptionis munus commissum fuisset, aut si per Christi redemptionem cooperationis in redemptione copia homini non esset facta, numque homines hac ratione dici possint ideo divinae naturae communione in terra frui, ut operis Christi socii sint; sed id nostra hic non interest.

Instabis : si ponitur gratiam sanctificantem dari hominibus non ut participes sint operis Christi, sed ut Christo incorporari et eius reparationis participes esse possint, non intellegitur, cur Adam gratiam sanctificantem habuerit; habuisse enim eam dicendus est ideo, quod ultra munus creaturae commissum ei erat munus vincendi diabolum et per hanc victoriam perducendi hanc materiam plenam corruptionis ad gloriam, qua per diabolum privata esset, quod munus, cum Adam defecisset, translatum est in hominis Redemptorem (4).

Respondeo negandum esse eandem fuisse causam ornandi hoc dono hominem viatorem in paradiso atque in terra. Adamo sit datum ideo,

The doctrine of the atonement. L 1915, 218 Hoc enim sensu verissimum est quod SVĒTLOV dicit, Kurs apol. bogosl.[2] 1905, 236 Искупленіе достигается не однимъ только удовлетвореніемъ за насъ правдѣ въ Іисусѣ Христѣ, но и личнымъ участіемъ каждаго въ этомъ искупительномъ дѣлѣ Христовомъ, въ силу чего усвояется намъ послѣднее Cf. SVĒTLOV, Krest Xristov. K. 1907, 448 56; VL. SOLOVIEV, Opravd. dobra[2] 1899, 433-4 (cf. Museum. Brno 1904, 232).

(1) Cf. L. DELPORTE in Церк. Вѣстникъ 1914 N° 8 c. 244; in Rech. de science relig V (1914) p. 309. 337. De 2 Cor 5, 14. 15 cf. PRAT, La théol. de s. P.[4] II 292 3 — Ratio solidaritatis non ignoratur a theologis orthodoxis, sed non exhauritur cf. FILARET, Prav. dogm. bog. II 1864 151.

(2) Cf. ORIGEN. In Rom 8, 17 (l. 7 n. 3) M 14, 1107.

(3) Cf. ZAHN in h. l

(4) Cf. Rom 8, 21-23 THOM AQ., Quodl. 5. a 7 ad 1; Česky Slov. Bohov. I p. 425.

quod cum diabolo ei pugnandum erat, quod mundi huius corporei salvandi munus ei commissum erat, sive quod id munus aliquo modo divinum fuit sive quod deificatio afferens alia dona victoriam faciliorem fecit. Sed enim Adam naturae divinae communionem non habuit per incorporationem in Christum, nos autem aliter eam habere non possumus.

Instabis rursus Filiatio adoptiva fit per generationem e Spiritu S. nec aliter fieri potest, quia natura humana ad divinitatem elevari debet ut adoptari possit. Atqui ut homo fieri posset Deus, debuit Deus fieri homo et huic singuli incorporari.

At etsi elevatio creaturae videtur in intentione divina fuisse posterior quam Verbi cum natura humana coniunctio, tamen non apparet, cur conexio illius cum hac debuerit esse ea, ut elevatio fieri non posset nisi per incorporationem in Deum hominem (1). Ceterum multum interest in hac re, quid sentiendum sit de causa finali nostrae elevationis, qua de re videsis RYBÁK in Th. Pr. Q. 1912. Sed his quaestio satis videtur illustrata esse.

Actiones igitur, quae hac ratione participatio operis Christi vocari possunt, vim habent reparatoriam (2). Fatendum est non facile ostendi locis e Paulo allatis significari participationem operis Christi vim quoque habere reparatoriam (3). Sed hanc fuisse sententiam eius manifestum est e 1 Cor 11, 30-32 (4).

## VII

Hinc ducimur illico ad novam quaestionem — de operibus supererogatoriis. Eo ipso enim, quod redempti ut a peccato liberi, effectus peccati originalis portant, versantur in statu humilitatis comparando cum Christi incarnatione in carne mortali, quo munus Deo serviendi, creatis mentibus singulis in statu normali seu integro incumbens, transcenditur. Incumbit nobis munus, ut simus redemptores et hoc ex ipsa notione aliquid supererogatorium est. Quamquam in controversia, quam hic aggredimur, non haec supererogatoria versantur, quae simul sunt — assensus nostri ratione non habita — nobis imposita. Nec polemistae catholici nec orthodoxi hoc modo rem, quae in controversiam vocatur, intellegunt. Tamen hoc ipsum agitur

(1) Cf. BONAVENT. In l. 3, d. 13, a. 2, q. 3.

(2) Negatur hoc v. c. ab ep. STEPHANO, Prav. xr. nrav. učenie. Mog. 1907 II 73-4. 196.

(3) Cf. LIGHTFOOT in Col 1, 24.

(4) Cf. F. PRAT, La théol. de s. Paul[4] II p. 428. — Cf. LEPICIER, Les indulgences I 45-47.

in quaestione de indulgentiis, num iustorum opera supererogatoria sint, ut reparatoria esse possint. Iam vero dico omnia nostra opera bona, quae a iustis fiunt, supererogatoria sunt, quatenus et quia reparatoria sunt; quia reparando superatur debitum eius, qui reparatione non indiget. Reparatorium autem est quodvis eiusmodi opus quia 1) est aequivalens operi contrario (malo) et 2) fit in statu iusto viliore, quatenus haec est condicio necessaria ad id, ut alieno muneri vicarii succedere possimus (cf. p. 228) et 3) quia haec vilis condicio, ut qua primigenium seu originale munus redemptorium restitutum sit, non imponit nobis solum, ut voluntate Deum amplectamur, sed etiam ut pugnemus, quod est plus quam ea condicio poscit, quae ex puris et integris rebus creatis homini provenit.

Neque enim putandum est opus mandatum totam vim reparatoriam consumere in reparando omissionem (si nempe mandatum neglegeretur), i. e. in observando mandato (1); quapropter non posse eo reparari omissionem operis alius; pugnam enim, quae nobis in terra facienda sit, nequaquam ultro suscipi sed imperari. Nam Dionysium Cisterciensem, qui negavit alia opera merita esse nisi voluntaria (2), nemo, quod sciam, theologus secutus est (3). Sane, si ei assentiendum esset, dubitari oporteret de tradita nobis notione redemptionis a Christo factae. Christus enim Salvator natus est — per incarnationem in carne passibili; itaque — quidquid Esparza, Haunoldus, Holzklau, Petavius, Platelius, Rayé etc. contra dicunt — liber non erat, ut redemptionem posset nolle, sed quemadmodum nos munus nostrum redemptorium suscipere debemus, ut salvemur, ita ipse Christus suum munus suscipere debuit, ut voluntati divinae obsequeretur. Quodsi sumis scientiam, qua humana Christi voluntas regebatur, circumscriptam non fuisse, illud, quo reparationem facere potuit, mandatum ei fuisse dicendum est; mandatis igitur operibus reparanda ei erant nostra peccata (4); sin aliud sumis (5), haec quidem ratio deficit et cogitari videtur posse, Christum aliis actionibus nos non redemisse nisi altioris perfectionis. Tradita tamen redemptionis notio cum oboedientia a Christo Patri exhibita coniuncta est; et quamquam aliis locis praeceptum Patris intellegi per se potest sensu latiore, quo Christus obligatus

(1) Cf. Io Basilius, Resp. 1570 supra ap. R. Berger n. 243 p. 166 (1).

(2) L. 3, q. 2, a. 3; q. 3, a. 2, concl. 8.

(3) Ante eum eadem sententia non occurrit nisi ubi res strictim tantum attingitur, velut ap. Tertull. Exhort. c. 3 (« non tamen promereris »); cf. Schultz in Th St K 1894, 24 ss.

(4) Cf. Io. Chrysost. In Rom 15, 3 licebat ei nihil pati...

(5) Qua de re cf. Jules Lebreton, Les origines du dogme de la Trinité 1910 p. 447-469; Jos. Marić, De agnoëtarum doctrina. Argum. patristicum pro omniscientia Christi hominis relativa. Zagreb 1914.

non sit, certe Io 15, 10 ita explicari non potest; quare saltem ea cognitio muneris messianici in Christo statuenda est, qua ei persuadebatur officium suum latissime patere (1). Praeterea si quis contendat actionibus perfectionis voluntariae opus fuisse, infimus certe perfectionis mandato non postulatae gradus satis fuisset ad reparandum; atqui is in concreto in quavis mandati exsecutione inveniri poterit.

Dices si hoc verum est, possum peccata alterius reparare, etiamsi eum non paeniteat peccasse neque Christi reparatio ei erit proxime necessaria.

At ad id, ut alteri prosit mea reparatio, necessarium est eum esse in eodem corpore; quod non fit nisi per aggregationem ad caput; quo facto sane reparatio mea supervacanea est. Sed inde nihil efficitur nisi sententiam, qua eiusmodi reparatio humana ad aliorum poenas pro peccatis debitas expiandas statuatur, a veritate esse alienam. Posse tamen homines (vel si vis deos-homines) reparationem facere operibus mandatis, superabundanter sane, cum vel ipsa Christi propria reparatio superabundans fuerit, eosque pro aliis posse actiones exsequi ab ecclesia ad satisfaciendum pro peccatis eorum impositas, integrum manet.

## VIII

Sed accedendum nobis est etiam ad quaestionem de operibus supererogatoriis, de quibus disceptetur; quamquam vidimus eventum controversiae de thesauro et indulgentiis non pendere ex huius controversiae eventu.

Agitur de actionibus honestis non praeceptis. Mihi videtur negari non posse eiusmodi actiones fieri (2). Inter orthodoxos huius temporis sunt qui hoc negant, etsi Svētlov (3), qui nostram sententiam tenet, illorum numerum dicit esse minorem neque a populo recipi eorum opinionem. Sed, ut aliquos adversarios commemorem, M. Grigorevskïj haec scribit in Xr. Čt. 1906 II 564 « Противъ такого дѣленія закона Божія на заповѣди и совѣты нужно сказать, что послѣднихъ въ евангеліи совсѣмъ нѣтъ, а потому какъ католики, такъ и православные (4) защитники этого ученія напрасно думаютъ, будто они дѣлаютъ

(1) Mt 26, 53 similesve locos sane non interpretabimur cum Io. de Lugo (De incarn. disp. 26 n. 102) aliisve; non significant aliam libertatem nisi de qua Io. Chrysostomus loco, quem modo (adn. 4) commemoravimus, locutus est.

(2) Res ab ecclesia definita non est. Cf. Möhler, Symbolik § 16.

(3) Христіанское вѣроуч. въ апологетич. излож. I Kiev 1910.

(4) Ab ipso p. 563 avva Dorotej commemoratur. Cf. L. Pisarev in Sl. l. th. I 274.

сверхдолжное добро. Такого добра быть не можетъ ». Similiter sentiunt Zarin (1), Tareev (2), Djurić (3), Papamikael (4), ep. Silivestr (5), W. Guettée (6), K. Androutsos (7), V. Beljaev (8), alii (9).

Horum opinio etiam a multis huius temporis protestantibus theologis tenetur (10) neque difficile videtur esse docere protestantium auctoritatem secutos illos orthodoxos theologos in eam opinionem adductos esse.

Verum est iam Lutherum (11) et Calvinum opera supererogatoria reiecisse (12); quod sincera fide factum non esse Dositheus in Confessione (13) suspicatur. Sed nondum negarunt licere quaedam fieri, quae praecepta non essent. Luther quidem de caelibatu dicit res debet relinqui libera; et Calvinus (14) Hoc primum, inquit, extra controversiam est, Paulum coniugii libertatem voluisse ad *omnes* extendere. Verum, si e praecepto caritatis concluditur Deum praecipere nobis impossibilia et in omnibus actionibus etiam iustum hominem peccare quod illud observare non possit, nihil loci est operibus supererogatoriis. Qua ratione allata antiqui protestantes ea reicere solebant. Velut Io. Gerhardus (15) « Quidquid boni agimus, illud omne iam ante Deo debitum est iure creationis, redemptionis et sanctificationis » (16). Illi theologi orthodoxi, qui ut Theophanes Prokopovič, protestantes secuti sunt etiam in neganda gravitatis peccato-

(1) Sl. l. th. IV 8.
(2) Sl. l. th. V 194.
(3) Sl. l. th. III 251.
(4) Sl. l. th. III 276
(5) Отвѣтъ православнаго на схему старокатоликовъ о добрыхъ дѣлахъ. Тр. К. D. A. 1875 I 9 78; 167-213. — Cf. arxim. Gavriil, Pr. nr. bog Tv. 1885, 508.
(6) L'Union Chr. XV 1874, 13-4.
(7) Dogmatikē tēs ort. an. ekkl. 1907 249.
(8) Xr. Čt. 1915, 1373.
(9) Liber, quem scripsit Aleksēj Vukolov (O sovētax evangeliskix. Spb. 1858), praesto mihi non fuit.
(10) Cf. Mausbach in AAV VIII 80.
(11) Eiusque praenuntios ut Wesselium Gansfortium; cf. RE[3] XXI 145; de sententia Udalrici taboritae (orphanitae) v. Kalteisen ap. Canisius Basnage, Thes monum. eccl et hist. t. IV 1725, 640. 693 ss.
(12) Quos aliqui Graeci secuti sunt. Cf. J. Fecht, Kurtze Nachricht v. d. Religion d. heutigen Griechen 1711 p. 50 (übereintzige Wercke).
(13) Kimmel, Monum. f. e. o I p. 476.
(14) In 1 Cor 7, 28. Opp. XLIX 1892 col. 419
(15) Loci theol. XV n. 121 ed. Preuss t. III 1864 p. 276.
(16) Cf. Marcus Antonius de Dominis, De rep. ecclesiastica l. 2, c. 12, n. 17.

rum differentia, expediti erant ad hoc quoque eorum doctrinae caput recipiendum. Sed hi paucis satisfecerunt.

Recens opera supererogatoria impugnandi ratio, qua negantes licere ullas actiones, quae praeceptae non sint, utuntur, a SCHLEIERMACHERO (1) et FICHTE (2) repetenda est. Quos multi secuti sunt, velut WIRTH (3), HARLESS (4), KÖSTLIN (5), CHR. FR. SCHMID, H. SCHULTZ; recentissimum adversarium habemus HERM. JACOBY in ZwTh 1913 XX, 21-3; e philosophis huc pertinent HÖFFDING (6) et PAULSEN (7). Non omnes tamen theologi protestantes illis assentiuntur. RITSCHL quidem inire matrimonium existimat esse actionem, quae liceat tantum; posse eam esse honestam, etsi non fiat cum conscientia necessitatis. Similiter sentiunt CHALIBAEUS (8), ROTHE (9), PALMER (10), MARTENSEN (11), WUTTKE (12) etc. Qui tamen omnes consilia evangelica et opera supererogationis reiciunt; solus DE WETTE (13), quod sciam, inter moralistas protestantes solito propius ad catholicam de consiliis doctrinam accedere videtur.

Ratio philosophica huius opinionis, quamvis aliena sit a nostra mente, facile intellegi posse a nobis videtur. Nam qui dicit nos semper id eligere debere, quod melius nobis videtur, non vult dicere praeceptum esse, ut enitamur, ut in dies perfectius sit obiectum nostrae simplicis complacentiae; non de hac agitur, neque de velleitate, sed de vera voluntate. Vere autem non volumus, nisi vere copia est rem perficiendi. Itaque peccatum esse existimant, si quis serio nolit rem meliorem, quam cognoscat viribus suis et in sua condicione fieri a se posse. Velut is, qui vere pauper spiritu est, paupertatem materialem amplectetur, si opibus suis nihil ad Dei gloriam augendam conferre posse sibi videbitur. Itaque utrum eligat vivere in penuria necne, in particulari rerum condicione positum est. Non est hoc mandatum universis — sicut mandatum de paupertate spirituali —, sed huic homini; non est praeceptum universale sed particulare.

(1) Kritik der bisherigen Sittenlehre: WW I p. 133-136; Philosoph. u. verm. Schriften II p. 418-445.
(2) System der Sittenlehre WW IV p. 155 ss. 264 ss.
(3) System der speculativen Ethik I 116.
(4) Christliche Ethik[6] p. 160.
(5) Jahrb. f. Deutsche Theol. 1869 p 464-527.
(6) Ethik 1888 p. 70 s.
(7) System der Ethik[4] 1896 I 350.
(8) System der speculativen Ethik 1850 I p. 476-483; 1869 p. 698-705.
(9) Theol. Ethik 1870 III § 811
(10) Moral des Christenthums 206-329; Jahrb. f. D. Theol. 1860 p. 476-483.
(11) Christliche Ethik. Allgem. Teil 1871 p. 579-582.
(12) Handbuch der christl. Sittenlehre 1875 I p. 322-329.
(13) Sittenlehre I § 71-74.

Quod praeceptorum discrimen theologice confirmari illis videtur verbis Mt 19, 11.12. Loquuntur de charismate continentiae et qui eo donati sint, eos continere se debere dicunt (1). Eiusmodi differentiam inter christianos, qui caelibes manere possint et ad caelibatum servandum teneantur et alios qui sine matrimonio vivere non possint nec ad id teneantur, in ecclesia traditam non esse (2) protestantium sane non interest.

Adversarii nostri autem maxime eo videntur impediri, quominus nostram sententiam bene aestiment, quod libertate vindicata amorem Dei coërceri putant. At aliud est nihil amplius velle facere nisi quod stricte iubeamur — minis et terrore poenarum commoti — aliud liberos nos sentire et facere tamen quidquid Deo magis placere videatur. Etenim, cum inter officia et actiones quae ultro fiant distinguendum esse dicimus, nequaquam has ita liberas relinquimus, ut nostra non intersit utrum fiant necne; immo omnibus modis contendendum est, ut fiant, et ad hoc nobis quidem videtur maximum momentum afferre mens sibi conscia velle se eas puro amore; id unum quaeri potest, num haec mentis persuasio veritati innitatur; id quod mox examinabimus. Ut efficacem esse talem libertatis conscientiam doceamus, non afferemus Societatis Iesu institutum, quod certe multos viros sanctissimos protulit, quod, ut postulat, ut in omnibus actionibus eligendis maior Dei gloria spectetur, ita neminem religione obligat ad regulas observandas. Nam alii quoque ordines, quorum institutum ab hoc differt, sanctos suos habent et iesuitae nonnulli voto se obstrinxerunt ad faciendum semper id quod Deo magis placeat; neque neglegenda est votorum, quae omnium communia sunt, efficacitas, etsi limitibus circumscribitur (3). Ipsa autem votorum susceptio, qua cetera continentur, sponte fit. Et si quis agnoscere nollet vim eiusmodi actionis voluntariae, nescio, quomodo virtutem monachi coacti et monachi sua sponte se offerentis diiudicaturus sit.

Iam, ut opinionem nostram probabilem orthodoxis faciamus, forsitan usu confitendi in ecclesia orthodoxa peccata et testimoniis antiquiorum summae auctoritatis theologorum inniti possimus. Verum praestare videtur quaestionem, quae potius ad simplicem cognitionem

(1) Cf. BELLARM., De monachis l. 2, c. 31. Contra, EM. SWEDENBORG, Delitiae sapientiae 1841 p. 161 n. 156 spirituales eunuchos intellegit eos qui in coniugiis abstinent a malis scortationum et docet statum coniugum praeferendum esse caelibatui.

(2) Cf. IO. CHRYSOST. Hom. 6 de paen. M. 49, 318; APREM, Paraen. 44 Assem. Gr. II 164; NICETAS ep. Remesianae (?), De lapsu virg. n. 11 (ed. Burn p. 115; M. 72, col. 47 sic) etc.

(3) Cf. LIPPERT, Zur Psychologie des Iesuitenordens 1912.

consequendam pertineat quam ad maioris momenti dissensionem componendam, tractari ratione interiore.

Ac proficiscendum nobis est a notione officii. Ad quam pertinere videbimus id, quod iam L. TAPARELLI D'AZEGLIO statuit (1), coniunctionem cum fine necessario appetito — beatitudinis humanae. Videmur autem nobis notionem obligationis accuratius definire posse. Itaque dicimus non omne quod rationi convenit iam officium esse, sed illud tantum, quod cum beatitudinis fine conexum est.

Vox officii primitus significat aliquid, quod in rebus humanis positum est; notionem, si ita placet, iuridicam; nam officio semper respondet ius neque ius clare definiri potest sine notione officii. Securitatis publicae minister *debet* occurrere malis, quae alii ex sua voluntate depellunt. Interest hoc inter eos ille officia suscepit, hi non item. Haec officia condiciones sunt, quibus — ex pacto — quaedam bona ei obveniunt, quae cupiebat. His officiis susceptis libertas coërcetur volendi quovis temporis momento id, quod tum rationi convenire videatur, qua in re proprie libertas sita est. Propositum eo a tali obligatione differre manifestum est, quod haec libertatis limitatio ab homine ipso sibi imponitur, non ab alio; sibi autem semper remittere rem potest, ab alio assensus petendus est. Officio igitur suscipiendo tale de aliquo genere rerum, de quibus libere decerni potuisset, decretum fit, ut mutari non possit sine venia alius. Itaque cum bono absolute volito libere coniungitur aliud ita, ut in solvendo hoc vinculo homo liber non sit, sed ex alius voluntate pendeat.

Iam haec notio obligationis transfertur etiam ad quaedam, in quibus non est voluntaria officiorum susceptio. Liberi erga parentes officia habent non quod ea sua sponte susceperint, nisi interpretative; pactum cum iis non inierunt, nisi interpretative. Sed sicut notio muneris e vita sociali etiam ad condicionem prolis transfertur, ita etiam notio officii. Hoc modo ampliata notio officii dicit coniunctionem alicuius rei (muneris) cum fine necessario (quem quivis interpretative appetit), quae alio invito solvi non potest.

Quare universae obligationis notionem definientes censemus, obligationem in actu secundo (seu ut actu cogentem ad agendum) nihil aliud esse nisi necessitatem causae finalis procedentem ex fine qui est vel cum fine necessario vel voluntarie cum fine absolute volito ita coniunctus, ut coniunctionis huius resolutio pendeat ex aliena voluntate. Obligatio autem in actu primo (coactio intentionalis ad actum) est eiusmodi coniunctio alicuius finis cum fine necessario vel resultans e decreto voluntario coniunctio cum fine absolute volito, in qua

(1) Saggio di dir. n. 93 98; cf. TONGIORGI, Philos. mor. 194; Compend. n. 72; BOUQUILLON, Theol. moralis fundamentalis[3] 1903 p. 217; Katholik 1882 II 344.

resolvenda homo non sit liber. Congruenter dicendum est: ius habere significat esse personam, e qua pendeat resolutio eiusmodi coniunctionis; ius autem est id, per quod formaliter aliquis concipitur esse talis persona.

Hinc ad notionem obligationis moralis proficiscamur. Deus, cum nos procreavit ut individua, personas, opposuit sibi nos ut personas, fine particulari propriae beatitudinis instructas, quas necesse est se ipsas in aliqua relatione ad Parentem suum positas esse sentire (1); quae relatio dicenda est relatio iuris: Sicut proles officia habet erga parentes, ita nos ut opera Dei erga Deum. Num Deo quoque sua officia tribuenda sint et quantum anthropomorphismi insit in notione iuris, quod in Deo nostrae obligationi respondet, quaerere omittimus; certe ex nostra parte, quod ad agendum attinet, officia erga Deum habemus.

Ordo moralis per se ipse, seu convenientia actionum cum ratione, nullam imponit obligationem. Actio, quae ab aliquo fit ob suam cum ratione convenientiam, est effectus causalitatis finalis, quae provenit ex fine, qui sine interventu alius agit sua bonitate in personam, quae agit; qui finis ab efficientia aliorum finium distinguitur certitudine, qua iudicatur homini convenire. Solum si et quatenus etiam praemium exterius (i. e. non situm in ipsa actione neque ex ea sola necessario proveniens) actionis honestae a Deo constitutum consideratur, aliqua similitudo cum obligatione inveniri potest; non esset tamen haec obligatio obligatio illa moralis sed quaedam obligatio perfectionis; neque ea esset obligatio vera, quia hic neque est voluntaria coniunctio cum re absolute volita neque (necessaria) cum necessario fine, sed necessaria (utpote quae e voluntate humana non pendeat) cum re absolute volita (2). Quapropter impulsus, quo convenientia illa cum ratione agit in voluntatem, comparandus non est proprie cum impulsu obligationis, sed cum impulsu cuiuslibet finis libere appetiti. Nam si cum hoc comparatur, differunt inter se similiter atque obligatio libe-

(1) Cf. J. Delvolvé, Rationalisme et tradition. P. 1911 p. 39 Il est supposé qu'il existe dans la nature humaine un besoin essentiel de s'unir et de se subordonner à une réalité supérieure qui est Dieu, qui se manifeste à l'homme et lui apparaît comme sa véritable fin etc.

(2) A. Lalande, La dissolution opposée à l'évol. P. 1899, 468-9 : Sans doute tout jugement normatif contient en soi, à quelques égards, un ordre de conduite le vrai est obligatoire, en tant qu'il est opposé à l'erreur; le beau, en tant qu'il est opposé au laid. Mais ces concepts normatifs, aussi bien que l'idée du juste ou du charitable, ne prennent un caractère d'obligation absolue qu'en tant qu'ils sont considérés par rapport à quelque autorité différente de nous-même, capable d'imposer ou d'interdire un acte. Pour le théologien c'est Dieu. Pour l'homme du monde, c'est l'opinion. Pour le sociologue, c'est l'État.

rorum et obligatio orta ex pacto; uterque intra fines libertatis continetur.

Ad obligationem universam ordo moralis hoc modo refertur id quod vere necessario appetitur, semper est conveniens rationi et quidquid cum eo ita coniunctum est, ut illud sine hoc obtineri non queat, apparet item necessario esse conveniens rationi; illud, quod etsi libere, absolute tamen appetitur, non est necessario conforme rationi, neque id, quod cum eo coniunctum est. Id, quod conveniens est rationi ita, ut cum eo coniuncta sit obligatio, ad iustitiam pertinet et est officium morale.

Officium morale igitur definiendum est necessitas causae finalis proveniens ex fine ita cum fine absolute necessario coniuncto, ut haec coniunctio in resolutione sua pendeat e voluntate divina (1). Hic finis necessarius est beatitudo eaque essentialis seu infimus gradus verae beatitudinis. Dei voluntas sane existimanda est determinari ipso ordine morali. — Officium morale violari potest leviter, qua ratione homo, si leves violationes considerantur singulae, non privatur nisi utili, non necessario ad beatitudinem adiumento (2); velut oboedientia erga ecclesiam violari potest per actionem imperfectam, in levi materia. Cuius rei ratione habita dici potest — improprie — aliquam obligationem esse impositam « sub levi peccato » (3). Etiam id, quod non decet (quod rationi non convenit) gradibus distinguitur ita, ut vere conveniens non sit nisi quod perfecto modo convenit; nam « bonum ex integra causa »; « minus conveniens », « minus bonum » igitur proprie significat id quod magis minusve dedecet.

Officii moralis fines a finibus merae convenientiae differunt amplitudine non sunt iidem. Id facile intellegitur. Nam utrum aliquid moraliter conveniat re vera necne, non est aestimandum secundum cognitionem agentis, sed id pendet e rebus ipsis; velut errantis actio, quamvis bono animo facta, simpliciter non convenit rationi, magis minusve dedecet, non convenit nisi pro condicione errantis — improprie; et quatenus omnis actio conveniens affert in se vel in effectu suo aliquam peculiarem utilitatem agenti, errans praemio privatur. Contra, utrum aliquid sit praeceptum in concreto necne, e cognitione agentis pendet; et qui per errorem non agnoscit aliquod officium morale, non violat id per se, cum ipso errore soluta sit coniunctio

(1) Cf. D. V. Filosofov, Slova i žizni̥. Spb. 1909, 168-70.

(2) Sylvester Maurus, Opus theol. II l. 5, q. 31, n. 33.

(3) « Nam homo in quantum venialiter peccans, non facit quod lex prohibet, nec praetermittit illud quod lex ex praecepto obligat, quia iam non peccaret venialiter, sed mortaliter ». J. Charlier de Gerson, Comp. theol. : Opp. p. II (1488) f. I,a. Hinc iudicari potest de sententia Theoph. Prokopovič (Četyre sočinénïi̥a M. 1773, 233-84).

rei praeceptae cum beatitudine. Deus enim secundum ordinem moralem agit; ubi autem homo errore sine culpa commisso vel ignorantia vinculum illud solvit, i. e. esse non putat, ordo moralis postulat, ut a Deo solvatur. Propter eandem causam etiam cum dubitatur, sitne aliquid praeceptum, officium quod vere aderat, tollitur. Nam officium de quo dubitatur, causalitatem finalem exercere non magis potest quam officium, quod omnino ignoratur; non enim cognoscitur officium esse. Nam officium tum quoque adesse cognoscendum esset per quoddam axioma, quod tamen 1) ipsum re vera non cognoscitur saltem ab omnibus et 2) nititur opinione, qua Deus existimatur etiam ibi obligationem imponere, ubi eam ordo moralis obiective non poscat (1). Hoc enim axioma esset : in dubio ea pars est eligenda, quae legi favet. Atqui 1) multi hoc axioma ignorant vel negant, ii autem, qui id tuentur, non possunt id argumentis efficere, itaque certitudine carent; 2) ubi verum officium non erat, sumendum est secundum hoc axioma, Deum nihilominus, habita ratione ignorantiae dubitantis, praecipere rem ordine morali per se non postulatam. Nihil autem est, unde id concludatur, cum a provincia officii moralis ignorantia aliena sit, in provincia autem convenientiae cum ratione convenientia absoluta in eiusmodi casu non desit; ubi autem, neglecto hoc axiomate, accidit, ut ordo moralis vere laedatur, absoluta convenientia non magis actioni deest quam tum, cum loco dubitationis ignorantia plena occurrit (2).

Sed praeterea sunt actiones convenientes, quas non solum hoc modo, casu et fortuito, obligatione exemptas esse existimamus sed natura ipsa. Dico eiusmodi actiones, quae alias et aliis bonae essent i. e. in abstracto, si nihil aliud consideratur quam obiectum aut propositum actionis, nihil contineant quod dedeceat, huic tamen homini individuo in hac condicione propterea non conveniant, quod ei tum aliud potius conveniat. Tales actiones a ceteris actionibus a peccato immunibus distingui solent ut meliores (perfectiores) a bonis; quod si fit, aut sumitur actiones permissas tantum esse etiam convenientes, aut bonum appellatur quidquid in abstracto convenit nec verbum hoc modo usurpatum mutatur etsi in individuo non congruit, aut fines

(1) Si quis putat aliquid praeceptum esse, quod nefas est vel quod omitti fas est, Deus proprie non imponit tum obligationem, sed homo propter ignorantiam suam eadem necessitate fertur in eam rem agendam, qua in exsequendum verum mandatum.

(2) Dices sequi, ut nulla sit obligatio, nisi veram certitudinem habeamus, non eam tantum, quae moralis vocatur, quae non sit nisi maxima probabilitas. At ad efficientiam causae finalis semper sufficit certitudo moralis : cum eiusmodi sola probabilitas in *omnes* homines vere ita agat sicut certitudo vera, id quod saepissime occurrit, censendum est cognitionem talis conexionis etiam satis idoneam esse ad gignendum officium morale.

obligationis cum finibus convenientiae confunduntur vel inde vocabulum accipitur. Verum concedendum est aliquam actionem, cui in concreto deest aliquid ad perfectam convenientiam, eodem iure posse vocari in concreto malam, quo actio quae in abstracto ut proveniens e proposito nulli homini convenienti consideratur, inhonesta appellatur; nam bonum ex integra causa et malum ex quovis defectu. Etsi autem proprie dicendum non est Deum actiones malas permittere, quia in voce permittendi latet quaedam comprobatio, nihil tamen impedit, quominus dicamus eum non praecepisse, ut hae actiones malae vitarentur.

Huius sententiae ratio ea est, quod obligatio ad eiusmodi actiones non pertinet.

I. Non pertinet ad eas obligatio, qua homines universi teneantur Nulla enim ratione probari potest necessitas constringendae hoc modo libertatis humanae, saltem non in statu empirico. Nam huius habita ratione Deo satis magna ratio suppetit ne hominibus statuat hanc beatitudinis consequendae condicionem. Etenim « sine timore affirmare possumus illum modum providentiae et regiminis esse Deo impossibilem, quia contra prudentiam et nimis violentum ac perniciosum hominibus fuisset » (1). Ratio subtilior est haec

Beatitudinem aeternam ex iis, quae convenientia poscit, pendere sive ex natura sua (coniunctione interiore) sive ex Dei voluntate (externa sanctione, obligatione) cogitari non potest nisi in iusta rerum a Deo effectarum condicione, in quali angelos natos esse novimus, perfecta intellegentia instructos. Sed etiam tum nobis, imperfecta huius mundi cogitatione res persequentibus, cogitari videtur posse, non debere aliam statui condicionem beatitudinis consequendae nisi quod ex natura ipsa ad beatitudinem pertineat : ut Deus ponatur loco nostri ego ita, ut amore appretiative summo ametur et ita eius beatitudine mens procreata beata esse possit. Nobis autem, qui cognitione perfecta caremus, eiusmodi obligatio imponi non potuit. Constat tamen, etsi non sine revelatione, Deum etiam ab hominibus ratione utentibus, saltem partem eius quod convenientia poscit ut rem ad salutem necessariam postulare, non omnino absolute quidem, sed, — cum penes nos non sit eximere nos ab hac postulatione (neque enim peccata dolore animi exstingui possunt, nisi tempus ad hoc datur) — dicendum est id postulari — spectata vi, qua postulatio agat in nostrum de agendo iudicium — modo qui aequivaleat postulationi absolutae. Huius obligationis respondentis imperfectae intellegentiae nostrae causam ultimam esse existimamus destinationem generis humani redempti ad redimendi communionem. Quae communio necessario exsistit in vincendo egoismo (pugna adversus superbiam, cupiditatem,

(1) Suarez, De rel. tr. VII l. 1, c. 7, n. 5.

libidinem) (1), quod fit mandatis observandis in nostra mortali condicione. Hinc apparet, terminum inter actiones praeceptas et permissas, ut nos eas distinximus, iuste collocari in infimo limite superandi egoismi (2). Fines praecepti sunt ibi, ubi hoc agitur, utrum actio propter moralem convenientiam suam vel eius defectionem ordinata sit in Deum necne (obiectum et propositum iusta sunt); actio autem magis vel minus dirigenda in Deum intra fines permissi versatur. Gradus aeternae beatitudinis, quam victores consequuntur, differunt secundum gradus studii moralis, quod et in libertate adhibenda intra fines permissi et in superandis difficultatibus apparet; beatitudo autem essentialis pendere non potest nisi ex ipsa victoria parta. — Adde denique momentum paedagogicum limitum obligationi morali positorum, quod faciunt in statu nostro empirico : magni enim ad animum perficiendum momenti est, persuasum habere, se posse aliquid facere, quod Deo placeat, quod ultra debitum sit (3).

II. Obligatione, cui homines universos obnoxios esse modo negavimus, liberi sunt etiam christiani. Nam in suscipiendo munere suo christianus neque in baptismo neque in confirmatione ullo officio peculiari se implicat, quod cum nova condicione non sit lege naturae coniunctum.

Ac primum quidem de officiis peculiaribus in baptismo imponendis videamus (4). Baptizandus renuntiare debet diabolo et omni pompae eius. Sed, etiamsi, secutus Adh. d'Alès (5) dicas voce pompae significari « les plaisirs et les vanités mondaines » (6), certe superandum esse etiam minimum egoismum hac voce clare non significatur. Quodsi ex usu ecclesiae priscae docere vis eiusmodi officium susceptum et suscipiendum esse, cum Justinus (7) dicat baptizandos promittere consuesse se praecepta moralia sibi explicata secuturos esse (8), probandum est, regulas christianae perfectionis, quae in Doctrina XII apostolorum

(1) Cf. Philoxenus, ep. mabbôghensis, The Discourses, ed. Budge L. 1894 I 347 = II 331-2.

(2) Cf. S. Zarin, Asketizm II 221.

(3) Maximus Conf., Capita de caritate Cent. 4 c. 67 M. 90, 1064 eandem rationem videtur indicare, tantum ad particularem causam applicatam habent haec donorum rationem, ut si qua praecepta ex infirmitate rite exsequi nequiverimus, donis benignissimum Deum propitium reddamus.

(4) Cf. Burkitt-Preuschen, Das Urchristentum im Orient. 1907, 88.

(5) Revue de philologie de litt. et d'hist. anciennes 1905 (XXIX) p. 53 ; cf. Rech. de Sc. Rel. I 1910 p. 571-90.

(6) Vide autem Texts and Studies 1909 vol. XVIII n. 1 p. 36 ; etiam Nicetas, ep. Remesianae, Lib. instr. II frg. 4 ed. Burn p. 8 aliter rem intellegit.

(7) Apol. I 61, 2 Krüger 51.

(8) ὅσοι ἂν πεισθῶσι καὶ πιστεύωσιν ἀληθῆ ταῦτα τὰ ὑφ' ἡμῶν διδασκόμενα καὶ λεγόμενα εἶναι, καὶ βιοῦν οὕτως δύνασθαι ὑπισχνῶνται.

et apud HERMAM (Mand.)(1) continentur, catechumenis propositas esse ut praecepta eos vere obligatura. At non solum constat fuisse quandam recensionem Doctrinae, ubi I 3-II 1 deerant(2), sed etiam ipsa nostra recensio satis docet, quid de regularum illarum ad obligandum vi sentiendum sit. Etsi enim verba εἰ δ' οὐ δύνασαι, ὃ δύνῃ, τοῦτο ποίει (3) adhiberi per se possunt ad significandum imperativum, quo stricta obligatio imponatur faciendi quidquid fieri possit, tamen non solum haec vis aliena est ab obvia illorum verborum sententia, sed ne posse quidem videntur hic illud significare, si ulteriora verba n. 3. considerantur : ὃ δύνασαι βάστασον, pertinentia ad abstinendum a cibis in V. T. prohibitis; quibus, cum opposita sint verbis λίαν πρόσεχε manifestum est non imperari quicquam, quod diligenter observandum sit. Praeterea autem multo firmius argumentum contra eiusmodi obligationem ad actiones perfectionis duci potest e PLINII (4) relatione : se sacramento obstringere, ne furta, ne latrocinia, ne adulteria committerent, ne fidem fallerent, ne depositum appellati abnegarent; sive haec promissio fiebat in conventibus sive in baptismo (5).

Iam quaerendum est de positivis mandatis Christi et ecclesiae, quae christianus ex lege naturae observare debet. Ne haec quidem talem obligationem continent, quam aliunde elici non posse docuimus; neque eam, quae nota sit membris ecclesiae (6) neque eam, quae ex antiquis documentis erui ullo modo possit. Quod antiqua documenta afferuntur, nos inniti nolumus decreti apostolorum (promulgati in ecclesiis Antiochiae, Syriae, Ciliciae) (7) verbis « nihil ultra imponere vobis oneris »; quia, etsi ob vocem πορνείας latius patere videri possunt, contextus tamen aptus est ad minuendam absolutam eorum vim; sive decretum cum E. Preuschen (8) refertur ad « eine kirchliche Regelung der Tischgemeinschaft » sive cum B. W. Bacon (9) ad the self-protective regulations, necessarias ad conservandam puritatem populi Domini, qui est sub lege, in commercio cum novo populo Domini, qui est sine lege, sive ad aliud, illud a K. SIX effectum est, decretum

(1) De duarum viarum usu liturgico cf H. LECLERCQ in Dict. d'Arch. chr. et de Lit. II 2542; de Herma EUSEB. H. E. III 3, 6 ed. E. Schwartz I p. 190.

(2) H. LECLERCQ in Dict. d'A. ch. et de L. II 2534; A. EHRHARD, Die altchristl. Litteratur 1900 p. 54.

(3) VI 2 Funk PA² I p. 16.

(4) Ep. 97 libri X.

(5) Cf. APRAHAT, Dem. I 15 : IX 7.

(6) De antiqua ecclesia cf. IRENAEUS, Adv. haer. l. 4. c. 24 n. 1-3 ed. Harvey II p. 180-3.

(7) CORNELY, Com. in s. Pauli epp. II (1890) p. 218; RHE 1912 XIII p. 513¹; RB 1912, 507.

(8) ZNTW 1913 XIV p. 11 ss.

(9) Expositor VII 1914 p. 60.

non fuisse morale, etsi a posterioribus (a TERTULLIANO, PACIANO) ad honestatem vitae revocaretur. Sed facile docere possumus quaecumque documenta ab adversariis adhibeantur, ea frustra afferri.

A) Mt 19, 17-21, quem locum vel protestantes quidam catholice interpretandum esse dixerunt (1), nonnullis explicari posse non videtur, nisi sumatur cessionem bonorum pauperibus, quae omnibus hominibus praecepta non sit, diviti illi necessariam fuisse ad salutem. Nam, ut ait BERNH. WEISS (2), cum ille non interrogaverit de re ultra debitum suscipienda, sed quod opus sibi faciendum esset, quo vitam aeternam sibi certo provideret, voce τέλειος non potest alia perfectio significari nisi quae opere quod deerat exsequendo acquirenda erat, quippe cum sine eo perfectus nondum fuerit in eo genere, in quo perfectus esse vellet. Christum non loqui de re extra fines debiti sita vel quae ad salutem nihil pertineat, apparet inde, quod illam cessionem sequitur sequere me, id quod omnibus hominibus necessarium est ad salutem consequendam. Neque inaniter additum est illud difficile dives intrabit in regnum caelorum. Cum hac explicatione comparari potest MELANCHTHONIS (3) et CALVINI (4) interpretatio (5).

Tria proprie nobis demonstranda sunt a) ipsis Matthaei aut Marci (et Lucae) verbis — utpote in re morum ab errore immunibus — explicationem, qua adversarii nostri nituntur, neque posci neque commendari; b) neque verbis Christi e relatione evangelistarum restitutis; c) neque patrum interpretatione.

Ac primum quidem Matthaei verba consideremus. Septem quaestionibus rem absolvemus.

1. Rectene TH. ZAHN existimat (6) Christi ad primam divitis interrogationem responsum eo tantum consilio datum esse, ut eum ab errore liberaret, quo sibi firmus et iustus videbatur (7), liberatumque moveret, ut se, ducem ad vitam aeternam, rite sequeretur? Commendari potest eius opinio his rationibus a) verbis « Quid me interrogas de bono, unus est bonus Deus » Christus nihil aliud potuit velle dicere nisi homines universos non esse bonos sed malos, neque eos ad bene agendum iuvari, si quae essent bonae actiones, sciscitaren-

(1) Velut H. JUL. HOLTZMANN, Lehrb. der neutestam. Theologie 1897 I p. 435; JUL. MÜLLER, Von der Sünde[8] I p. 69 ss.

(2) In Meyer's Kommentar[9] ad Mt 19, 21.

(3) Corp. Ref. I 971; XXVII Ap. 27, 49.

(4) Corp. Ref. XXX Instit. l. 4, c. 13, n. 13 (c. 934-5).

(5) Cf. etiam FR. BALDUINUS, Examen apologetici quem Gasper Schoppius Apostata... opposuit... 1606 p. 249; WENDT, Die Lehre Iesu II 1890 p. 386 s; P. SMIRNOV, Izloženie χrist. pravosl. věry[6] 1895, 67.

(6) Das Evangelium des Matth.[2] p. 591.

(7) Mt 9, 12; Lc 18, 11.

tur; b) Christus, qui Mt 9, 12 negat se venisse iustorum causa, sed aegrotantium (i. e. eorum, qui se aegrotare sentirent; omnes enim aegrotant : Mt 6, 12) (1), divitem hortatur, ut se sequeretur. — At rationes allatae tenues sunt. Nam (ad a) responsum et interrogatio cohaerere inter se possunt hoc modo Dives interrogat Quod opus bonum facere possum, ut consequar vitam aeternam? Respondetur Quid me interrogas de bono? Neque enim aliud bonum apud me valet, nisi cuius norma est Deus. De vita autem aeterna etc. Ad (b) alteram rationem dicendum est Christum discrimen inter malos et bonos certe agnoscere (2) neque interrogationem quicquam continere, unde colligatur, divitem illum sibi persuadere se esse absolute bonum. Improbanda igitur est Zahnii sententia.

2. Pertinentne verba « Quid mihi deest » ad « ut habeam vitam » ? Quamquam id non videtur esse absolute necessarium (Euthymius Zig. (3) ea interpretatur de studio maioris virtutis), tamen obvium eorum intellectum secuti respondemus : pertinent.

3. Verbis « Si vis perfectus esse... » derivaturne responsio alio an vere respondetur ad illud ipsum : « Quid mihi deest » ? Negamus interroganti indicari potuisse quid lege observata deesset ad salutem in tuto collocandam. Neque enim Christus praestare ei potuit, eum, si apostolus fieret, aeterna felicitate fruiturum esse, ut ex Judae exemplo videmus (4). Nihil aliud promittere ei potuit nisi eum sibi mercedem ea re comparaturum in caelo et optimum id fore antidotum in terra, quo suae saluti consuleret (5).

4. Utrum alterum Christi responsum fuit serium consilium an occasio tantum oblata ad id, ut interrogans se ipsum cognosceret ? Ad hoc non possumus aliter respondere, atque ad primam quaestionem. Accedit, quod, si Christus id tantum spectasset, ut dives cognosceret se infirmum esse, non habuisset, cur de thesauro loqueretur et aliter sententiam enuntiavisset.

5. Utrum illud « sequere me » additum est ut invitatio disiuncta a conexo an est pars apodoseos? Verba ea esse partem apodoseos ad illud « si vis perfectus esse » pertinentis, non est omnino certum Poterant addi ita, ut subaudiretur et si hoc modo dignum te feceris, invito te ad me sequendum. Tamen naturalis sententiae vis et ea, quae ab omnibus interpretibus antiquis ei tributa est, ponit ea in eodem ordine atque illa « vade, vende ».

6. Quid sibi vult illud « sequere me » ? Invitatne Christus ad sus-

(1) Cf. August. Ep. 157, c. 1 n. 2.
(2) Mt 5, 45; 25, 21.
(3) In Mt 19, 18 M. 129, 524.
(4) Cf. A. Plummer ad Mt 19, 21.
(5) Cf. Cyprian. De lapsis c. 11 CSEL III 245.

cipiendum munus apostoli (1), an hortatur ad suam legem profitendam, id quod omnibus hominibus mandatum est (2)? Voce δεῦρο opinio posterior refellitur; neque enim omnes, qui Christi nomen professi erant, in Christi comitatu erant (3).

7. Quae sententia subiecta est verbis : « si vis perfectus esse » Significatur iis a) si omnia exsequi vis, ad quae facienda obligaris, an b) : si vis tibi salutem quam securissime providere (quantum fieri potest) an c) si affectas iustitiam perfectiorem iustitia pharisaeorum, an d) si vis thesaurum quam maximum in caelo acquirere, an e) si quid amplius facere vis quam mandatum est, an f) si quis desiderat facere opera supererogatoria? Respondendum videtur esse ad a) etsi haec est opinio auctorum non neglegendorum (4), neganda prorsus est; nam aut res a Christo proposita novum mandatum fuisset, quo solus dives ille oneraretur, quod si dicitur, negatur verum esse illud, quod Christus v. 17 sollemniter enuntiaverat (5); aut fuisset unum ex veteribus praeceptis, quae omnia se observavisse dives dixerat, quod pugnat cum sententia propria verborum et discrepat ab universo loco; aut novum mandatum universale fuisset (6), quod discrepat a Mt 27, 57, Act 5, 4 et ab omni traditione christiana, cui pauci haeretici sese opposuerunt (7); ad b) : hoc non potuit enuntiari voce perfectus; nam perfectus non est idem ac perfecte securus vel perfecte prudens; ad c) : haec interpretatio nulla re in loci contextu nititur (ut apparet ex iis, quae ad 1. et 4. respondimus), neque similitudo loci Mt 5, 48, qui in alio contextu occurrit, valet ad hanc postulandam interpretationem; ad d) : hoc eodem modo alienum est a verbis usurpatis, quo b); nam perfectus non est idem ac perfecte beatus; ad f) (quod differt ab e) sententiae universitate) haec interpretatio non convenit cum iis, quae ad 5. et 6. respondimus. Restat igitur ut sententiam ita interpretemur : si vis facere omnia, quae potes ad Dei gloriam, nulla ligatus obligatione, .. Solum hac ratione (excepta interpretatione f)) explicatur, cur additum sit illud : habebis thesaurum in caelo; item, cur Dominus usus sit conexo seu si particula; id quod

(1) Plummer ad Mt 19, 21; Gould ad Mc 10, 21.

(2) Ut interpretati sunt Cyrill. Alx. In Lc 18, 20 M. col. 858 D; Io Xiphilinus, Or. Dom. XII M. 120, 1216, C.

(3) Mt 27, 57.

(4) Basil., Hom. in divites n. 1. M. 31, 280; cf. Manouel ho Moskiotes, Lŏgos apologetikŏs Bibl. Harl. cod. 1803 f. 137a: οὐ βουλή ἐστιν ἀόριστος ἀλλὰ πρόσταγμα· εἰ δὲ πρόσταγμα ἢ κοινῶς ἢ ἰδίως· οὐκ ἰδίως... ἄρα κοινῶς πρόσταγμα τὸ πτωχεύειν; A. M. Weiss, Apolog. vol. V c. IV n. 10; Loisy, Les évangiles synopt. II 214, etc.

(5) Cf. E. Dublanchy in Dict. de théol. III 1177.

(6) Cf. Lc. 12, 33.

(7) Cf. August. Ep. 157, c. 4, n. 23.

intellegitur, si hoc opponere voluit sententiae superiori « si vis ad vitam ingredi ». Quod Christus, cum dives discessisset, addidit « dives difficile intrabit in regnum caelorum », simplicius explicaretur, si verba primo modo (a)) interpretaremur; non tamen sine detrimento maiore.

Veniamus nunc ad verba Mc (et Lc). Ibi propter rei describendae discrepantiam (interrogatur Dominus « Magister *bone* quid faciam ») in dubitationem non veniunt ea, quae in explicanda 1. quaestione ad Mt dubia videri poterant; verbo ἠγάπησε 10, 21 item confirmatur negandum esse aequari divitem cum pharisaeo, qui apud Lc 18, 11. 12 describitur (1); denique etiam illud « unum tibi deest », pronuntiatum a Christo, repugnat tali opinioni. Inquirendum autem est hic, quid sibi velit illud « unum tibi deest ». Estne hoc referendum ad interrogationem divitis? Negamus id neque probari contrarium potest. Nam unum illud, quod deest diviti, est multiplex et unam partem eius, quod deest, dicit Christus sufficere ad acquirendum thesaurum in caelo, additur autem : « veni, sequere me »; nisi vero hoc additum ad apodosin pertinere negas ita, ut his verbis invitetur dives ad aliquid, quod sit supra illud, quod ei deest; sed qui urget partem ulteriorem responsi Christi cohaerere cum divitis interrogatione, certe nullum ius habet illud negandi. Si igitur una pars eius, quod deest, par est thesauro in caelo lucrifaciendo, non potest totum esse ulterior condicio vitae aeternae a divite percipiendae. Nullo enim modo id agi potuit, ut ei res cauta esset. Hoc si consideramus, apparet nobis licere responsum hoc modo explicare Macte virtute, non est, cur sis sollicitus de mandatis novis (naziraeorum vel sim.); sed aliquid boni facere potes, et, si id feceris, habebis thesaurum in caelis, quem non habebis, si id omittes. Ceterum verum non est alterum Christi responsum nulla re interposita excipere ipsa divitis verba, nullo modo excedentia materiam a Christo in primo responso propositam. Bene enim dicit Lagrange (2) interpositam esse Christi dilectionem.

Iam de verbis quaerendum est, quibus Dominum usum esse e duabus narrationibus inter se differentibus colligi potest. Augustini (3), qui simpliciter verba Matthaei verbis Marci complevit, conatus nostrae interpretationi certe non repugnat. Non magis autem opinio eorum, qui verba Mc 10, 7 propiora origini esse dicunt quam Mt 19, 16, id quod ex discrepantia responsi cum interrogatione apud Mt concluditur, nisi quis Matthaeum verba ipsa quidem accuratius tradidisse sed ali-

(1) Cf. Clem. Alx., Quis dives salvetur n. 8. 9 Stählin p. 165; Io. Chrysost. Hom. 63 in Mt 19, 21.

(2) Ad Mc 10, 21.

(3) De cons. evang. 2, 63. 123.

quid omisisse defendere velit (nam, cum deberet indicare conclusionem a nobis, ut sententiae cohaerentiam servemus, fingendam (1), Christus pergit usus δέ particula). Quam opinionem plurimi sequuntur (2). Certe Marci verba facile explicantur ut recusatio vocabulorum honoris, quibus id temporis rabbini appellabantur (3), praesertim cum vox boni ad maiora reservata sit (4). Verum est, de ipsa Christi sententia etiam diversam ab utraque evangelii narratione coniecturam factam esse ( : quid me interrogas de bono, unum est bonum servare mandata : Talmud quoque negat quicquam esse bonum nisi legem) (5); sed comprobata non est.

Si reliqua verba considerantur, certe contra illud, quo dialogus apud Mt differt a narratione Marci, afferri nihil potest. Divitem enim quaesivisse ποίας multo veri similius est quam Christum statim recensuisse mandata cuivis notissima. Interrogasse autem divitem : « Quid adhuc mihi deest » (vel si vis « Quid amplius facere possum »), sive Christus postea dixit : Unum tibi deest, sive non dixit, multo veri similius est quam Christum ita non interrogatum dixisse, unum ei deesse. Apud Marcum in verbis « unum tibi deest » res quaedam excellit, quae ne commemoranda quidem videtur fuisse non enim intellegitur, cur tantus actionum a Christo commendatarum numerus, quantum ulteriora verba referunt (saltem si illud « sequere me » ad apodosin trahimus) comprehendatur ut res una (sine particulari ratione) et ita opponatur mandatis, quae sane etiam ut aliquid unum comprehendi possunt. Praeterea non apparet, cur ea, quae Christus diviti commendare voluit, ita enuntiata sint, ut potius ratio haberetur hominis perficiendi quam Patris caelestis honorandi (seu cur non sit potius dictum potes autem plus facere Dei causa etc.). De verbis « perfectus esse » (Mt) dubitari posse non negamus. Possunt enim videri potius dicta esse circiter haec Si vis omnem curam in salute tua firmanda adhibere; haec enim aptiora videri possunt ob consilii naturam, unde effectus eius ideoque condicio enuntianda cognoscitur (modus enim, quem Christus indicat, optimus est ad cavendum sibi) et ob additum illud : « quam difficile qui pecunias habent, in regnum Dei introibunt ». Sed etiamsi hoc planum factum esset, tamen non constaret, res diviti propositas neglegi nefas fuisse. Efficiendum enim esset lege naturae nos obligari ad tantam diligentiam in salute nobis

(1) Cf. hic p. 243.

(2) Velut Loisy, Les évang. synopt. II 210; M. Goguel, L'évang. de Marc 200; Lagrange, Réville, Holtzmann, Wellhausen, Allen etc. — contra Holsten (p. 78).

(3) Mt 23, 7-12.

(4) Cf. Psalm. Salomon. 5, 14. Cf. V Rose, Év. selon S. Marc p. 97.

(5) Resch I 135; III 496-499.

providenda adhibendam, ut etiam remotum peccatum evitaretur (1). Contra autem afferri potest illud : « et habebis thesaurum in caelo », quod cum illa emendatione non convenit, nisi ad haec verba additur sententia e verbis Lc 12, 34 haurienda.

His rebus expositis apparet coniecturis iustis nos minime cogi ad cedendum adversariis.

Denique patrum interpretatio consideranda est. Quam summae esse auctoritatis in rebus fidei et morum et a catholicis et ab orthodoxis tenetur. Concedendum est non omnes eodem modo locum explicavisse (2). Sed idoneos testes interpretationis nostrae videmur nobis proferre, cum EPIPHANIUM (3), AMBROSIUM (4), EPHRAEMUM SYRUM (5), AUGUSTINUM (6), IO. CHRYSOSTOMUM (7) appellamus (8).

B) Mt 5, 48 scriptum legimus : Estote perfecti sicut Pater vester caelestis perfectus est. Mandari hic a Christo videri potest summa perfectio, quam viribus nostris consequi possumus (9). At SUAREZ respondet (10) : « Perfectio, ad quam hortatur, ita est accipienda, ut et necessariam et abundantiorem complectatur, quamvis non utramque praecipiat » (11). Quodsi NOLDIN (12) et alii existimant significari perfectionem divinam esse normam moralitatis, id concedi non potest, nisi discrimen illud, quod indicavimus servetur. Ceterum si — Jos. RYBÁK secuti (13) — accuratius in cohaerentiam sententiarum inqui-

(1) Cf. DE LUGO, De poen disp. 7, s. 11, n. 228; Sl. l. th. III p. 362-3.

(2) Velut HIERON. In Mt 19, 18-20 l. 3. c. 19 : mentitur, tentator est; cf. Adv. Vigilantium n. 14 M. 23, 351; similiter BASIL. Hom. in divites n. 1 M. 31, 281.

(3) Haer. 48, n. 9. M. 41, 868.

(4) De vid. c. 12 n. 73 M. 16, 256.

(5) Evangelii concordantis expos. c. 15 Moesinger (Ven. 1876) p. 171 (ut porta datur in statu virginitatis degentium, ita et datur porta in mundo degentium; et in mundo degentes per suam portam in regnum possunt intrare, sed per portam virginum difficile est iis intrare).

(6) Ep. 157, c. 4, n. 25 CSEL 44 p. 474-5; De fide et operib. n. 20 CSEL 41 p. 60.

(7) Hom. 6 de poen. M. 49, 318 (in tua sit voluntate situm, dominus esto consilii tui, non cogo, non gravo, sed custodientem quidem corono, non custodientem autem non punio).

(8) Cf. etiam PHILOXENUS, Discurs. IX. ed. Budge p. 345-6 etc.; DOROTHEUS ABBAS Doctr. I c. 10 M. 88, 1629; THEOPHYL. ad Tit M. 125, 145; cf. MAX. MARGOUNIOS, Brevis tractatus de consiliis atque praeceptis evangelicis. Ven. 1602 f. $7^b$ et $8^a$.

(9) Cf GRIGOREVSKÏJ, in Xp. ЧT. 1906 II 564; MAKARÏJ, Pr.-d. b. § 228 II 2° (ed. gall. II 544).

(10) De relig. l. 1, c. 9, n. 3.

(11) Cf. BARRADAS, Concordiae t. III l. 6, c. 8 (1610 p. 345).

(12) Summa theologiae moralis[8] I n. 67 p. 83.

(13) Křest'anská askese c. I.

rimus, res aliter explicanda videtur esse. Qua enim in re Patris perfectio consistit? In eo, quod solem et pluviam concedit et probis et improbis. Si perfectionem quae in hac re ita apparet, ut in promptu sit, consideramus, haec nihil est nisi quaedam libertas, voluntas in agendo non praeoccupata discrimine inter malos et bonos; vel, ut CALVINUS rem, non sine iusto anthropomorphismo enuntiat in explicatione altera, quam proponit (1), « perfectio Dei vocatur primum gratuita meraque liberalitas, quae spe lucri non ducitur, deinde singularis bonitas, quae cum hominum malitia et ingratitudine certat ». Si autem perfectionis, quae in illa re sita est, rationem interiorem quaerimus, ideo Deum intellegimus ita agere, quod progressum naturalem quo genus humanum lapsum et redemptum fertur, turbare nolit (2). Haec tamen sententia nimis remota erat ab audientium ingeniis ideoque vix intenta. Etsi autem in utraque cogitatione (plana et subtiliore) amor Dei erga genus humanum existimandus est actionis laudatae esse comes vel etiam causa (3), illud certe non significatur et ab huius loci natura alienum est, per hanc actionem tamquam causam beneficiorum aequo modo iustis et iniustis obvenientium declarari amorem et indulgentiam erga malos, quali nos inimicos nostros prosequi debeamus. Obstat enim aequitas in similitudine praedicata. Nostram explicationem de libertate divina, ad quam improbitas hominum nullam vim habeat, mirifice convenire cum Lc 6, 36 satis patet.

Patres, etsi magis ut oratores et ascetae quam ut philologi aut theologi in loci sententiam inquirunt, ac propterea discrimen accuratum inter praeceptum et perfectionem neglegunt (4) et diversas a nostra interpretationes proponunt (5), nihil tamen dicunt, quod cum sententia nostra de obligatione christianorum pugnet.

C) Ab adversariis afferri solet etiam Lc 17, 10 Cum feceritis omnia, quae praecepta sunt vobis, dicite servi inutiles sumus : quod debuimus facere fecimus. Origenes (6) et protestantes (7) putabant — aliter ille, aliter hi — his verbis significari nos nihil facere posse quod vere bonum sit; sed manifestum est et a nonnullis rationalistis conceditur (8) hanc non posse esse verborum illorum vim. Utendum

(1) Opp. vol. XLV 1891 col. 190.

(2) Cf. Mt. 13, 30.

(3) Cf. IGNAT. DE LOYOLA, Exerc.[6] Romae 1861 p. 122; GAGLIARDI, Commentarii in Exerc. spir. p. 103.

(4) Cf. DE AGUIRRE, Theologia s. Anselmi[2] t. III (1690) disp. 130, n. 110-111 (p. 598).

(5) Ut HIERON., Expos. 4 evang. M. 30, 547.

(6) In Mt t. XV n. 10 M. 13, 1281.

(7) Velut MELANCHTHON : legem Dei numquam implebis DU PLESSIS D'ARGENTRÉ, Collectio iudicior. I 2 p. 391.

(8) Cf. JÜLICHER, Die Gleichnisreden Iesu[2] II 17.

fuisset verbis circiter his : cum videritis vos praecepta non posse servare (1). Si solum illud « servi inutiles sumus » consideratur, variae sententiae aliae fingi possunt; velut etiamsi nonnunquam facimus id quod perfectum est, tamen nonnunquam etiam officia intermittimus, servi igitur nequam sumus; vel : « ex nobis quasi ex nobis nihil valemus et sufficientia nostra ex Deo est » (2). Verum, si contextus rationem habemus, multae eiusmodi interpretationes impediuntur verbis : quod debuimus facere fecimus, propositione et assumptione huius conclusionis latentibus in parabola, item ex parte vel inde, quod in protasi sumitur nos omnia praecepta implevisse. Itaque, ut doceamus utrum praecepta aeque pateant atque convenientia cum ratione an praeter ea quaedam ultro suscipi possint, primum in parabolae sententiam inquirendum est.

Voce servi significatur hic mancipium, non mercenarius vel famulus liber; haec enim est vis vocis δοῦλος (etsi aliter usurpetur Mc 10, 44, ubi translata occurrit); aliud alienum quoque esset a rebus illius temporis nec mercenarii est mercedem ciborum accipere. Hoc posito proxime nihil aliud sequitur, nisi nos, si faciamus quae praecepta nobis sint, non debere magnam de nobis opinionem habere nec maiorem gratiam aut maius praemium ut nostrum petere; hoc tamen non impedit, quominus servus pro re facta ultra debitum gratia vel praemio dignus sit, id quod hoc loco subaudiri putant (praeter MALDONATUM (3) aliosque catholicos) HOLTZMANN et PLUMMER in h. l. Si quis tamen servum mercenarium interpretari velit, quales ad agros colendos et ad pascendum adhibebantur (4), sumatque dominum ab eo postulavisse rem, qua ex pacto non teneretur, nihil concluderetur, nisi servum sibi gratiae ducere debuisse quod conductus esset ac dicere vilis servus sum, etiamsi dominus nulla re hanc operam extraordinariam remuneretur, contentum me esse oportet, ad serviendum natus sum. Sed etiam retenta nostra de servo sententia, simili modo explicandum esse illud servi inutiles sumus, re accuratius considerata videbimus; nempe nequaquam sumendum esse, servum, si quid supra debitum fecisset, negare potuisse se quod debuisset fecisse. De hac enim condicione hic omnino non est cogitandum, non magis quam de Dei iure poscendi quaecumque ultra praeceptum faciamus. Tertium comparationis in nulla alia re situm est nisi in animi habitu proprio servi erga dominum. Qui est contrarius habitui pharisaei apud Lc 18, 11. 12. Etiam a catholicis viris sanctis et ascetis (5) verba inutiles

(1) ESTIUS, Annotationes in praecipua ac difficiliora s. script. loca[4] 1663 p. 513.
(2) LIBERIUS A IESU, Controv. tr. IX col. 122.
(3) In h. l. 1596 col. 348.
(4) Cf. Mt 20, 1; Io 10, 12.
(5) Cf. BONAVENT. in h. l. Opp. VII 1895 p. 433; DIONYS. CARTH. in h. l. Opp. XII 1901, 137 etc.

servi sumus, ad omnes actiones nostras extenduntur, etsi Christus distincte alias non significavit nisi praeceptas. Quamquam enim nonnumquam facimus, ad quod faciendum non tenemur, tamen opera nostra est servi vilis et gratiae Dei tribuendum est, quod accepta habetur, nec est, unde spiritus sumamus; hoc modo usurpata verba « quod debuimus » non idem valent atque : « obligati eramus », sed ne apud Lucam quidem id valent, verum quamvis operose laboraverimus, nihil fecimus, quod ex se posceret remunerationem; dominus non tenetur ad gratiam habendam nisi res fit a libero vel eo, cuius ipse indigeat, cum alii servi non sint, quos sibi comparet. Qua sententia, si ipsa res spectatur, tandem nihil aliud enuntiatur nisi nos nihil fecisse nisi quod nos ut servos deceret, quod convenientia cum ratione a nobis postularet. Actiones autem supererogatoriae non sunt ultra convenientiam sed ultra obligationem.

Cum hac explicatione nullo modo discrepat illud : Vos amici mei estis, si feceritis, quae ego praecipio vobis (1), vel illud : Euge serve bone (2). Non enim dicitur : Cum feceritis omnia, nondum desiistis esse viles servi, sed dicite viles servi sumus. Neque enim eo modo has sententias inter se componere conabimur, ut dicamus laudem vel praemium a Domino promissum, non esse nisi quandam captationem benevolentiae aut instigationem ad maiorem alacritatem, sicut dominus servum alloquens fingitur a Cyrillo Alx. (3). Non magis interpretatio nostra pugnat cum Lc 6, 32-34. Etsi enim scimus nullo praemio nos ut servos esse dignos, tamen Deum nos ut filios remuneraturum esse non ignoramus, quod ut fiat adniti possumus; peculiare autem praemium pro peculiari opera exspectandum est (4). Negandum esse peculiare meritum respondens operae et obsequio non magis ex hoc loco probari potest quam verbis canonis missae « non aestimator meriti sed veniae largitor » (5) catholica de merito doctrina refelli.

Ceterum patres hunc locum interpretantes etiam secundiores nobis sunt quam ipsa scripturae verba. Velut Io. Chrysostomus (6), Ambrosius (7), Origenes (8).

(1) Io 15, 4.

(2) Mt 25, 21.

(3) In Lc 17, 7 ss. M. 72, 837.

(4) Cf. Mt 5, 12, 19[b]; 19, 28 s. etc.

(5) Cf. Ritschl, Die christliche Lehre von der Rechtfertigung und Versöhnung I 139.

(6) In 1 Cor 9, 16-18. M. 61, 183.

(7) De vid. c. 12 n. 74 M. 16, 256 : Itaque qui praeceptum impleverint, possunt dicere : servi inutiles sumus, quod debuimus facere fecimus; hoc virgo non dicit, non dicit ille, qui bona sua vendidit.

(8) In Rom l. 3, n. 3 M. 14, 933.

D) Mt 22, 37 praecipitur nobis Diliges Dominum tuum ex toto corde tuo et ex tota mente tua et ex omnibus viribus tuis; cf. Lc 10, 27; Mc 12, 30. Ergo homo teneri videtur ex caritate ad facienda quam plurima et optima (1). At haec lex caritatis, sumpta ex Deut 6, 5, praeceptum est legis naturalis, diligenter distinguendum ab eo, quod rationi conveniens est, sed non praeceptum. Officium Deum diligendi agendo nihil aliud est nisi officium utilitatem nostram rationibus divinis posthabendi, quod ex iure ministerio nostro utendi nascitur; neque aliter ad Dei amorem omnia mandata revocari possunt. Non esse autem verba scripturae formulam, qua animi iubeantur frequenter amoris affectionibus cieri, inde efficitur, quod hoc mandatum generale est, non subiectum decalogo. Ceterum etiamsi hoc negaretur, non sequeretur nisi talem amoris aestimatione summi affectionem praecipi, quae non moveret ipsa sua natura ad summam perfectionem, sed dumtaxat responderet officio illi Deum diligendi actionibus omnibus. Quare Suarez iure respondet (2) « Praeceptum caritatis includit reliqua praecepta solum in tantum, in quantum sunt necessaria; ergo ut sint necessaria, oportet ut supponantur alio modo seu in proprio genere vel ratione suae propriae honestatis esse praecepta. Ergo opera bona, quae ex se vel aliis positivis legibus praecepta non sunt, ex vi solius praecepti dilectionis Dei non praecipiuntur; et consequenter possunt esse sub consilio, non obstante illo praecepto dilectionis Dei ». Itaque, ut contra Arnaldum dicit Petavius (3), « essentia praecepti (« virtus » que eius « coactiva », ut loquitur s. Thomas) ad executionem quod attinet, non complectitur nisi infimum perfectionis gradum, qui situs est in exclusione omnis peccati mortalis ». Si cui nihilominus voce « totis viribus », « toto corde » aliquid plus significari videtur, videat Gen 31, 6 et 2 Reg. 15, 3. Quae cum ita sint, non felicius ex hoc loco colligitur summam praecipi perfectionem, quam Deum a nobis postulare res, quibus faciendis impares simus (4).

De patrum interpretatione idem dicendum est, quod ad B) diximus (5).

E) 1 Cor 10, 31 mandatur nobis omnia in Dei gloriam facite. Quod praeceptum latius patere videri potest, quam ut aliquid supra debitum fieri possit. Bonaventura ad hunc locum adnotat (6) « Potest accipi affirmative vel negative. Et affirmative dupliciter, quia

(1) Papamikael Sl. l. th. III 277.
(2) De relig. tr. 7 l. 1 c. 9 n. 6.
(3) Opus de theologicis dogmatib. t. VIII De poen. l. 8 c. 14 (1870 p. 653).
(4) Cf. Maldonatus in Mt 22, 37 et in Lc 10, 27 (1596 p. 521. 346).
(5) Cf. August. Sermo 34 c. 3 M. 38, 212; De doctr. christ. l. 1 c. 22 M. 34, 26-7; De spir. et litt. c. 36 M. 44 c. 243; Basil., Reg. fus. interrog. 2 M. 31, 908 s; Theodoret. In Deuter. 6, 5 M. 80, 409 etc.
(6) In l. 2 d. 41 a. 1 q. 3. Opp. t. III 1865 p. 580.

hoc signum « omnia » potest ibi teneri collective vel distributive. Si accipiatur negative, sic est praeceptum, et tunc est sensus Ita faciatis opera vestra, ut nihil faciatis contra gloriam Dei (1); si autem intellegatur affirmative, et hoc signum « omnia » teneatur distributive et divisim, tunc est consilium et admonitio (2). Admonet enim apostolus secundum hunc sensum, quod quodlibet opus nostrum referamus ad Deum; et de quolibet divisim possumus facere; et utile est nobis et expediens, si faciamus... Si autem praedictus sermo teneatur affirmative et hoc signum « omnia » teneatur collective, tunc nec est praeceptum nec consilium sed finis praecepti et consilii. Ad hoc enim debemus tendere et hoc desiderare, quod ad talem statum perveniamus, quod omnes cogitationes nostras et affectus in Deum referamus... Et sic patet, quod ex auctoritate illa non concluditur, quod aliquis peccet, cum non referat opus suum in Deum actualiter ». Tamen THOMAS AQUINAS praeceptum affirmativum hoc loco contineri putat (3). Si contextum inspicimus, cognoscimus non agi de consilio, sed agi de interdicto seu praecepto negativo : « Ex eo, quod omnia in gloriam Dei facienda sunt, consequenter intellegi vult {Paulus} eos peccare, qui comedunt idolothyta, non habita ratione divini honoris aut conscientiae fraternae; quod non esset consequens, si illud prius tantum esset consilii » (4). Quidquid agamus, respiciendum esse finem ultimum ita, ut nihil fieri deceat, quo gloria Dei imminuatur, nihil fieri liceat, quo obligatio erga Deum violetur, ex ipsa natura rei cognoscitur; propterea quidquid appetamus, « moderate » appetendum esse dicitur (5). De mandato autem positivo negandum est intellegendum esse hunc locum, si contextus ratio habetur (6). Ceterum THOMAS AQ. aliam obligationem praecepto positivo contineri non statuebat nisi eam, quae ex communi notione continetur in praecepto caritatis; de eius tamen sententiae veritate dubitari licet (7). Quod COLLET (8) de obligatione principales actiones offerendi Deo ideoque saepius in die vel saltem semel renovandi hanc intentionem statuit, nulla ratione nititur (9).

(1) Minus accurate CORNELY dicit in h. l. : ne Dei honor. « imminuatur ».
(2) Ita rem videtur explicare C. TOUSSAINT in h. l. cum dicit p. 354 Qu'est-ce qui contribuera *le plus* à procurer la gloire de Dieu?
(3) Cf. FRINS, De act hum. I p. 83.
(4) ESTIUS in h. l. (1709 p. 300).
(5) Cf. COSTA-ROSSETTI, Philos. mor.[2] 1886, p. 87.
(6) Cf. DOM. PALMIERI in adnot. ad BALLERINI, Op. theol. morale[2] vol. I n. 113 p. 106.
(7) Cf. D. PALMIERI in adnot. ad BALLERINI, Op. theol. morale[2] I n. 118 p. 111.
(8) Institutiones theologicae t. I. Par. 1754 c. 3 a. 1 sect. 2 p. 91-92.
(9) Cf. AGUIRRE, Theol. s. Anselmi[2] t. III (1690) disp. 130 n. 148 (p. 613-4); RIPALDA, Adv. Baium et Baianos (Opp. t. VI 1872) disp. 20 s. 8 n. 87 (p. 148-9).

De Patrum (1) explicatione dicendum est rursum idem atque ad B).

F) (2) Philipp 4, 8 diserte praecipi videntur quaecumque hominem deceant Quaecumque sunt vera, quaecumque decora, quaecumque iusta, quaecumque sancta, quaecumque amabilia, quaecumque bonae famae (3), si qua virtus, si qua laus, haec cogitate. Ad haec dicendum est « Paulum ibi non exhortari tantum ad opera praeceptorum sed generaliter ad omnia bona et honesta, sive praecepta opera sive consilii ipse enim Paulus non solum faciebat opera bona praeceptorum, sed etiam optima consiliorum et utraque etiam docebat; et tamen generaliter concludit quae didicistis, accepistis et vidistis in me, haec facite. Nec in omnibus illis exhortatoriis verbis est aliquod illa restringens ad praecepta vel consilia; sunt ergo verba generalia et indifferentia ad singula operum genera; ideo iuxta illorum capacitatem et materiam sunt applicanda » (4).

His ea, quae e scriptura afferri solent, satis illustrasse nobis videmur.

Patrum locos omnes, qui obici possunt (5), examinare nolumus. Satis sit nobis opinionem nostram Patrum eximiorum sententia comprobari.

Itaque ad ea quae nos statuimus e scriptura confirmanda Patres variis locis usi sunt. Velut

1) 1 Tim 5, 14 : EPIPHANIUS, Haer. 48, n. 9 M. 41, 869 B. Ubi, nisi sumas agi de iis, quae re ipsa continentiae sunt capaces sive id sentiant sive non sentiant, negandum est cum eo de iis, quae continentiae capaces esse sibi videbantur, apostolum potuisse dicere « nubant », si ulli damnationi essent obnoxiae.

2) Rom 14, 3 FILASTRIUS, Divers. haer. LVI CSEL 38 p. 46, qui ea, quae ex legis praecepto fiunt distinguit ab iis, quae promotionis caelestis et dignitatis causa voluntati hominum concessa sunt.

3) 1 Co 9, 1 : Io. CHRYSOSTOMUS, Hom. 21 in 1 Cor M. 61, 169-170.

4) 1 Co 9, 15-18 HIERONYMUS, Adv. Iovinianum l. 2, n. 22 M. 23, 318; Io. CHRYSOSTOMUS Hom. 6 de paen. M. 49, 318; In h. l.

(1) Cf. MAXIMUS TAUR. Hom. 89 M. 57, 456-7; CLEM., De virginitate II 6 ed. Funk-Diekamp II 38.

(2) Hic exponi potuit etiam Mt 12, 36; sed ipsi protestantes sua interpretatione agnoscunt, nullo modo contra nos loci argumentum verti posse. Cf. TH. ZAHN in h. l.[2] p. 464.

(3) fair-speaking, winning : LIGHTFOOT.

(4) SUAREZ, De relig. tr. 7, l. 1, c. 9, n. 2. Cf. F. PRAT, La théol. de s. Paul[4] II p. 456.

(5) Velut EUSEB., Dem. ev. 1, c. 8 ed. Heikel p. 39 v. 7 παρήγγελτο (τοῖς οἵοις τε χωρεῖν); TERTULL., De exhort. castit. c. 3 ; delinquere est.

M. 61, 182-3. Quem scripturae locum de supererogatoriis operibus etiam Baur intellexit. Cf. Cornely in h. l. p. 252-258.

5) Manifestissimus autem est locus 1 Cor 7, 25-40 : Io. Chrysostomus, Hom. 6 de paen. M. 49, 318 : non mandavit virginitatem; nam virginitatem qui mandat, necessitati legis subicit etiam non volentem; qui vero admonet, auditorem relinquit dominum propriae voluntatis (κύριον ἀφίησι τῆς αἱρέσεως); propterea Paulus inquit 1 Cor 7, 25. — Basilius Ancyr., De virginitate n. 56 M. 30, 781 : τὸν ἐλεύθερον παντὸς ἐπιτάγματος, κρείττονα ἀπὸ ἐξουσίας γενόμενον. — Ambrosius, Ep. 63, n. 35. 38. M. 16, 1199 non enim praecipitur quod supra legem est, sed magis dato suadetur consilio consilium invitat voluntarios, praeceptum astringit invitos. — Augustinus, Serm. 161 n. 11 M. 38, 884 amando te plus facimus quam iubes. Cf. Aprahat, Dem. 18 (Bert p. 297) — Nec ponderi verborum bene... melius (7, 28) (1) restitere protestantes (2), etsi nonnulli lucem oculis non accipere conati sunt usi verbis : « schwerlich so gemeint », « scheint nicht reflectiert zu haben » (3) quorum modestia, insolita apud polemistas protestantes, rem desperatam satis testatur. Adversariorum effugia (4), discrimini illi inter bene et melius tollendo imparia, nituntur etiam falsa suppositione, qua Paulum loqui ad ipsas virgines fingitur. Concludendum igitur est eorum opinionem a Paulo remotissimam fuisse.

Ad extremum aliquot alios quoque Patrum locos commemorare libet, quos nondum indicavimus, quibus cognoscitur nos eadem docere atque eos

Gregorius Naz. Or. 4, n. 99 M. 35, 633 Τῆς ἡμετέρας νομοθεσίας τὰ μὲν ἀνάγκην ἔχει τοῖς ἐπιταττομένοις, ἃ καὶ μὴ φυλάττουσι κίνδυνος τὰ δὲ οὐκ ἀνάγκην αἵρεσιν δὲ ἃ φυλάττουσι μὲν τιμὴν καὶ ἀντίδοσιν, μὴ φυλάττουσι δὲ οὐδ' ὁντινοῦν κίνδυνον.

Hieronymus, Adv. Iovinian. I 12 M. 23, 228 B Ideo plus amat virgines Christus, quia sponte tribuunt, quod sibi non fuerat imperatum; maiorisque gratiae est offerre quod non debeas quam reddere quod exigaris.

Augustinus, De s. virginitate c. 30 CSEL 41, 267 : Illa exiguntur, ista offeruntur; si fiant ista, laudantur, nisi fiant illa, damnantur. In illis Dominus debitum imperat vobis; in his autem quidquid supererogaveritis, in redeundo reddet vobis (5).

Io. Chrysostomus, Hom. 6 de paen. M. 49, 318 A : Πολλοὶ τὰ προσ-

(1) Cf. Lehmkuhl, Theol. moralis[11] I n. 109 p. 71.
(2) Velut J. Gottschick in RE[3] I p. 170; Holtzmann in h. l.
(3) K. Thieme in RE[3] IV 277.
(4) Cf. Gr. Papamikael Sl. l. th. III 277.
(5) Cf. Serm. 273 n. 4 in Append. Serm. Aug. M. t. 39 c. 2258.

τάγματα ὑπερβαίνουσιν ...παρθενίαν οὐκ ἐπέταξε, καὶ κατορθοῦσι πολλοί ἀκτημοσύνην οὐκ ἐπέταξε, etc.

HERMAS, Sim. V 3, 3 Lelong p. 160 (cf. LXXV) : ἐὰν δέ τι ἀγαθὸν ποιήσῃς ἐκτὸς τῆς ἐντολῆς τοῦ θεοῦ, σεαυτῷ περιποιήσῃ δόξαν περισσοτέραν (1).

ORIGENES, In Apc 7, 9 Schol. 32 TU 38 III 38 αὐθαίρετος ἐν εὐφροσύνῃ καὶ ἀγαλλιάσει.

Quae cum ita sint, nihil videtur impedire, quominus orthodoxi concedant posse quaedam fieri ultra debitum eo quidem, quo docuimus modo, i. e. non ultra convenientiam sed ultra obligationem.

Et sic ad finem disputationis pervenimus. Utinam eo animo suscipiatur quo scripta est et conferat ad consequendum illud, cuius studio nos omnes flagramus.

---

## APPENDIX

*) (ad p. **206**)

K. Müller res, in quibus nata est Abaelardi opinio hoc modo describit (p. 308) : « In der alten Kirche wie im frühen Mittelalter war der Gedanke geläufig, dass die Gnade Gottes für den Bussfertigen darin bestehe, dass Gott *an Stelle* der ewigen Strafen die zeitlichen der freiwilligen Bussleistung (Genugtuung) annehme. (Den Ausgangspunkt bildet 1 Cor 11, 31; vgl. TERTULL., De paen. 9 Schluss; AMBROS., De paen. 1, 5 exspectat gemitus... De lapsu v. c. c. 8 § 32 : facinorosis... § 36 : compensaverunt; IULIAN. POMERIUS (fälschl. Prosp. Aq.), De vita contempl. 2 M. 59, 415 ff. : temporalibus poenis mutabunt aeternas; CAES. AREL., hom. 1. mortificatione praesenti futura mortis sententia praevenitur; cf. hom. 8). Jetzt sprach Abälard aus : Die Sünde hat ewige *und* zeitliche Strafen zur Folge. Die Reue tilgt die ewigen, die Genugtuung die zeitlichen. In diesem Stück bleiben dann freilich die älteren Aussagen über straftilgende Kraft der Busswerke formal bestehen; aber die Werke ersetzen nicht mehr die Strafe der Hölle, sondern die des Fegefeuers. »

Non est nostrum haec omnia ordine inquirere, dolendum est quod POLYC. SCHMOLL, Die Busslehre d. Frühscholastik. Münch. 1909 singula non est persecutus. Sed certum est rerum condicionem a MÜLLERO vero simpliciorem fictam esse, etsi eum rem acu tetigisse dixeris. Exploratum nobis videtur esse antiquos de satisfactione, qua peccata post baptismum commissa delenda essent, distinctis vel accuratis notionibus usos non esse. Frustra quaeritur is qui dixerit eam esse satisfactionem Christi nobis applicatam, nostram autem satisfactionem non eo formaliter spectare, ut a peccato liberemur. Neque aliter res

(1) Cf. J. v. WALTER in ZNW 1913 p. 136. — De Iudaeorum consensu cf. Holtzmann, Neutest. Theol. p. 65.

esse potuit, si quidem redemptionis opus explicatum nondum erat, quin Anselmus primus fertur (cf. BRUDERS in ZkTh 34, 1910, 536) peccati mortalis naturam in Dei offensione posuisse.

MÜLLER ait antiquitus creditum esse peccata nostra tolli, non applicatione satisfactionis Christi, sed propria satisfactione; afferri potuit illud PACIANI (Ep. 3 ad Sympr. n. 8) : Baptismum sacramentum est dominicae passionis, paenitentium venia meritum confitentis. Ac verum quidem est hanc rem sero obscuritate exutam esse (de orthodoxis cf. J. FECHT, Kurtze Nachricht v. d. Religion der heut. Griechen 1711 p. 79. 115); Abaelardi opinio certe sententia quam Müller antiquitati tribuit nititur; is vero quominus de Christi satisfactione applicanda cogitaret sua de redemptione opinione impeditus est. Scriptor tractatus « Adv. haer. » c. 13 M. 178, 1841 dicit : a poena aeterna absolvimur « per eam quam iniungit {sacerdos} satisfactionem ». Sc. poena aeterna ad quam aliquis est obligatus commutatur a sacerdote in poenam ecclesiasticam; et si quis de omnibus mortalibus contritus moritur, « remanet tota eorum poena »; et solum quatenus peccata contra Filium etiam in futuro remitti possunt, haec poena non erit aeterna sed aliquando remittetur (FR. DE MAYRONIS, In l. 4. d. 21 q. 1. Ven. 24/IV 1520 fol. 209[a] B). ALEX. III (Roland Bandinelli), Sent. ed. Gietl p. 249 scribit : « Sicut duos offendimus et duobus satisfacere debemus, Deo per cordis contritionem, ecclesiae per oris confessionem et operis satisfactionem    Etiam his temporibus contritio satisfactio vocari solet sed non ignoratur id fieri non quod actus ille sit adaequata compensatio iniuriae Deo factae, sed quia supposita hac compensatione a Christo solo facta Deus libere acceptat nostram contritionem ut *dispositionem* infallibiliter obtinentem veniam; quae dispositio certe improprie satisfactio vocatur. Antiqui autem de compensatione a Christo facta pro aliis peccatis ac pro peccato originali non cogitabant, velut ALEX. DE ALES (cf. Io. MORINUS, Commentarius historic. de discipl. in adm. sacr. paen. P. 1651, 772), AEGID. CARLERIUS, Or. de punitione publicor. pecc. (Mansi 29, 921-2 = Hardouin 8, 1793), NAVARRUS (cf. contra eum CAPETIUS, De indulg. 1595 p. 35-6).

At error, qui antiquis a Müllero tribuitur, creditus non est. Non enim ignorabatur peccata non tolli nisi venia a Deo accepta, rem esse gratiae non iustitiae, et Christum aliquo modo delictis condonandis intervenire. Etsi enim concedi potest illud « im Unklaren bleibt es bei AUG., inwiefern der Tod Christi neben der Aufhebung des reatus auch die culpa, die reale Entsündigung, die sich durch die Taufe vollzieht, bewirkt hat » (J. GOTTSCHICK in ZKG 1901 XXII 382), haud scio an nemo dubitet quin ad priscorum christianorum fidem pertinuerit Christi merito peccata tolli. Obscuritas autem facile explicatur. Vel iis ignosci potest qui — velut theologus saeculi XX quem supra Caesarii Arel. locum ad sententiam suam confirmandam afferre vidimus, — haec duo confundunt poenas aeternas instare iis qui paenitentiam non agunt et paenitentia agenda poenarum aeternarum debitum exstingui, Deo offenso satisfieri. Res autem multo complicatior fuit.

Non plane distinguebantur hae poenarum ad peccata rationes : **a**) ratio formalis propter quam hic in terris patimur etiam post baptismum. Quomodo hac de re locuti sint, v. AUG., In Io. 124, 5 M. 35, 1972; ISIDOR., Sent. l. 1 c. 22 M. 83, 588 (si a poena praesenti homines liberarentur per baptismum... ergo soluto reatu peccati, manet tamen quaedam temporalis poena); RUPERT. TUIT., De operib. Sp. S. l. 3, c. 27 M. 167, 1670 (recte et per sacramentum gratiae Christi culpa diluitur et tamen haec pars poenae non relaxatur); cf. GUIL. abb. s. Theodor., Disp. adv. Abaelard. M. 180, 275. 282; P ABAEL., In Rom l. 3. M. 178, 900; et eadem videtur esse sententia Trid., Sess. 14 c. 8 DENZ.[10] 904 falsum esse docentis culpam a Domino numquam remitti quin universa etiam poena condonetur, etsi id dicitur per occasionem confirmationis decreti de satisfactione ut est pars sacramenti paenitentiae; quodsi additur Sane *et* divinae iustitiae ratio exigere videtur, ut aliter... qui ante baptismum, dicendum videtur novi aliquid adiungi, **et** particulam idem esse atque **etiam**. Veram rationem iam supra (p. 198) indicavimus et infra (p. 228-9) uberius exponemus. Ceterum verissimum est eum qui peccatorum venia accepta meritis in his terris patiendo parandis non det operam, « indignitate compensationis » liberum tamen non esse, quae bonis operibus, paenitentia tollatur (cf. SIMEON THESS. M. 155, 921). Praeterea autem praetermittendum non est liberam et virtuti congruentem paenitentiae actionem eum effectum habere et eo consilio suscipi posse, ut διὰ τῆς ἑκουσίου καὶ προαιρετικῆς θλίψεως, μετριωτέρας πειραθῶσι τῆς τοῦ θεοῦ προσκαίρου ῥάβδου. METROPH. KRITOP. ap. KIMMEL, Append. p. 135. — **b**) Ratio, ob quam ecclesia paenitentiam imponit (Dei nomine); quam supra p. 200 indicavimus; OMNEBENE eam significat his verbis (ap. GIETL, D. Sentenzen Rolands p. 249) : Ideo quia scandalizavimus ecclesiam et Deum offendimus et ut carnem nostram maceremus et affligamus cum vitiis et concupiscentiis. Confitemur quia sic est institutum ad humilitatem ostendendam et etiam ut erubescamus inde, quod est magna poena peccati, et ieiunamus, ut si vere non paenitemus, Deus per misericordiam suam vere faciat nos paenitere. Paulo aliter HERICUS ANTISIOD. loquitur in die apost. P. et P. M. 95, 1483 « Perspecta igitur causa peccati quos viderint digna compensatione errata delere, hos a vinculis aeternae mortis pronuntient absolutos; quos vero probaverint segnes esse in paenitentia agenda, non solum peccata non placere, verum in iis velle permanere, illos debent damnationis aeternae suppliciis adiudicare, ut sic apertae damnationis exprompta destrictione, salubria paenitentiae et humilitatis decreta cogantur subire. » Similiter RUPERTUS TUIT., De div. off. l. 4 c. 16 M. 170, 109 Per privatam correctionem paenitentibus confestim venia peccatorum affluit. Cum autem quis secreto correptus inter te et ipsum solum non audierit, postquam ecclesiae dictum fuerit, non tam facilis indulgentiae leniendus erit oleo, sed congruae paenitentiae secandus cauterio. — **c**) Ratio dolendi de peccato. Contritio enim (cf. BRUNO AST., In Mt 3, 12 M. 165, 180) ut res homini ingrata quam Deus ab homine post peccatum postulat paenitentiae voce signi-

ficata, etsi finem satisfaciendi non habeat sed sua sponte in homine converso nascatur, cum satisfactione a Deo vel ab ecclesia imposita facile confunditur. — **d)** Denique satisfactio vel reparatio quae iusti in divina vel debito rerum ordine postulatur; haec ratio in operibus nostris non inest nisi quatenus ad cooperandum cum Christo nati sumus, ut ab eo redimi possemus. — Rei adeo complicatae distincta notio in antiquorum de paenitentia scriptis quaerenda non est, nedum in formulis absolutionis; e claritatis defectu colligendum autem non est satisfactionis Christi applicationem esse negatam.

Accedebat ad obscuritatem privata meditatio. Scriptum legebatur non punit Deus bis in idipsum; inferebatur ergo acta paenitentia, quam ecclesia Dei nomine imposuit, homo a poena liber est. Urgebatur praeterea, quod sane falsum non est prout a patribus intellegebatur sacerdotem ipsum peccata non tollere « intus vivificando »; absolvere autem eum a poena imposita; verum hac ratione urgenda debitum paenitentiae agendae falso interpretandi occasio data est. Verum est eum qui peccavit paenitentiam ab ecclesia impositam agere debere eamque recusando peccare; sed si perit propterea quod paenitentiam non egit, non est condemnatus ob id peccatum quod confiteri noluit vel cuius paenitentiam non egit; in hac re HUGO VICT. M. 176, 148; cf. 178, 1841) ab errore absolvi non potest.

ABAELARDI sententia enuntiatur in comment. in Rom, c. 4, 7 (M. 178, 840 D) Tunc autem tecta sunt peccata, quando in hoc saeculo satisfactio sequitur. Quae quidem satisfactio et purgatorias exstinguit saeculi alterius poenas, cum prius paenitentia poenas deleverit damnatorias et gehennales. MÜLLER recte videtur sumere Abaelardum hic (cf. Eth c. 19 M. 178, 665 A) de vera satisfactione cogitasse, non de alterius vitae purgatione poenis medicinalibus praevertenda. Itaque poenam damnatoriam et purgatoriam internoscit, priorem cum peccato condonari, posteriorem satisfactione exstingui statuit; satisfactionem autem intellegere videtur paenitentiam canonicam, non opus in locum eius subditum; sumit igitur paenitentiam canonicam respondere poenis a Deo pro suo arbitrio, non secundum decretum ecclesiae constitutis, in vita futura subeundis. Quaeritur, num poenas purgatorias pro satisfactoriis habuerit. Ac si vocis tantum qua usus est ratio habetur, negandum id videri potest. Sed quoniam cum damnatoriis comparantur, et eae, quibus in his terris redimuntur, satisfactoriae, non simpliciter vicariae, habentur, aliter sentire potuisse vix videtur.

Haec igitur Abaelardi fuerit sententia. Estne nova? An ante eum iam enuntiatum est culpa condonata puniendum tamen hominem manere donec satisfecerit pro peccato? Res digna videtur esse, in quam via ac ratione inquiratur. Animadvertendum autem est in discrimine inter reatum culpae et reatum poenae apud antiquos detegendo vocum significationem esse attendendam ne quid perperam iis tribuatur. Apud AUG. quidem culpae voce peccatum significari non culpam habitualem, ad hanc significandam adhiberi voces meriti, debiti, reatus, obligationis J GOTTSCHICK in ZKG 22 (1901) 381 aptissime monuit. Ne ABAE-

LARDUS quidem est putandus praeter obligationem ad poenam culpam habitualem statuisse; cf. In Rom l. 2 M. 178, 866; Eth. c. 14 M. 178, 654. Contritione igitur culpa habitualis non tollitur sed pars eius remanet. Dubium autem non est quin poenae appellatae sint etiam molestiae vitae humanae ut supra vidimus. Has si intellexeris poenas temporales, A. D'ALÈS recte statuit contra HILGERS eas paenitentia tolli creditum non esse (Ét 1915 t. 145 p. 43); HILGERS autem eatenus ad veritatem propius accessit, quatenus paenitentia canonica — quam falso a sacramentali distinguit — functos liberos fuisse existimat a culpa et poena coram Deo, a poena coram ecclesia atque etiam a poena purgatorii, quatenus hac poenam canonicam non persolutam suppleri credebant, a poena igitur satisfactoria post mortem subeunda.

Iam quaeritur quomodo nata sit ABAELARDI opinio. Poenam purgatorii esse satisfactoriam fortasse ab aliis accipere potuit; saltem facile fieri potuit, ut satisfactionis notio quae in his terris quodam sensu ad omnem molestiam pertinet, etiam in poenas vitae futurae transferretur quae maxime Pauli loco 1 Cor 3, 15 innitebantur et ut MÜLLER opinatur (p. 307) in fine mundi futurae credebantur « als Stück des jüngsten Gerichtes gedacht ». Eam sententiam obscuritas implicatarum rationum quae inter poenam et peccatum intercedunt ferre potuit. Imprimis passim compensatio habebantur paenitentiae (medicinalis cf. [AUG.], De vera et falsa paen. c. 18 M. 40, 1128) ab ecclesia impositae quae persoluta non esset; cf. PETRUS CANTOR ap. Io. MORINUM, Comm. hist. de discip. 1651 p. 770; quippe a Deo enim confirmatum est quod ecclesia decreverat nec morte irritum fieri potest; fingebant autem nonnulli uni anno paenitentiae agendae in terris respondere unum diem in purgatorio (FR. DE MAYRONIS, In l. 4 d. 19 q. 2. 1520 f. $206^b$ N). Adde calculos quos subducebant : Si pro quovis peccato gravi 7 annorum poenae repetuntur —, multis per multas aetates peccata luenda sunt (per se : nisi alii intercedunt, nisi singulari fervore paenitentia fit) ROB. DE SORBONIA, De trib. diaetis ed. Chambon 1902 p. 54.

Tamen quod ABAELARDUS ulterius statuit purgatorium esse poenam satisfactoriam citra poenam ab ecclesia impositam, etiam posteriores videntur ignorasse; cf. Adv. haer. c. 13 M. 178, 1841; ALX. III. ed. Gietl p. 249 (sicut duos offendimus et duobus satisfacere debemus, Deo per cordis contritionem, ecclesiae per oris confessionem et operis satisfactionem; quapropter recte videtur POL. SCHMOLL verba eius « gravissima poena » de poena aeterna interpretari); [COELESTINUS V.] ap. Telera, S. Petri Coelestini opusc. sel. Neap. 1640 p. 288 (pro quolibet peccato mortali datur duplex poena. aeterna.., temporalis vero a canonibus taxata relaxatur a sacerdote vel punitur in purgatorio); HUGO VICT. (MÜLLER p. 307); ROBERTUS PAULULUS, De off. eccl. 1 c. 23 M. 177, 393 (poenam temporalem recipit pro aeterna. Illa autem ad sacerdotis arbitrium habenda docetur ubi mundato a lepra dictum est : vade etc.); INNOC. III. etc. Apud ABAELARDUM haec sententia consequi potuit alia eius opinionis elementa. A MÜLLERO origo eius opinionis hoc modo ab usu ecclesiae mutato, absolu-

tione ante satisfactionem collocata, repetitur « Man wusste wohl von früher, dass rechte Busse ohne die ernste Absicht der Genugtuung unmöglich sei. Aber die Vergebung war ja doch schon erteilt, ehe die Genugtuung ausgeführt wurde. Man musste also, wenn man der Genugtuung einen wirklichen Wert sichern wollte, noch nach einer anderen Lösung suchen. Man fand sie, indem man die Busse in zwei Hälften zerlegte, nach denen dann auch die Folgen der Sünde doppelt bestimmt wurden. Man fand also entweder, dass neben den ewigen Strafen auch noch zeitliche im Gefolge der Sünde seien und überliess ihre Tilgung der Genugtuung, oder man knüpfte an die alte Überlieferung an, dass in der kirchlichen Busse Gott die Verwandlung der Höllenstrafen in freiwillige Selbstbestrafung zulasse man liess also in der Reue die Strafe der Hölle in die des Fegefeuers, diese aber durch die Genugtuung in die milderen zeitlichen Strafen umsetzen ». At hic non est solus modus quo res explicari potest, etiamsi minimum sollerti Abaelardi ingenio tribuitur. Opinio eius contineri potuit antiquo paenitentiae usu, ubi absolutio paenitentiam sequebatur. Ponamus enim momentum incorporationis seu, ut RICHARDUS VICT. loquitur, concorporationis cum Christo qua merita, satisfactio Christi paenitenti applicantur, falso putatum esse incidere in sacramenti exterioris receptionem ita, ut antea ne perfectissimo quidem caritatis motu homo Christo incorporaretur (RICH., De pot. lig. c. 20 M. 196, 1172), etiamsi peccata ei condonarentur. Hoc modo absolutioni tributa est vis quaedam transcendens, differens a venia peccatorum; cum autem sacramenti vis poneretur in poenis impositis relaxandis, poenarum remissio aliquid transcendens evasit. Quo facto e medicinali et satisfactoria coram ecclesia fieri potuit satisfactoria coram Deo, de cuius magnitudine Dei solius erat decernere. Sed ABAELARDUS alia ratione ad opinionem suam videtur pervenisse. Ipse eam indicat verbis multi namque paenitentes, qui praeventi morte; satisfactionem paenitentiae in hac vita non egerunt, poenis purgatoriis, non damnatoriis, in futura reservantur. Ethica c. 19 M. 178, 665. Itaque iam persuasum habebat purgatorii poenam esse satisfactoriam eamque ratione poenae ab ecclesia imponendae non habita a Deo decretam esse sumebat. Haec opinio ipsi rerum confusioni deberi potuit; verum ei oriendae certae quaedam res favebant : imprimis redemptiones vel indulgentiae. ALANUS quidem indulgentia solum eam paenitentiam tenuit compensari quam vivus persolvere non potuit, neque effectum eius exsistere nisi in altera vita; indulgentiam igitur ad purgatorium compensandum pertinere (ZkTh 1910, 439); praeterea sententia de absolutionis vi declaratoria (quae Abaelardo multo antiquior est; cf. P. Schmoll, D. Bussl. d. Frühsch. p. 18) eo evadere potuit, ut poenae a sacerdote impositae solum interpretatio mensurae a Deo postulatae haberentur. Sed praestat has quaestiones peritorum investigationi relinquere.

**) (ad p. **219**).

De indulgentiarum quae a patriarchis orientalibus conceduntur vi pauca apud polemistas orthodoxos inveni; librum autem N P LIXAČEV, O razrěšitelnyx gramotax vostočnyx patrïarxov. M: 1893 in occidente neque acquirere neque inspicere potui. Exemplum earum commemoratur a Martino Crusio, Turcograeciae libri octo Bas. 1584 p. 28. 133 (MAXIMI patr. Cp.); aliud editum est ab A. Papadopoulos-Kerameus, Texte grecești privitoare la istoria Românească... București 1909, 389-92 Συγχωρητικὸν τοῦ κεκοιμημένου αὐθέντου Κωνσταντίνου Σεβάρνβοδα {sic} a. 1698, datum a Callinico II ...ἐκ τούτων οὖν πάντων τῆς ἐνοχῆς τε καὶ τοῦ δεσμοῦ ἔχομεν αὐτὸν συγκεχωρημένον καὶ λελυμένον ἐν τῇ τοῦ πνεύματος δωρεᾷ καὶ ἐλεύθερον ἀποκαθιστῶμεν καὶ ἀπηλλαγμένον διὰ τῆς θείας χάριτος πάσης ποινῆς καὶ παντὸς ἐκκλησιαστικοῦ ἐπιτιμίου; aliud — datum a. 1846 ab ANTHIMO VI. describitur a M{AXIMO} M{ALATAKES}, Réponse à la lettre patriarcale et synodale de l'église de Cp., Cp. 1896 et a TOURNEBIZE, L'égl. grecque orthod. et l'union II. Par. 1900 p. 30 (« in virtute potestatis ligandi et solvendi... absolvimus et liberavimus ab omni peccato animae et corporis servum Dei Christodulum, qui hic obdormivit in morte, remittendo ei omnes defectus et offensas commissas ab eo contra Deum. »); aliud datarum a MACARIO II. metrop. kiov. editum est ab AUG. THEINER, D. neuesten Zustände 1841 p. 90[95], quarum forma multum differt a prioribus et, licet indulgentiarum litterae appellentur, potius testimonium probitatis sunt s. Petro caeli ianitori exhibendum; duo exempla (unum MAXIMI III. patr. Cp.) v. ap. JOHN COVEL, Some account of the present Greek Church. Cambr. 1722 p. 295-6; cf. GOAR, Euchol. 1730 p. 543-5; Rev. August. t. X 1907, 311. 432. — Exemplum indulgentiarum 100 dierum a GREGORIO VIII Mamma patr. Cp. concessarum affertur ab EM. SCHELSTRATE, Acta or. eccl. c. Luth. haer. P. II. 1739. Alia exempla ib. 783-93; Goar p. 542. G. KRIŽANIČ (ap. ANDREEVSKÏJ, Encikl. slovarı XIII 1894 p. 176) testatur litteris condonativis veniam dari solitam esse « всѣхъ грѣховъ, не поминая ни слова объ исповѣди или покаяніи. » Quarum usus in Russia frequentissimus erat (a. 1655 mille exemplaria typis expressa sunt *Gabrieli* patriarchae; a. 1668 duo millia *Macario* patr.). — T. Ṫ. SEREDINSKÏJ, Ob induligencïiax[2] 1896 p. 15 et N. BĚLIAEV, Rimsko-kat. uč. ob udovletv. in Prav. Sob. 1876 II 26 putant eiusmodi συγχωροχάρτας διὰ τοὺς ἀποθανομένους nihil aliud esse nisi declarationes mortuos decessisse absolutos per ecclesiam ab omni culpa. Nos autem modo eas explicamus quo supra p. 213 absolutiones mortuorum in ecclesia latina. Indulgentias vero quatenus consistunt in poenis canonicis minuendis quidam non videntur negare : W GUETTÉE, Exposition de la doctr. de l'Egl. cath. orth. P. 1866 p. 56 : Elle {eccl. orth.} ne regarde les indulgences que comme des adoucissements aux pénitences canoniques qui doivent être accomplies sur la terre, et qui ne regardent point l'autre vie. Certe in IEREMIAE III. litteris a 1727 (Mansi 37, 903) indulgentiae a chartis condonativis non distinguuntur itaque diserte

agnoscuntur, solum patriarchis quoque orientis ius eas concedendi vindicatur et abusus reprehenduntur.

***) (ad p. **220**).

Ut omittamus originem exprobrati *catholicis* iuridismi in satisfactione Christi consideranda, certum est falsam notionem doctrinae catholicae animis orthodoxorum obversari qui catholicam ecclesiam iuridismi accusant. Ceterum non solum vix unquam apud eos clare expositam invenies rationem in locum opinionis iuridicae subdendam (cf AAV VIII 212), sed ne iuridismi quidem crimen satis explicant. N. N. Glubokovskïj clara falsi (pharisaici) iuridismi notione non caret (Blagov. sv. Ap. Pavla I 1905, 414. 434), sed eam catholicae ecclesiae non tribuit. Certe assentimur ei dicenti Вѣра выражаетъ не голое теоретическое зачисленіе или математическое погашеніе минусовъ плюсами; она вмѣняетъ намъ праведность Христову въ неотъемлемую личную собственность при воспріятіи обѣтованія Духа (Gal 3, 14). » Tamen ne apud eum quidem positiva redemptionis explicatio clara est, quia — quod eius non fuisse concedendum est — notiones, quibus utitur (клятва 428, возмездіе 415) involucro metaphorico non exuit nec exutas ad rationem redegit. V. Iv Nesmēlov, cuius praecipuum meritum Berdiaev (Opyt filosofsk. opravdanïia xristïanstva in R. Mysli 1909 kn. IX p. 59) esse dicit predolēnïe considerationis catholico-iuridicae operis Christi haec statuit (Nauka o čelov.[2] II 1907 p 326 Спасеніе людей, совершается не простымъ удовлетвореніемъ Божія правосудія помимо людей, а праведною жизнію самихъ людей по силѣ однако живой вѣры ихъ въ дѣйствительность искупительной жертвы Христа pars negativa non adversatur doctrinae ecclesiae catholicae, pars positiva obscura est et fortasse ad ritschlianismum revocanda. A. Tuberovskïj, qui Voskresenïe Xristovo 1916, 248 satisfactionem, mercedem, substitutionem dicit esse reliquias paganismi vel reditum ad iudaismum (cf. V Bēl'aev in Xr. Čt. 1915, 1378) dogma catholicum postulare putat, ut Christus omnes poenas pro omnibus peccatis hominum in horto Gethsemani 3 horarum spatio pertulerit ! (p. 249) et hanc opinionem iuridicam appellat inhonestam quia « она оставляетъ насъ въ состояніи квіетизма, нерадѣнія о своемъ нравственномъ улучшеніи (262); argumenta e scriptura allata pro opinione iuridica (1 Thess 1, 10; Rom 4, 24-5 ; 5, 10; 8, 34; 10, 6-7; 1 Cor 15, 17-8) p. 234-46 refutat; ea quae nos ritschlianae opinioni opponimus videtur ignorare.

Anselmi de satisfactione opinionem improbari posse non negamus, non quo forensem iustificationem statuat, i. e. iustitiam qualis in republica sufficiat ad cives modo ordinario tractandos neque quod secus notionibus iuris continetur vel ut Tarēev contendit solum e V T. eruta est (cf. K. A. Smirnov, Immanentnaia filosofïia xristïanstva PG 1914, 32), sed quia in notionibus humanis in Deum transferendis

animum non intendit ad investigandam earum vim absolutam (cf. LABERTHONNIÈRE in Annales de philos. chrét. t. 151 p. 527-8) et quia veritatem ipsam assecutus non est (« Wenn die Liebe im Sohn leistet was die Gerechtigkeit im Vater fordert, so ist in Wahrheit einerseits das, was nur im Verhältnis des Menschen, der Creatur zu Gott begründet ist, in Gott hineinverlegt, und anderseits die Sühnung der Schuld aus dem Menschen herausgelegt ». F. MICHELIS, Kath. Dogmatik 225), ideoque defuit rebus revelatis ad concentum revocandis (unde concedendum est non omnia explicari posse hac opinione: TUBEROVSKÏJ p. 307); sed dici non potest mechanicam aut automatariam hominum salvationem esse consequentem posita Anselmi opinione (J. K. MOZLEY, The doctrine of the atonem. L. 1915 p. 218); nam ne iniuste iudicetur oportet opinionem sumere vagam qualis est et non extrema amputare.

V ŘEPA.

# Synopsis status quaestionum de quibus inter catholicam et orthodoxam ecclesiam disputatur.

Discordiae ad unitatem trahunt et plagae in remedia vertuntur ut Ecclesia, unde metuit periculum, inde sumat augmentum De vocat. omn. gent. l. 2 c. 10.

---

Sub hoc titulo in usum sociorum nostri laboris collegimus quae dispersa variis in locis occurrunt. Non id agebamus, ut controversias perfecte explicaremus, sed ut perfecte explicandis viam sterneremus. Synopsis similis, etsi et aliis destinata et alio consilio concepta, facta est a viro doctissimo M. Jugie in repertorio « Dictionnaire Apologétique de la Foi Catholique »[1] t. II col. 344-396. A quo capite resumendo et aestimando ut proficiscerentur iis qui nostrae synopsi conficiendae daturi operam erant, persuasimus. Si quid inde incommodi ortum est, voluminis compositori crimini detur, non scriptoribus. In singulis capitibus scribendis id unum nobis curae fuit, ut quaestio explicaretur ita, ut theologi, etiam ii quibus fontes orientales minus patent, facilius ad eas tractandas et absolvendas aggredi possent. Utrisque sociis et orthodoxis et catholicis ut alterius partis sententias summo studio assequi et exponere et ad quaestiones definitas revocare conarentur institimus. Nihil tamen coërcendos duximus, quominus ulterius etiam in controversias dirimendas incumberent et ita sua quisque methodo consensui efficiendo studeret ea lege, ut si a scriptore orthodoxo sententia improbaretur quam dogma catholicum esse constat, nobis eà quae ad id defendendum apta viderentur, addere liceret.

## De notione schismatis.

In capite Grecque (Eglise) in Dictionnaire Apologétique[1] Jugie initium facit ab examine nominis ecclesiae orthodoxae; et, ut nomen rei quam perfectissime respondeat significationi primae vocabuli quam

etymologia eruit, maxime videtur commendare — J. DE MAISTRE Du pape l. 4 c. 4 secutus — nomen ecclesiae photianae; cf. etiam V. LIVANSKÏJ, Protopresv. Ianyšev p. 18-9; FORGET in Rev. d'hist. eccl. 1911 p. 151. Nobis in rebus quae exsistunt appellandis minus etymologiae problemata discutienda quam voluntas eorum consideranda videtur esse, qui nomine dando afficiuntur (1).

Maioris momenti est diligenter in notionem schismatis inquirere.

Schisma in scriptura sacra vocatur « a causelesse difference or division amongst the members of any particular Church, that meet together, or ought so to do, for the worship of God, and celebration of the same numericall Ordinances contrary to that exercise of love in wisedome and mutuall forbearance, which is required of them ». JOHN OWEN, Of Schisme The True Nature of it Discovered and Considered. Oxf 1657 p. 52; cf. p. 43.

In ecclesia antiqua schismatici ii appellabantur, qui sine ratione a communione cum alio vel aliis se separabant. Haec separatio a communione intellegitur non recessus in eremum vel in coenobium ad perfectiorem vitam agendam (cf. Owen p. 263), sed ea sola quam Christus praecipit verbis sit tibi sicut ethnicus et publicanus (Mt 18, 17). Cf. 2 Tim 3, 5; 2 Thess 3, 6; Apoc 2, 14; 18, 4.

Communionis signa sunt commercium litterarum, mensa dominica, diptycha. Cf. L. ELLIES-DUPIN, Traité historique des excommunications t. I P. 1715 p. 16-22; Lesêtre in Sl. l. th. V 123; E. Akvilonov in Sl. l. th. II 280.

Cum ratione quemvis dicunt separare se posse a communione cum haeretico sensu latiore, i. e. ab aliquo, qui negat rem quae traditione vel scriptura continetur sive formaliter sive ut conclusio manifesta, etiam antequam ab ecclesia haereticus iudicatus vel antequam res ab ecclesia definita est (NECTARIUS Patr. Hieros., Confutatio imperii papae in ecclesiam L. 1702 p. 100. 127 affert Cyrilli ad Caelestinum epistulam), et etiamsi proprius eius episcopus est (DOSITHEUS, Τόμος καταλλαγῆς 1692 p. 56). Et haec est ratio, ob quam orthodoxi iure se ab ecclesia romana secessisse existimant (cf. BARLAAM, ep. Gyracensis, Epist. ad Alexium Calochetum ap. CANISIUS-BESNAGE IV 393; AAV VII 16) (2). Quin debere quemvis a tali homine se separare scrip-

(1) Etiam in EO (1914) caute semper « orthodoxe scribitur, ne quis legentium in errorem inducatur orthodoxos veram profiteri fidem. Non solet scribi « oriens », « breviarium », « pontifex » etc., cur praebere faciem ridentis vel offensi, quotienscumque orthodoxi nominandi sunt? Cf. 'Εκκλ. Φάρος II (1908) p. 94; L'Union chr. III 123-4 (WASSILIEF); AAV VII 38.

(2) Recentiores magis Carolum M. caritatis neglectae accusare videntur, cuius peccati episcopi Romani consortes evaserint. Cf W. J. BIRKBECK, The Russian Church 1915 p. 46.

turae auctoritate probatur (cf. Meletius Alex. ap. Dositheum Τόμος χαρᾶς II p. 564.)

Praeter haeresin quidam certa quaedam scandala pro iusta ratione videntur habere, ea dico quae ad formam ecclesiae vel cultum pertinent Nectar. Patr. Hieros. Confutatio p. 99.

Ratio iusta autem certe non sunt notoria peccata; inde enim schisma Donatianum natum est; nec errores rationis. Quaeri tantum potest, num, si auctoritas ecclesiae accedat, separatio ab eiusmodi membris liceat, i. e. num iure excommunicari possint, antequam admoniti sint.

Sed iusta causa est detrectata ab aliquo oboedientia, si res legitime poscitur qui ecclesiam loci in rebus ad solam ecclesiam pertinentibus non audit, potest haberi pro ethnico et publicano; item qui ecclesiam universam in rebus quae ad eam pertinent non audit. Eo ipso ecclesia ius habet eum « excommunicandi ».

Sumi potest legitimam auctoritatem numquam iniustam rem poscere; hoc potest videri Christus sumpsisse, cum diceret si ecclesiam non audierit; quamquam manifestum non est rem ita intellegendam esse. Quodsi vel illegitima est vel modum excedit, ipsa se separans ab eo qui oboedientiam recusat, schismatica est et omnes qui eam prudentes sequuntur.

Quaeritur quid legitime posci possit. Ea quae lege naturali vel lege positiva praescripta sunt; qua in re A. v. Harnack, Die Mission u. Ausbreitung des Christentums in den ersten 3 Jhd. [3]I p. 376 ecclesiam primitus ab omni peccato ferendo abhorruisse dicit « Sie würde sich selbst zerstören und um die Erfüllung der Verheissungen bringen, wenn sie auch nur *ein* unheiliges Mitglied dulden würde ». Ecclesia etiam ipsa positiva quaedam praecipere potest, sed hoc fieri posse negatur, si mandatum hoc aliis minus bonum videtur; hinc enim schisma oriri posse quod evitare caritatis sit. Unde John Hales concludit synodum Nic. II caritati defuisse cum imagines coli iuberet, nec eam sequendam esse (Several Tracts 1716 p. 179), in controversia vero paschali utramque partem schismaticam fuisse, si res obiective spectetur (p. 171).

Iam de haeresi quaerendum est sive iudicio privato condemnatur, sive ecclesiae iudicanda relinquitur, num omnis error in fide iusta causa sit se ab errante separandi. Χomiakov quidem perfectam doctrinae unitatem postulat gallicanismum et ultramontanismum simul esse in vera ecclesia non posse (W J. Birkbeck, Russia and the English Church during the last fifty years. I 1895 p. 21 ; apparet hanc sententiam teneri non posse ab iis qui evolutionem dogmatum admittunt); ecclesiam non posse esse discordiarum harmoniam (ib. p. 69); tamen non putat ecclesiae maiestatem tangi opinionibus singulorum falsis nisi pro traditis et credendis exhibeantur (p. 62). Similiter scriptor

epistulae Doellingero destinatae (Brief an Döllinger von einem Laien der russischen orthodoxen Kirche aus Moskau. Berl. 1872) p. 21-2 loquitur : « Wenn Sie sich in Glaubenstreue an die alte katholische Kirche gebunden betrachten, so können Sie in keine Gemeinschaft mit der diesem Glauben untreu gewordenen römischen Kirche eingehen, wenngleich Sie ihnen dieselbe anbieten wollte. Oder wenn Sie ihr Bekenntnis nicht als ein Hindernis Ihrer Gemeinschaft mit der römischen Kirche betrachten, so folgt daraus, dass Sie keine wesentliche Meinungsverschiedenheit von ihr trennt. Ist dem aber so? Betrifft diese Meinungsverschiedenheit nur aüsseren Ritus oder disciplinäre Fragen ? Ist die Frage der päpstlichen Unfehlbarkeit und Autorität nicht eine Frage der Glaubenslehre, und können wohl bei Verschiedenheit der Glaubenslehre die verschieden Denkenden sich in einer Kirche vereinen? » Minus clare Filaret, metrop. Moscov. loqui videtur ap Will. Palmer (Magd. Coll.), Notes of a Visit to the Russian Church in the years 1840, 1841. L. 1882 p. 354, qui distinguit opiniones de quaestionibus theologicis a dogmatis et ab iis quaestionibus quae cum dogmatis ita coniunctae sint, ut separari non possint; nec tamen discrimen inter dogmata essentialia et non essentialia admittit (1). Cf. V. Maksimovič in Sl. l. th. III 250. — J. Owen, Of Schisme p. 133.135 haec ad unitatem necessaria esse existimat palam confitenda esse omnia fundamentalia quae a quovis credenda sint; nullum aliud internall principle of the mind declarandum esse (Phil 3, 18); neque quicquam confessioni addendum esse quod cum ullo articulo necessario pugnet (Gal 5, 3.4) (2).

Sed non videtur probari posse ecclesiam omnes haereses condemnare debere; non solum Tridentinum argumento est, verum iam Chalcedonense (Binii Concilia t. II p. 1; cf. A. P. Lebedev, Sobr. III 344-7). Fortasse solum haereses quae a vulgo facile cognoscuntur profligandae sunt.

Qui iuste se separat, alteram partem iuste « excommunicat »; qui iniuste excommunicatur, iuste se separat. Cf. J. Drummond, Studies in christian doctrine. L. 1908 p. 391-2; E. Pearson, The Sin of Schism. Ipsw. 1800 etc.

Psychologia eorum qui sine ratione ab aliis se separant bene pingitur a Ch. Gore, Roman Catholic claims[2]. Rivingtons 1889 p. 119-120 « Schism...may spring from impatient, undisciplined

(1) Secus ac Filaret aep. Černigov. et Něž. (D. G. Gumilevskij) cf. Sl. l. th. I 148.

(2) Alii differentia dogmatum unitatem ecclesiae tolli negant; velut J. O. W. Hawels, Is the Church Bound for Ever by Four First Oecumenical Councils ? L. 1870 p. 25.

zeal (1) against evil in the Church. The zealous reformer smarts with indignation against the abuses and undiscipline which deface the Body of Christ. He and his followers are afraid to contaminate themselves by connivance with that which they cannot quickly alter. Their zeal is too much for their reverence for Christ's plan, for their subordination, for their patience. They take the matter of God's Church into their own hands. They deal with it, with more or less of recklessness, in their own way. The temper of reverent caution which fears to dispense with, or lay hands upon, outward forms, whether divine appointment or reverend antiquity, because for the moment their pratical value is obscured — this is forgotten or discarded by the men of intemperate, impatient zeal; and thus they form a Church of their own with a righteosness of their own, and a constitution of their own choosing ». Owen (p. 74) triplicem assignat schismatum fontem : apostasy (Heb 10, 25); irregularity of walking (1 Thess 5, 14 ἀτάκτοι; 2 Thess 3, 6); professed sensuality (Iud 19).

Singuli qui se separant, aut cum alia ecclesia iam exsistente communionem ineunt aut cum aliis sibi faventibus novam communionem constituunt aut ad visibilem ecclesiam pertinere omnino cessant. S. Suškov, Catholiques et schismatiques (L'Un. Chrét. I 370) priores schismaticos esse negat Les fidèles ne sont schismatiques qu'en adhérant à une Église qui n'aurait pas la succession apostolique, parce qu'alors aucun lien ne les rattacherait à l'Église de Jésus-Christ.

Quivis pro schismatico habendus est qui probare non potest se cum ratione ab aliis discedere, etiamsi bona fide erret (cf. Aeg. Sexstetter in Sl. l. th. VI 83) vel se cum ratione nolle cum aliis reconciliari (cf. H. Hammond, Of Schisme p. 27). Potest autem aliquis esse schismaticus bona fide, i. e. obiective tantum, cum subiective sit innocens; cf. Bossuet, II. Instruction pastorale sur les promesses de l'Église (Œuvres VI 1836 p. 511).

Quod de singulis diximus, dicendum est etiam de iis qui auctoritate pollent in ecclesia; cf. Irenaei de Victore iudicium (Euseb., H. E. V 24), Firmiliani de Stephano etc.

Iam de ratione quae inter schismaticos et veram ecclesiam intercedit varia quaeri possunt de iurisdictione ordinaria vel extraordinaria in membra verae ecclesiae (velut patr. Cp. in Latinos suae dioecesis) etc. Nostra unum illud interest utrum ad veram ecclesiam pertineant necne. Alii alios schismaticos excipiunt. Quibusdam videtur is qui iniuste se

(1) Cuius zeli naturam intimam his verbis aperit T. Nalimov in X̑r. Čt. 1898 (LXXVIII) I 364 x̑olodnoe samodovolịstvo svoeịu teoretičeskoịu vērnostïịu x̑ristïanstvu, kotoroe pod pokrovom revnosti k čistotē vēry x̑očet opredēlịatị vzaimnyịa otnošenïịa x̑ristïan sebịalịubivymi opasenïịami za svoe ličnoe spasenïe vmēsto « dobrējšago puti smirenïịa pokazannago mïru Synom Božïim.

separat ab aliqua parte ecclesiae, non ab ea sola se separare, sed ab ecclesia priorum quoque saeculorum; id quod de romana ecclesia statuit v. c. TH. J. HARDY, The Mystical Body. L. 1915 p. 79. 81-2. Argumenta saltem aliquos excipientia sunt fuisse schismaticos qui in sanctorum numerum relati sint (Meletius Ant. etc.); s. Hieronymum recusantem communionem Io. episcopi Hierosol. schismaticum fuisse, non tamen extra ecclesiam; ecclesiam romanam dum cotidie precetur, ut Deus ecclesiam pacificare et coadunare dignetur, sumere esse schismata intra veram ecclesiam; schismate occidentali ecclesiam vacuefactam non esse; afferri posse patrum sententias IREN. l. 4 c. 33 n. 7 M. 7 1076 (cf. A. HARNACK, Lehrbuch d. Dogmengesch.[4] I 424[1]); BASIL. Ep. 188 (1 ad Amphil.) cn. 1 M. 32, 663 etc. Alia v. in The IR. THEOL. QUART. XII (1917) p. 262-7.

Huius quaestionis ex ecclesiae definitione videtur pendere solutio. Ecclesia certe est communio quaedam visibilis christianorum. Communio non potest esse sine vinculo (sive unitas ponitur in subiectione sub auctoritate, sive in membrorum inter se coniunctione); per se autem necesse non est vinculum esse actuale; sicut duo fratres inter se uniuntur parentibus mortuis. Quaeritur sitne haec visibilis communio iuridice concipienda necne. Ad hoc agnoscendum investiganda est causa qua exsistentia huius communionis visibilis continetur utrum sit simpliciter externa status interioris, fidei nostrae, expressio pro rerum humanarum condicione sua sponte e natura illius status fluens ita, ut forma quam ecclesia habet non sit intenta in se sed orta per accidens, an consulto effecta sit. Quodsi consulto effecta est, quid spectatum sit inquirendum est: utrum visibilitas viae salutis omnibus hominibus ineundae, unde sua sponte quaedam forma oriatur, an propositum aliquod sociali hominum cooperatione ad effectum perducendum. Si hoc alterum statuitur, iuridismus societatis proprius in communionem illam transferendus est. De illo proposito rursus quaeri potest, utrum in liturgico cultu consistat an in alia re.

Notandum est sententias theologorum catholicorum non inniti simpliciter notioni societatis iuridice constitutae; civis enim non cessat esse civis ideo quod anarchista est vel vectigalia non solvit, sed auctoritatis decreto; cessat autem si iniuste civitate privatur. Cf. Io. CHRYSOST. Hom. 11 in Eph. n. 35 M. 62, 84 ss. Sed interest, in qua re differentia inter civitatem et ecclesiam ponitur. Sunt qui puros schismaticos dicant esse membra ecclesiae « sicut civis inoboediens suo magistratui manet adhuc civis » (V. PICHLER, Vera fides seu romanae ecclesiae evidens credibilitas 1710 c. 1 n. 14); aliis videtur, ut aliquis sit membrum societatis, opus esse habitualis animus subiciendi se imperio eorum, qui habent auctoritatem in ecclesia (cf. Sl. l. th. I 151-2).

Sententiarum de hac re discrepantia haud scio an repeti possit

magnam partem inde quod corpus Christi mysticum cum ecclesiae organismo visibili plus minusve confunditur (1).

De ipsa schismaticorum ad ecclesiam relatione hae quaestiones proponi possunt Primum ante auctoritatis legitimae iudicium Estne efficax voluntas cuiusvis se separandi ab aliquo membro vel ab aliqua parte ecclesiae (etiamsi errat hominem iustum habens pro haeretico); quodsi se separat re ab eo, sequiturne eum separari ab omnibus iis quibuscum ille cohaereat, i. e. ab universa ecclesia, si ille haereticus non est; an praevalet eius intentio manendi in ecclesia Christi? Quae est efficacitas eiusdem voluntatis, si palam patefit? Voluntas secreta vel manifesta se separandi ab omni communione externa christianorum habetne effectum? Voluntas qua aliquis desiderat ut sit membrum verae communionis externae sufficitne ad transeundum in veram ecclesiam? Deinde quaerendum est, si decretum auctoritatis ecclesiasticae interveniat, num qui recusat oboedientiam in aliquo praecepto exsequendo (vel decreto non infallibili agnoscendo) vel saltem qui legitimae auctoritati parere perpetuo dedignatur, separetur ab ecclesia, etiamsi auctoritatem pro legitima non habeat; an hoc statuendum non sit nisi de auctoritate suprema quatenus qui eam in confuso pro legitima non habeat, haereticus sit; qui potestati quam legitimam agnoscit subesse nolit, non habeat animum conferendi aliquid ad finem societatis; qui autem eam in concreto non agnoscat, principio unitatis ecclesiae non adhaereat (2).

Denique quaerendum est, utrum voluntas vel decretum auctoritatis legitimae sufficiat ad aliquem ab ecclesia separandum vel ei coniungendum, etiamsi in eo separando (vel coniungendo; cf. schisma a. 1801) erret, iniuste agat, et etiamsi dubitetur, num sit legitima. Cf. Bar. FR. v. HÜGEL, Eternal Life 1912 p. 352; H. HAMMOND, Of Schisme 1654 p. 17 (qui affert PHOTII Ep. 116 ad Michael. metrop. Mityl.); et num possit infirmari voluntate subditorum (velut martyrum excommunicatos recipientium); cf. H. ACHELIS, Das Christentum in den ersten 3 Jhd. II p. 440-1.

(1) Cf. AAV VIII 189; J. URBAN in A. I. C. V. 1908.

(2) Ut probet communionem cum sede romana necessariam habitam non esse W. PALMER (Worc. Coll.) haec exempla affert episcopos Asiae, etsi a Victore excommunicati essent, fratres agnitos esse a ceteris (FLEURY, H. E. l. 4 n. 44); Cyprianum et Africae episcopos catholicos mansisse etsi Stephanus ab iis se separasset; Meletium a Damaso excommunicatum agnitum esse ab ecclesia orientali; Atticum Cp., Theophilum Alx., Hilar. Arel. a Romanis episcopis excommunicatos nemo catholicos esse negavit. Athanasium vero ejusque partem schismaticos fuisse quod a Liberio reicerentur, et Arianos in ecclesia fuisse quod in eius communione essent, quis dixerit. (ELLIES-DUPIN De antiqua ecclesiae disciplina p. 256). Cf. PALMER, Jurisdiction of the British Episcopacy Vindicated sect. XVII.

In testimoniis patrum excutiendis videndum est quam separationem ab ecclesia intellexerint et quibus condicionibus adstrictam, si de ipsa ab ecclesia separatione non de conatu se a communione alicuius ecclesiae particularis separandi loquuntur (cf. Ambros., De exc. fr. sui Satyri l. 1 n. 47 M. 16, 1306). Etenim cum apud Augustinum, De fide et symb. c. 10 n. 21 M. 40, 193 scriptum legitur schismaticos non pertinere ad ecclesiam quoniam ecclesia diligat proximum, frustra infertur eos secus ac sicarios extra ecclesiam esse, quoniam ne sicarii quidem diligunt proximum.

Sed de his quaestionibus ad omne schismatum genus pertinentibus satis pro proposito nostro diximus.

Schisma quo occidens ab oriente separatur, doctrinale est. Auctoritas legitima ea est quae litem dogmaticam dirimere potest. Quaeritur num anathemate perculsi sint Graeci a Romanis episcopis. Nec Lugdunensi nec Florentino concilio habito a romanis episcopis ex cathedra iis anathema dictum est, sed « reconciliatione bis celebrata semper intenti, facta deinde pro infectis habebant et quasi meminisse horrebant ». (J. de Maistre, Œuvres compl. VIII Lyon 1884 p. 397). Ut autem aliquis haereticus sit extra ecclesiam, negare debet magisterium ecclesiae quatenus illud cognoscit; negare autem regulam fidei eo modo quo orthodoxi eam negant, non apparet haereticum.

Utcumque de his rebus iudicatur, Graeci extra ecclesiam esse a catholicis theologis existimantur. J. v. Döllinger quidem scribit, Über Wiedervereinigung der christl. Kirchen 1888 p. 43 : Noch im 12. Jhd. war man, obgleich vieles zwischen Rom und Cp. streitig war, doch immer von dem Bewusstsein beherrscht, dass es nur eine grosse allgemeine, Orient und Occident umfassende Kirche gebe. Der nationale Hass war gross, aber kein Teil wagte noch zu behaupten wir sind allein die katholische Kirche, ihr aber seid ausgeschlossen, seid abtrünnig, Ketzer » (1). Ac verum est controversiam de Filioque longum tempus post Photium intercommunioni non obfuisse (W. Palmer ⟨Magd. Coll.⟩, Notes p. 116), sed explicari hoc potest et ab orthodoxis explicatur (« on the ground first, that the Latin heresy was not yet fully developed; and secondly, because the Latins dropped and dissembled the question in the East at each temporary reconciliation, while the Easterns, having been so long used to intercommunion, and coming little into direct contact with the Latins, owing to the difference of language and rite, did not readily or all at once feel at what moment the error had become universal and incorrigible in the Western Church. » l. c. p. 195). Ad contrarium efficiendum Urbani II oratio Clermontana (W. Norden, Das Papsttum u. Byzanz.

(1) Ita rem usque ad Florentinum fuisse dicit E. S. Ffoulkes, Difficulties of the day 1871 p. 134. (Russice in Pravosl. Ob 1872 I 530).

1903, 52) aut CLEMENTIS IV epistula ad Mich. Palaeol. 1267 (ap. BARON. Ann. 1267 n. 72 hoc est enim quod... in ipsis missarum sollemniis a Domino petimus incessanter, ut suam videlicet ecclesiam toto orbe terrarum adunare dignetur) afferri non potest (1).

Cur autem schismatici habeantur orthodoxi, non haeretici, a F. H. REUSCH (Die Fälschungen in dem Tractat des Thomas v. Aquin 1889 p 675) eo explicatur, quod tum cum iudicium fieret nondum in dogmatis positae sint sententiae quibus iura papis tributa comprehendebantur.

Ab orthodoxis ipsis nos schismatici fere habemur, ab ecclesia exsules. De SVĒTLOVII latitudinarismo cf. Sl. l. th. I 148. Similiter JUR. KRIŽANIČ videtur sensisse, qui tamen raskolnikos Russos extra ecclesiam esse aeque ac Lutheranos docebat (ap. P. BEZSONOV, Kat. svjaščennik 1870 p. 67). Fortasse eo modo res diiudicabat quo W PALMER, Notes p. 354-5.

Cf. CHRISTIANUS GRAMMATICUS In Mt 13 Magna bibl. veterum Patrum[3] Par. 1644 t. XVI p. 378 s.

Io. DE TURRECREMATA, Summa de ecclesia Ven. 1561 l. 4 p. 1 c. 1-4; 9-11; 14.

THO. VIO CAIETANUS In Thom. Aq. II II 39.

Io. DE LUGO, De fide disp. 25 s. 3 (n. 35 ss.)

ANT. SANTARELLI S. J. Tractatus de haeresi, schismate, apostasia Rom. 1625.

A. et P. DE WALENBURCH, Tractatus generales de controversia fidei Col. Agr. 1670 p. 94 ss.; Append. p. 7-8.

L. ELLIES DUPIN, Traité hist. des excommunications 1715 II (p. 26-30 de Fortunato et Feliciss. etc.).

Jo. JA. KAMMERER, Abhandlung über die Excommunication oder den Kirchenbann 1792.

H. HAMMOND, Of Schisme. A defence of the Church of England Against the exception of the Romanists. L. 1654.

S. W., Schism disarm'd of the Defensive Weapons, lent it by Doctor Hammond. Par. 1655.

JOHN OWEN, Of Schisme 1657.

T. HARPER, Peace through the truth I L. 1866 p. 37-41.

CH. GORE, Roman Catholic claims[2]. Rivingtons 1889 ch. VIII p. 118-133.

JOHN CHAPMAN, Bishop Gore and the cath. claims 1905 p. 97-101.

JOS. RICKABY, Development Thoughts on Bishop Gore's « R. C. Claims » 1905 p. 69-81.

A. H. MATHEW, Ecclesia, The Church of Christ L. 1906 p. 151-5.

(1) Unitatem fidei salvam esse nonnulli existimarunt, velut CONST. STANIĆ, ep. Crisiensis (AAV VII 249).

E. MAGUIRE, Is Schism lawful? D. 1915 p. 278-280.
T. A. LACEY, Unity and schism 1917.
A. K. FORTESCUE, Donatism 1917.
NIKĒPOROS TEOTÓKES, 'Απόκρισις ὀρθοδόξου... περὶ τοῦ τίνες οἱ σχίσται καὶ οἱ σχισματικοὶ καὶ οἱ ἐσχισμένοι... 1775.
HEFELE-LECLERCQ, Hist. des conciles III 1 p. 146-156.
Ios. OBERHAMMER in ZkTh 1901 (25) 135-9.
A. SEITZ, Die Heilsnotwendigkeit der Kirche nach der altchristlichen Litteratur 1903 p. 93-4.
Sl. l. th. I 148-149; 151-152.
A. STRAUB, De ecclesia Christi n. 1268. 1295.
MAKARIJ, Pravoslavno-dogmatičeskoe bogoslovie § 168.
W. GUETTÉE in Vĕra i Razum 1887 I 823-4.
NALIMOV in Xr. Čt. 1898 I p. 344-64.

P. DUFFY.

## De causis schismatis.

Cum consensus in rescissionem communionis cum altera parte iudicio nitatur eam dignam esse a qua recedatur, haec quaestio eo revocanda videtur esse, ut quaeratur a) utrum Latini a Graecis an Graeci a Latinis secesserint; b) quomodo factum sit, ut Graeci Latinos pro haereticis habere possent: α) quae rationes psychologicae eos illuc adduxerint β) unde logice id concluserint; c) quae fuerit causa excitatoria schismatis; d) quomodo factum sit ut Latini Graecos pro schismaticis haberent.

M. JUGIE summam causarum schismatis exponens in Dict. Apologétique[4] t. II p. 348-356 potius seriem factorum considerat neque hac ratione in eorum causas inquirit et ideo minus clare originem indicat.

Praecipuam causam ipse iudicat fuisse caesaropapismum Imperatores byzantini renuntiata auctoritate qua antequam christiani essent, in religionibus administrandis nullo repugnante fruebantur, nihilo minus episcoporum eligendorum et res ecclesiae administrantium curam minime neglegebant; quin ut unitatem imperii conservarent, unitati religionis conservandae etiam dogmatis editis — plerumque falsis — consulere audebant (Basiliscus, Zenon, Iustinianus, Heraclius, Constans II hoc modo monophysitas reconciliare studebant). Episcopi orientales — indole sua ad aulicas artes et abiectionem proni — iura Dei et ecclesiae defendere non audebant (latrocinium ephesinum, Basilisci encyclica, Zenonis henoticon etc.) exceptis paucis ascetis ut Maximo et Theodoro Studita. Eorum principium videtur fuisse illud quod MENNAS patriarcha enuntiat 536 nihil fieri debere contra imperatoris sententiam aut mandata (Mansi VIII 970; cf. AGAPETUS M. 86, 1178. 1184). Aliter romani episcopi sese conatibus imperatorum

opponebant, etsi audaciae poenas dabant (ut Liberius, Severus, Vigilius, Martinus). Ut horum auctoritas, quam ex ipsis nonnulli testati sunt (Theodosius a. 380; Iustinianus a. 533), minueretur, iis aemulos opposuerunt episcopos Constantinopolitanos. Quorum ambitio imperatorum studia corroboravit. Principium falsum quo nitebantur in honore aequali affectando, erat Constantinopolis in re civili est nova Roma; cur non possit esse caput etiam in re ecclesiastica. In hoc ratiocinio latet assumptum 1) ecclesiam esse subiectam imperio ideoque dignitatis ecclesiasticae gradum pendere e dignitate urbis civili (Conc. Cp. II cn 3 {cf. Braun, De s. Nicaena synodo 1898 p. 64}); 2) primatum episcopi romani, semper antea agnitum, non esse divinitus institutum sed deberi dignitati urbis (Chalced. cn. 28). Non tamen sibi constabant qui primatum transferre ad Constantinopolitanos non audebant, secundo loco contenti (deuteran met' ekeinen; tà isa presbeia); ne origo apostolica deesset novae sedi, inventa est legenda de episcopatu Byzantii a s. Andraea instituto ([Dorotheus Tyr.]). Concilium quinisextum (Trullanum) 691 contra libertatem et dignitatem ecclesiae romanae spectans, leges ferre pro universa (etiam romana) ecclesia non dubitavit (cn. 55). Quare mirum non est quod iam ante Photium inter a. 337 et 843 schismate separati erant patriarchae, imperatoribus devoti, per annos 248.

Ad haec adnotandum videtur esse 1) Res ipsas non satis accurate describi. Patriarchae alexandrini auctoritas non expenditur; quod schismata priora non fuerint perpetua, imperatoribus potius quam clero tribuendum esse eosque invitos in litibus pontificum componendis intervenisse neglegitur (L. Duchesne, Eglises séparées[2] 1905 p. 165; cf. Hist. anc. de l'Egl. III 1910 p. 371); romanos episcopos constat sese non opposuisse decretis imperatorum de rebus *ecclesiae* (electione, depositione episcoporum etc. Heros Arelat., Pontianus, Silverius, Martinius etc.); et etiam byzantini episcopi in rebus *fidei* imperatoribus resistebant. Si cum romanis episcopis saec. X. comparantur, Basilii I[i] Constantinopolitani inferiores illis non sunt. « Hätten diese mit den Päpsten ihre Stellung getauscht, so wäre vermutlich auf keiner Seite ein anderes Verfahren eingeschlagen worden ». Ruville Sl. l. th. VI 189.

2) Res magis dicitur quam probatur. Secundum I. Sokolov quidem (Xr. Čt. 1903 II 746) « mysli o vizantijskom papizmē iavliaetsia tendencioznym nedorazumēniem ». Ceterum homo laicus iurisdictionem papalem habere potest. Cf. A. Triumphus, Summa de potest. ecclesiastica 1584 I 1 p. 2.

3) Si vera haec sunt, quaerendum est, num falsam doctrinam et diversam a doctrina occidentis secuti sint orientales de relatione ecclesiae ad imperium, — gallicanismo imbuti — : de accipiendis decretis imperatorum, modo iustitia aut canones, secundum quos iure publico

decernendum erat (1) ne fuerint laesi; de ratis habendis iudiciis auctoritatis publicae tamquam arbitrae inter episcopos, de schismatis auctoritate civili componendis (de Eulalio pro Bonifatio); de obsequendo voluntati imperatorum in condendis novis legibus vel decretis ecclesiasticis (velut de eligendo episcopo Cyziceno SOCRAT. VII 28). De Illyrico inter romanum et constantinopolitanum episcopum controverso Photius in ep. ad Nicolaum missa (BARON., Ann. a. 861) dicit solere cum rei publicae potestate atque administratione mutari iura ecclesiastica, maxime quae de regionibus et finibus essent. An eadem utrimque doctrina erat, sed casu minus fortes fuere Graeci quam Latini, vel maiores iis erant difficultates superandae? Ṫ. G. TERNER quidem (in Pr. Obozr. 1884 II p. 226. 229) inter se opponit ecclesiam occidentis theocratiam affectantem, quae pacem cum republica non habeat nisi pro « modo vivendi » et ecclesiam orientis quae consensum cum republica iustam existimet condicionem, etsi propter hominum peccata hic consensus turbari possit.

4) Repetere schisma ab ambitione patriarcharum Cp., inquit W J. SPARROW SIMPSON, The Catholic Conception of the Church. L. 1914 p. 170, non magis valet quam repetere protestantismum ab ambitione episcoporum romanorum; hoc modo non explicatur, quomodo factum sit, ut patriarchae orientis *omnes* idem sentirent.

5) Num Io. Chrysostomus, cum rebus ephesinis se ingereret (a. 401) imperatorum caesaropapismum iuvare voluit aut ambitionem suam secutus est? Officium censuit esse eius qui iuvare ecclesiam sua auctoritate et copia posset. Cf. HEFELE-LECLERCQ I p. 547. Constantinopoli exprobrandum non est id, quod natura rerum alibi quoque tulit Mediolani, Aquileiae, Ravennae.

Ceterum constat patriarchas saepe decretis imperatoriis restitisse, etsi raro ad excommunicationem usque procederent. (Cf. J. B. BURY l. c. p. 33-35).

Alii alias causas « praecipuas » schismatis fuisse volunt

1) Ambitionem (φιλαρχία: DOSITH. Τόμος καταλλ. p. 68) romanorum episcoporum: noluisse enim graecam ecclesiam primatum converti in despotismum. Cf. PAPARRIGOPOULOS, Historĭa toû helle̲nikoû ĕtnous t. IV. Ath. 1887 p 323; AMBRAZE̲S, He̲ ortodŏxe̲ ekkle̲sĭa en skĕsei pròs hŏlas tàs ăllas... exetazomĕne̲ t. IV Ath. 1902 p. 52-53; BLASTOS, Papismòs kaì ortodoxĭa. Alex. 1904 p. 51 (cf. A. PALMIERI, Proleg. II p. 142-3). Et certe huius dominationis detestatio ex maximis impedimentis unionis etiam nunc est. Orta est tum, cum romani

(1) Cf. J BURY, The Constitution of the later Roman Empire. Cambr. 1910 p 27. 30 iure consuetudinis imperatores legibus tenebantur; etsi enim eorum fuerit concilia convocare et decreta eorum, ut valerent, confirmare, tamen decretis confirmatis tenebantur.

episcopi imperium generale vere affectabant; invenitur apud NICETAM NICOMED. (servi fierent Graeci D'ACHERY, Spicileg. l. 3 c. 8), NILUM DOXOPATRIUM (cc. 1143 Tàxis tōn patriarkikōn irōnon), NICETAM ACOMINATUM (Tēsauròs tēs ortodoxìas) et al.; cf. L. ALLATIUS, De ecclesiae occid et or perp. c. p. 627 s. item ap. Io. metrop. kioviensem (1164-6) in ep. ad Alex. III.

Sed certe quatenus ambitionis peccatum illis exprobratur, responderi potest cum BOUSQUET (Unité de l'Egl. et le Sch. grec 1913 p. 276) les papes furent accusés d'ambition, mais par ceux qui cherchèrent toujours à étendre leur domination sans pouvoir la fonder sur d'autres motifs que de raisons politiques. Verum si ex altera parte magis fortasse peccatum est, eo peccatum minus romanorum causam praecipuam schismatis non fuisse nondum demonstratum est.

Quae causa, si statuitur, ulterius sane repeti potest a spiritu mundi operibus ecclesiae admixto(1) (M. M. VOZDVIŽENSKĬJ in Pr. Ob. 1886 dek. p. 690)(2), a naturae humanae vel ingenii alicuius gentis inclinatione etc.

Ceterum alii magis superbiam (et avaritiam) papis exprobrabant ut schismatis causam (GERMANUS II. Cp. in ep. ad Greg. IX. ⊦ap. SATHAS⊣, PETRUS DE ALLIACO in tract. super reformatione ecclesiae ed. a HARDT I p 409-433; cf. EL. VEIEL, Exercitatio historico-theol. de ecclesia graecanica 1666 p. 53. Cf. sententiam capitulorum remensis ecclesiae et eius suffraganeorum in ep. ad Clementem IV ap. RAYNALDUM, Ann. eccl. t. III a. 1267 § 55 et 57 (« propter exactiones huiusmodi ab oboedientia ecclesiae romanae subtractam esse ») item quorumdam graecorum catholicis amicorum ap. M. DE LA BIGNE, Magna bibl. vet. Patrum[3] (Par. 1644) t, IV p. 1, 1302 (dicebant enim referentes quod nisi octoginta librae auri a clero et urbis populo praeter alia dona et munuscula, eisdem impenderentur, non recedebant); adde romanorum legatorum arrogantiam quam olim graviter tulerunt etiam patres africani (L. DUCHESNE, Hist. anc. de l'Egl.[2] III p. 252); quam superbiam F. R. GUETTÉE, Lettres au Rév. Père Gagarin P. 1867 p. 74 a protectione Francorum repetit.

2) Similis huic affertur causa a principe Saxoniae MAXIMILIANO (Vorles. ü. d. or. K., 125; R e l'Or. I 18: aucta in occidenti centralisatio seu potestatis in unum compactio, quam in orientem quoque extendere volebant « ecclesiastical imperialism » W L. GRANE,

(1) « Freiwillig soll die Kirche nichts, was von der Welt ist, in sich aufnehmen... freiwillig soll sie keinen Schein von Herrschaft in sich aufkommen lassen » etc. FR. MICHELIS in Katholik III (1874) N° 20 p. 119.

(2) Cf. BEN. BAADER, Gesammelte Schriften zur Religionsphilosophie X p. 91 Eben weil die graecorussische Kirche ausser der Bewegung und den Welthändeln der abendländischen Kirche gehalten blieb, erhielt sie sich In ihrer politischen Obscurität doch innerlich umso weltfreier und blieb dem ursprünglichen Geiste des Christentums treuer als die abendl Kirche, welche selbst im siegreichen Kampfe mit der Weltmacht dieser doch innerlich unterlag. Wie dann Christi Worte in diesem Sinne gelten: « dass wer zum Schwert greift, durch dasselbe fallen wird ».

Church Divisions 1916, p. 44); item a Vl. Solovjev: papismus i. e. abusus iuris, adhibita vis ad auctoritatem sustinendam, auctoritas a iure repetita, potestas omnis in unum coacta (AAV VIII 188); ab A. Xomiakov : subditus in locum ordinis moralis ordo iuridicus in christianis gubernandis (cf. A. Palmieri, Proleg. II p. 143-6); similiter D. Kuriakos, J Overbeck (A. Palmieri, Proleg. p. 160). Haec ecclesiae catholicae natura vocari solet etiam jesuitismus. « Les jésuites sont des hommes pleins d'un zèle ardent, infatigable, souvent héroïque, pour la cause chrétienne, et qui pourtant se sont rendus coupables d'un bien grand crime vis-à-vis du christianisme; c'est que dominés par le *moi* humain, non comme individus, mais comme ordre, ils ont cru la cause chrétienne tellement liée à la leur propre, ils ont, dans l'ardeur de la poursuite et dans l'émotion du combat, si complètement oublié cette parole du maître « Que ta volonté se fasse et non pas la mienne » qu'ils ont fini par rechercher la victoire de Dieu à tout prix, sauf celui de leur satisfaction personnelle. Or, cette erreur, qui a sa racine dans la corruption originelle de l'homme, et qui a été d'une portée incalculable, dans ses conséquences pour les intérêts du christianisme, n'est pas, tant s'en faut, un fait particulier à la société de Jésus. Cette erreur, cette tendance lui est si bien commune avec l'église romaine elle-même, que l'on pourrait à bon droit dire que c'est elle qui les rattache l'une à l'autre par une affinité vraiment organique, par un véritable lien du sang ». T. I. Tiutčev in Rev. des D. M. 1850 I 127-8.

Eodem spectat causa quam affert Eug. Trubeckoj discrepantia inter mysticam naturam ecclesiae orientalis et usum auctoritatis proprium ecclesiae latinae (sacerdos orientalis est mystagogus, occidentalis paedagogus). Cf. AAV VIII 192. Quod discrimen revocari potest ad differentiam in consideranda mundi gubernatione modo mechanico et miraculoso a Latinis concipi videtur, mystico et organico a Graecis; vel repeti a differentia condicionis in qua positae erant duae ecclesiae (cf. F. Michelis, Kurzer Abriss der Kirchengesch. Const. 1875 p. 67). Similiter A. v. Harnack (AAV IX 23) orientem posuisse ait regnum caelorum in caelo, occidentem in terra et inde schisma esse natum. Hac ratione episcopus romanus accusatur, quod iura Christi invaserit (Trubeckoj), legem caritatis violaverit lege auctoritatis introducta (Kolemin ap. A Palmieri, Proleg. II p. 152), quod abrogaverit « les principes libéraux du christianisme » J. G. Pitzipios, Le Romanisme 1860 p. 98.

Universa haec differentia a V Bělaev (Xr. Čt. 1915 p. 1375) explicatur reliquiis paganismi; a B. Baader (Die Verfassung d. chr. Kirche[2] 1871 p. 9) administrationis reipublicae in res religionis ingestione; a T. G. Terner in Prav. Obozr. 1884 II p. 221 naturali difficultate occidentis propria quam superare debebat in se subiciendo edinoličnomu načalu v cerkvi, quae maiore individualitatis cultu, libertatis studio afferebatur (occidens non vicit suum « dux nasilistvennosti, kotoryj ničego znatj ne xočet kromě svoego ličnago uběždeniia », p. 226).

Ceterum non negatur formam ecclesiae orthodoxae tempore procedente infeliciter quaedam ecclesiae latinae propria adscivisse : Sl. l. th. III 15.

3) Eadem causa magis designata indicatur, cum schisma ab abrogata potestate conciliorum oecumenicorum (metrop. NECTARIUS, Melětẹ historikẹ perì tọ̈n aitĭọn toŭ̈ skĭsmatos... t. I. Ath. 1911 p. 8 ἀθέτησις τοῦ κύρους τῶν ἱερῶν συνόδων), vel saltem ab usu eorum neglecto (Neilos ⊢ Kabasilas ⊣ aep. Thess. Perì tọ̈n aitĭọn tẹ̈s ekkl. diastăseọs p. 2 μὴ προσθῆναι τὴν λύσιν κατὰ τὰ παλαιὰ τῶν πατέρων ἐν τοιούτοις ἔθη) vel a nimii aestimata a Nicolao (per errorem) sua auctoritate (⟨A. N. MURAVJEV⟩, Question religieuse d'Or. et d'Occident. 1853 p. 23) vel a discrepantia in notione ecclesiae (: Graecis summam auctoritatem visam esse episcopatum collectivum, Latinis papatum monarchicum W. J. SPARROW SIMPSON, The Catholic Conception of the Church. L 1914 p. 172; cf. DURANDUS ap. BOSSUET, Défense du Gallicanisme I p. 72), vel a controversia quae inter papas et orientalem ecclesiam exarsit ob dioeceses episcopo romano (1) per vim ablatas (P. DE MARCA, De concordia sacerdotii et imperii 1742 p. 2-3) repetitur.

Hoc modo sive ambitio vel superbia sive nimium unitatis studium Graecos ad schisma compulisse existimatur. Sed est alius modus schismatis originem ad easdem causas revocandi tribui potest non ipsis sed earum effectibus remotioribus. J. F. MOLITOR quidem hoc modo iustam causam adversarios nactam esse existimat Durch eine solche precäre Lage wurden die Häupter der Kirche in lauter äusserliche Verwicklungen gezogen, und die Nachfolger der Apostel veranlasst, nach und nach eine politische Stellung in der Welt anzunehmen. Dieses äussere unheilige politische Treiben musste allen wahren, geistlichen, gottinnigen Gemütern freilich als ein Greuel erscheinen; daher mit der wachsenden Macht der Kirche im Ausseren sich auch zugleich die Klagen über ihren Fall im Inneren erhoben. Da vollends die Häupter der Kirche sich auf keinen Ausspruch des Evangeliums berufem konnten, sondern im Gegenteil alle Reden des Heilandes deutlich zeigten, dass er kein weltliches Reich zu gründen die Absicht hatte, so konnte die Handlungsweise der Kirchenvorsteher bei allen denen, welche die *tiefere Idee* nicht erfassten, und die Sache bloss von dem äusseren historischen Standpunkt betrachteten nicht anders als höchst willkürlich und anmassend erscheinen. (Philosophie der Geschichte 1827 p. 255). Alius effectus quem paparum condicio et studia tulerunt a J. G. PITZIPIO urgetur :' populum urbis commoda civilia christianismi minus expertum quam byzantinum, erroribus singulorum non eo modo ac Byzantium sese opposuisse ut vetustatis tenacem (Le Romanisme 1860 p. 97).

4) Alii a peccato utrimque commisso schisma repetunt « quod illi } Romani } ne quidem aequalitatem his } Byzantinis } concedere, hi

(1) De Bulgaria disceptantes Constantinopolitani, chalcedonensis concilii ' cn. 28 afferebant.

vero ne aequalitate sua vel separatione contenti esse viderentur » Ion. Conr. Schrammius, Programma de praecognitis dissidiorum cum Graecis et Or. disputationib. publ. in principia theologiae revelatae. Helmstadii 1724; El. Meniates, Petra skandalou, Ath. 1863 p. 77.

5) Alii rem a politicis causis vel earum sequelis repetunt : W Norden, Das Papsttum und Byzanz 1903 p. 28 : Ursache des kirchlichen Schismas zwischen Orient und Occident sind in der Hauptsache nicht religiöse Differenzen gewesen, sondern politische resp. kirchenpolitische Machtfragen, die im Gefolge der selbständigen Entwickelung, welche das kirchlich-politische Leben des Abendlandes seit dem VIII. Jhd. nahm, auftauchten »; duplicem autem indicat causam proximam p. 16-17 propagationem rationis ad corrigendos mores a cluniacensi monasterio profectae, quae contraria erat disciplinae ac formae rerum ecclesiasticarum apud Graecos usitatae, et fines a principibus occidentalibus in Italia byzantina (meridionali) decretoria victoria prolatos. T. G. Terner vero (Pr. Obozr. 1884 II p. 224) Carolum M. suspicatus est uti voluisse controversia orta ad ecclesiam suae dicioni subiciendam, ne ceteri patriarchae se interponere possent.

Similiter A. Palmieri praecipuam causam iudicat fuisse « simultatem, quae peracta romani imperii divisione inter Graecos et Latinos virescere coepit » (Proleg. I 338).

A doctrina alienum videtur esse dicere hanc vel illam fuisse causam schismatis praecipuam. Accurata rei analysi instituta alia invenietur causa praecipua abalienationis animorum, alia copiae ea utendi ad propria rei publicae vel muneris alicuius vel personae commoda, alia huius consilii capiendi etc. Denique philosophorum historiae erit quaerere quid Deus spectaverit cum separationem fieri permitteret.

Accedebant causae quas Jugie minores existimat magnamque partem manantes e contentione propter primam causam exorta : aemulatio inter gentem graecam (pronam ad nimiam sui aestimationem ob prisca merita cf. W. J. Birkbeck, Russia and the English Church I 1895 p. 125) et romanam, religione christiana minime exstincta, qua factum est, ut linguae alteri opera non daretur; unde nec latinos patres Graeci cognoscebant (solius Gregorii M. videntur conversi esse in Graecum dialogi et de cura pastorali), nec bene graecos Latini (per 5 saecula ignorabant opus s Io. Dam.). Sequitur facile oriri potuisse controversias velut de Filioque (Maximus Conf. M. 91, 136; Adrianus M. 98, 1249; synod. gentilliacensis a. 767) neque corrigi potuisse opiniones quae non intellegerentur (de epiclesi Conc. II. Mansi 13, 264); addi potest committi potuisse quaedam inepte facta (L. Duchesne, Egl. sép. 186-7). Cf. AAV VII 18.

Propter illatas ab imperatoribus byzantinis Italiae et ecclesiae occidentis iniurias Leo III imperium romanum restituit a gente karolingiana tenendum; iniuste, ut ait princeps Max in R e l'Or I 23, ob fictam Constantini donationem. Quo facto animi Graecorum magis

abalienabantur, nolentium subesse papae alieno et alienae gentis studioso. (Cf. HUMBERTUS DE ROMANIS, De tractandis in concilio lugdun. p. II cp. 11 : MARTENE-DURAND, Veterum scriptorum et mon... ampl. coll. t. VII 1733 col. 190-1 Causa autem contemplativa } recte constitutiva } schismatis fuit, quod quamvis Constantinus tribuerit...)

Ex qua animorum aversione in occidente studium infelix ortum est eos arguendi iisque ostentandi eos non habere monopolium doctrinae theologicae (in Filioque symbolo inserto propagando). (Simul, si credis T. G. TERNER, Pr. Obozr. 1884 II 223, in occidente ortum est нежеланіе Запада въ то время могущественнаго, вести далѣе общеніе съ Востокомъ безсильнымъ и грубымъ, qualis occidentalibus videbatur).

Omittuntur aut negleguntur a Jugie aliae causae Roma suspicax haeresis Graecorum, Byzantium cladium ecclesiasticarum molesta memoria ad odium dispositum, ex neutra parte prudentia intercedente (cf BOUSQUET, L'Unite de l'Eglise p. 112). — Effectus insani studii hellenismi eiusque philosophiae discussoriam vim habentis, quam L. DUCHESNE, Egl. sép. 225 commemorat (1). — Nimia vis a Graecis doctrinae tributa, « au point de croire que l'exegèse et la dialectique suffisent à assurer l'unité de l'Eglise » (P. BATIFFOL, L'Eglise naiss.[3] p. 395). — Summa occidentis desideria non satis aestimata ab oriente (P. IA. ČAADAEV, Œuvres choisies 1862 p. 29 = ed. Geršenzon 1908 p. 216) (2) — Ingenii graeci et romani differentia, qua pro sua causa Cerularius usus sit (L. BRÉHIER, Le schisme oriental du XI[e] siècle 1899 p. 306-7). — Ruina religionis ac vitae ecclesiasticae (GRIVEC in Sl. l. th. IV 112; RUVILLE Sl. l. th. VI 189). — Partium studia e quibus quis episcopus Romae crearetur pendebat, sive id impediri potuit et licuit sive non item; in creatis (omni diligentia adhibita ?) inscitia vel imprudentia (etiam Nicolaum DUCHESNE Egl. sép. 217 imprudenter egisse concedit, princeps MAX elate se gessisse vult ⊦ Roma e Or. I 28 ⊣; speramus P. SINTHERN de eo papa commentatione nobis promissa rem enodatum iri) vel etiam tanta facultatis inopia ut eos divinitus ad regendam ecclesiam destinatos esse facile credi non posset, potius non posse concluderetur, videlicet infantes (cf. BOUSQUET 168-9). — Contemptus occidentalium, quibus Graeci, si imperare non poterant, obnoxii esse noluerunt (SINTHERN Sl. l. th. VI 81). — Differentia vera in concipienda Trinitate inter utramque ecclesiae partem, quam non fuisse causam excitatoriam schismatis, sane constat (cf. P. MICHEL, La question religieuse en Orient P. 1893 p. 96-99).

(1) Les serviteurs de Dieu cherchèrent et trouvèrent autre chose que le royaume de Dieu. Ils n eurent plus souci de son unité; ils ne se préoccupèrent que d'y avoir des préséances. Cf. A. TILLOY, Les Eglises orientales dissidentes 1889 p. 301.

(2) Le principe vivifiant de l'*u ité* animait tout alors en Europe... Étranges à ce principe merveilleux, nous devenions la proie de la conquête.

Haec parata erant, cum venit PHOTIUS. Is anno 867 in epistula missa omnibus patriarchis Latinis ex robravit ieiunium sabbati, usum lactensium, caelibatum clericorum, reconfirmationem eorum, qui a presbyteris confirmati erant, Filioque insertum symbolo, doctrinam de processione Spiritus S. (M. 102, 721-742) Idem tamen in epistula Nicolao I missa (M. 102, 604) disciplinae varietatem (caelibatum, ieiunium sabbati) comprobaverat. Quinque alias querelas in epistula Bulgaris missa enuntiavit de immolatione agni, de die paschatis, de barba radenda, de modo apparandi chrismatis, de episcopis factis ex diaçonis, de primatu affectato ab episcopis romanis, qui iure pertineret ad novam Romam (M. P. L. 119, 1152 s.). Idem tamen in epistula Nicolao I. missa (M. 102, 616-7) primatum romani pontificis agnoverat.

Aequales Photii intellegentes quorsum haec spectarent, ea nihili pendebant (conc. a. 869); et ipse a. 879 satis habuit prohibere ne quid symbolo adderetur. Postquam autem a. 881 condemnatus est, non primatum nec liturgiae differentias impugnavit, sed latinam de Spiritus S. processione doctrinam, quam quaestionem ex industria cum quaestione de Filioque symbolo inserto confundebat. Hoc opere suo (Mystagogia), etsi rem eo modo defendebat, quem falsum esse omnes concedere debent (velut Io 15, 14 accipiet « a Patre meo ») pessime meruit de controversia dogmatica occidentem inter et orientem excitanda. Iam a. 906 multi sententiam photianam tenebant.

Tamen ecclesiae Photio mortuo inter se reconciliatae usque ad a. 1054 in concordia perseveraverunt. Non solum fideles et monachi utriusque ecclesiae inter se usu et amicitia iungebantur, sed etiam imperatores et patriarchae cp. de consensu romanorum episcoporum solliciti erant (Leo VI, Nicolaus Mysticus, Eustathius etc.).

Omissis rebus a romanis episcopis inepte gestis (L. DUCHESNE, Egl. sép. 220), quibus etiam factio pia a Roma abalienata est, scriptor venit ad MICHAËLEM CERULARIUM. Is verus schismatis auctor fuit, studio consequendae summae imperii et ecclesiastici (cf. SUVOROV, Vizantïjskïj papa M. 1902 p. 79-159) et civilis in oriente ductus (M. BRÉHIER, Le schisme oriental du XI$^{e}$ s. P. 1899).

Initium fecit a tollendo e diptychis sacris nomine papae (quod anno 1009 ibi inscriptum fuisse PETRUS ANTIOCHENUS testatur) (1). Nec eum puduit scribere Petro Ant. nomen illius inde a concilio trullano a diptychis abfuisse (WILL, Acta et scripta L. 1861 p. 178-9.

Consilium quo propositum suum consequi volebat, erat : quaestione

(1) Nomen episcopi romani commemorabatur VI. saec. Mediolani et Ravennae (ENNODIUS, Libellus de synod § 77. Mon. Germ. Auctt. Antiquiss. VII p. 59). Cf. LABBE, Conc. V 184 A : Εὐφημίου καὶ Μακεδονί ’νόματα ἄρτι ταγῇ...; GREG. M. ad Constantium mediol. (594).

de Filioque neglecta crimina ad disciplinam pertinentia proferre iisque populi animos contra Latinos excitare. Eius iussu LEO ACHRIDENSIS in epistula ad Ioannem episcopum omnesque Francorum episcopos populumque Latinos accusavit de azymis, de ieiunio sabbati, de carne suffocata, de alleluia omisso in quadragesima. Eodem auctore simul NICETAS STETATOS Romanos invitavit, ne azymis Hebraeos imitarentur neve ieiunio sabbati aut caelibatu clericorum canones apostolorum et concilii quinisexti violarent. Ipse patriarcha ecclesias latinas Byzantii clausit, clericos et monachos latinos usum Graecorum recusantes anathematizavit, cancellarius eius, Nicephorus, hostias consecratas conculcavit etc. Etiam tractatus de Francis ceterisque Latinis (Perì tōn Prăggon...) eius auctoritati tribuendus videtur esse.

Leo IX. Byzantium misit tres legatos. A patriarcha non admissi eum eiusque socios excommunicaverunt (1054). Imperator invitus assensu suo conciliabulum comprobavit, ubi Latini anathematizati sunt iisque exprobratum est quod barbam raderent, Filioque insererent symbolo, docerent processionem de Spiritu S. a Patre et Filio, caelibatum a clero postularent, azymis uterentur. Haec JUGIE.

Hoc modo certe secundum nostram schismatis notionem schisma perfectum est, sive imperator caput ecclesiae graecae habetur, sive penes hierarchiam ecclesiae administrationem esse conceditur, sive populus universus ipse sui rector ducitur. Quaeri potest, num duraverit, interruptum non sit. A. 1098 in communione cum occidente fuit Io. patr. antiochenus; Basilius aep. thessal. occidentem ab ecclesia separatum esse non tenuit (BARON. An. 1155). Haec tamen rara videntur fuisse. Sed fortasse nondum firmum et stabile schisma evaserat. VL. GUETTÉE quidem dicit (in L'Un. Chr. 1880 ⊦XXI⊣ p. 127) definitivum schismatis auctorem fuisse Innocentem III quod (Byzantio expugnato episcopos) in sedibus orientis constituit quae a legitimis episcopis occupatae iam essent Similiter J. v DÖLLINGER (Ub. d. Wiederverein. der chri tl. Kirchen. Nördl. 1888 p. 37) discidium perfectum non esse nisi 1204 urbe expugnata existimat.

A JUGIE paucis perstringuntur quae postea ad augendum odium Latinorum contulerunt et quae ad reconciliandas ecclesias frustra suscepta sunt. Neque quomodo Slavi in schisma abrepti sint, quos etiam post Michaëlem Cerullarium commercium cum Roma habuisse ferunt, exponitur (qua de re cf. STILLING in Act. Sanct. Sept. 2. 1761; VERDIÈRE in Études II 1857 p. 133-304; TILLOY, Les égl. or. dissid. et l'é. rom. p. 316-328; K. WERNER, Gesch. der apolog. u. polem. Lit. III 1864 p. 316-326; MAX, Vorles. 1907, 141-3 etc.; de commercio inter Greg. XIII et Jerem II 1584 cf. A. LEBEDEV, Sobr. VIII 570). Propria causa, propter quam Russia in schismate mansit, ne indicatur quidem, et tamen apologetae interest, sitne hoc factum per clerum an per populum an per auctoritatem civilem. De Slavorum

Haemi defectione cf. I. Jablonović in Sl. l. th. IV 244; EO V 371 etc.

Adiunguntur tituli librorum quos de rebus, quas modo exposuimus, scripserunt ALLACCI, MAIMBOURG, TOSTI, PITZIPIOS, PICHLER, HERGENROETHER, LEBEDEV, DEMETRAKOPOULOS, PARGOIRE, FORTESCUE, TOURNEBIZE, JAGER, LAPÔTRE, BRÉHIER, SUVOROV, NORDEN, MARKOVIĆ, SOLOVJEV, DUCHESNE, BEURLIER, GASQUET.

Addamus aliquot alios *De origine schismatis* DÜRR, De schismaticis. Altorfii 1663; CHOWANETZ, Das griechisch-russ. Schisma, s. Geschichte u. Verfass., s. Lehre u. s. Gottesd. 1854; B. GEORGIADES in Ekklesiastikē Alēteia III (1886) et IV K. KALOZIMĒS, Ho papismós kaì hē orthódoxos anatolikē ekklēsía L. 1887; K. BLASTOS, Dokímino historikòn p. t. skism. tēs dutikēs ek. apò tēs ort. anatolikēs Ath. 1896; RAUSCH, Kirche u. Kirchen im Lichte griechischer Forschung L. 1903; G. KREMOS, Ἱστορία τοῦ σχίσματος 1905-7; AIM. KURENAIOS in Harmonía 1905-6 (cf. Sl. l. th. III 372); NECTARIUS metrop., Meletē historikè p. tōn aitíōn toū skismatos t. I. Ath. 1911; THEOPHANES PROKOPOVIČ Četyre sočinenīja M. 1773 I; A. M. IVANCOV-PLATONOV, O rimskom katolicizmě i ego otnošenījax k pravoslavīju č. I. str. 1-36 M. 1869 (cf. Прав. Обозр. 1868 II 316-349); O. PREOBRAŽENSKĪJ, Razdělenīe cerkvi M 1891; IOANN (ep. Mitropoliskij), Otpadenīe zapadnoj Cerkvi ot vostočnoj Novočerk. 1899; A. P. LEBEDEV, Sobr. cerk.-istor. sočin. V Istorīja razděl. cerkvej[2] Spb. 1905 ([1]M. 1900), ubi V p. 349-415 de recentioribus Russorum hac de re scriptis (a MURAVJEV 1841, ab anonymo 1854, VOLKOV 1861, I. DOBROTVORSKĪJ 1868, GERASIMO metrop. 1874, A. SKABALANOVIČ 1884, I. V. PLATONOV 1891, O. PREOBRAŽENSKĪJ 1891, A. IVANCOV 1892, ep. Ioann) exponitur. Cf. A. PALMIERI, Proleg. I 739.

DE NICOLAO I. (quem orthodoxi causam schismatis fuisse tenent: A. P LEBEDEV, Coбр. V 348) H. LÄMMER, Papst Nicol. I. u. d. byzantin. Staatskirche seiner Zeit 1857; J. ROY, St. Nicholas L. 1901; J. RICHTERICH, Papst Nikol I 1903; GREINACHER, D. Anschauungen des P. Nicol. üb. d. Verhältnis v. Staat u. Kirche 1909. Cf CYR. UL. J. CHEVALIER, Répert.[2] II (1907) 3346-7.

DE PHOTIO: N. ALEXANDRE ap. Zaccaria II 632-700; ZOTOS (contra HERGENRÖTHER) in L'Un. Chr. VII 1867 124-8; 131-4 etc. KOSTOMAROV, Patr. Fotīj i pervoe razděl. c. in Věst. Evr. 1868 I 120-168; II 591-636; GERASIM, Otzyvy o sv. Fotīi PG. 1874; N. POPOV, Imperator Lev VI M. i ego carstv. v cerk.-ist. otn. M. 1892; A. PALMIERI in EO III 94-106; T. M. ROSSEJKIN in Bog. Věst. 1908-1915; Id., Pervoe pravlenie Fotīja S. Pos. 1915 etc. Alios v. ap. J. RUINAUT, Le schisme de Photius P. 1910; A. PALMIERI, Proleg. I 730-2.

DE MICHAËLE CERULLARIO (A N. MURAVJEV) Slovo katol. pravoslavīja rimskomu katoličestvu M 1853 p. 195-211; Anon, Mixail Kerularīj, patr. Kp. Kiev 1854; N. DOBROTVORSKĪJ, Borjba i razdělenie cerkvej v polovině XI. v.: Xr. Čt. 1868 II 698-732; 871-899; M. SKABALANOVIČ, Razdělenie cerkvej pri patrīarxě Mixailě Kerullarīě in Sbor-

nik statej izd-x Spb-j dux. Akad. v p... Isidora. Spb 1884 p. 334-415; HEFELE IV 2 etc.

*De caesaropapismo byzantino* SIMEON THESSAL. ap. MORINUM, Comment. de sacris ecclesiae ordinat. P. 1655 I. II. p. 169-71; KURGANOV, Otnošenïia meždu cerkovnoiu i gražd. vlastiiu viz-oj imperïi Kaz. 1881; Idem, Viz. ideal caria i carstva Kaz. 1881; GELZER in Hist. Zeitschr. NF. 50 1901 193 ss.; P. ARXANGELISKIJ, Svidětelistva cerkovnoj istorïi po vopr. o cezarop. Sar. 1910; T. M. ROSSEJKIN, Vostočnyj papizm v IX. v. S. Pos. 1915; VL. SOLOVIEV Sl. l. th. III 324; I. I. SOKOLOV ib. IV 14; N. KAPTEREV IV 29-30; A. PALMIERI IV 192 etc.

*De titulo patriarchae oecumenici* cf. S. VAILHÉ in EO XI 65-9; 161-71.

Addamus hic saltem aliquid de conatibus factis ad ecclesias inter se reconciliandas.

1. W NORDEN videtur putare quae a theologis fieri potuissent facta esse omnia; sed a theologis rem effici non posse (Das Papsttum u. Byzanz 1903 p. 36); accusat potius Urbanum II quod, sui commodi immemor in iuvandis orthodoxis, ex unione restituenda noluerit dependere suum auxilium (ib. p. 56-57).

Ex neutra parte omnia facta esse quae prudentia et caritas et diligentia postulassent satis constat; id quod e commentatione M. VILLER nobis promissa perspicue apparebit.

De peccatis a theologis orientalibus post schisma commissis A. PALMIERI in AAV VIII 19-40, cf. 116, exposuit; cf. A. LEBEDEV Sl. l. th. II 36. De causis minoris zeli apud eos cf. Sl. l. th. III 305. 324; AAV VII 16. 18 etc.; de eorum ignorantia ecclesiae nostrae AAV VII 22; de monumentis ab iis corruptis; PAPAIOANNOU, Tà praktikà t... en Hag. Soph. sunŏdou (1450) Cp 1896 etc.

Secundum THOMAM A IESU (De unione schismaticor. ZACCARIA Thes. VII 1556-60) haec peccata Latinorum afferri possunt

a. « Remissior eorum cura, a quibus Graeci iuvari potuissent atque ad pietatem accendi ». Multa huc pertinent pietatis studium modis aptis propagandum, exempla facienda etc. Etiam preces idoneae defuisse videri possunt: W. PALMER quidem, Dissertations on subjects... 1853 p. 313-4 negat sufficere eas, quae in liturgia inveniuntur, alia occasione receptas (cf. MAX, Vorlesungen ü. d. or. Kirchenf. 1907, 245-6), eas magis definiendas esse nec a singulis privatim vel publice sed a coetu coniuncto faciendas. De neglecta educatione cf. Sl. l. th. VI 185-6.

b. « Aliquando a Latinis non omnino vere vel saltem ea, qua inter christianos decet caritate, aliqua fuerunt Graecis obiecta

c. Indiligentia in argumentis componendis. Velut decretales pseudoisidorianae, quas Nicolaus I. in archivis ecclesiae romanae ex antiquis temporibus conservari dixit (MIRBT, Quellen zur Gesch. d. Papstt. u. d. röm. Katholiz.[3] 1911 Nr. 212) in concilio florentino allatae sunt (The Orthodox Cath. Rev. II 189); item adulterata acta conc. VII (symb. cp. cum Filioque) allata in 5. sess. flor. (HEFELE in Th Q 1847 211; MAX in R e l'Or I 24. Cf. F. H. REUSCH, Die Fäl-

schungen in dem Tractat d. Thomas v. A. geg. d. Gr. (Abh. d. h. Cl. d. k. bai. Ac. d. W XVIII 1889); H. LAEMMER, Scriptorum Graeciae orthodoxae bibl. selecta v.I s.I 1864 Proleg. c. graecam Sernikavii.. versionem.. directa; FRANZELIN, Examen doctrinae Mac. Bulgakow R. 1876 p 220-36; J. FRIEDRICH in Th Ltbl. 1870 V 488-9; HERGENRÖTHER, Anti-Janus 94-122 ; Ce qu'on a fait de l'Eglise' 1912; E. DENNY, Papalism 1912 114-7 etc. Id eodem consilio factum esse contra Graecos quo antea contra clerum occidentis J. v. DÖLLINGER dicit Üb. d. Wiederverein. d. chr. K. 1888 38. De conc. vatic. cf. idem, Briefe u. Erkl. üb. d. vatican. Decrete M. 1890 p. 89.

d. Vitae exemplum morumque pravitas in iis qui apud eos praesentes catholicum nomen exhibent. Cf. Vl. ZABUGIN in R e l'Or IX 235.

e. Praemiorum tenuitas, quibus Graeci deberent invitari et foveri. Quin egoismi romani suspicio non sublata. Cf. MAX in R e l'Or I 20.

f. Parum perseverantiae « primum defuit, quia cum illi, qui eos iuvare conabantur {missionarios dicit}, viderent Graecos habere antipathiam cum Romanis... tentarunt ab ipsorum ritu eos deducere (si non verbis, saltem operibus) extollendo romanum in quo celebrabant ac consequenter deprimendo Graecorum » « Numquam habuerunt homines ad illos destinatos, quibus ex officio incumberet ipsorum conversio ». Commercium benevolentiae plenum omissa « de flebili ipsorum statu mentione ».

Defuit « christiana caritas, egregia doctrina, serpentina prudentia et columbina simplicitas in iis, quibus tanti momenti negotium committebatur ». A. DELPHINUS, De concilio oecum. cp. 15 Mansi 0, 591. Cf. Sl. l. th. V 116; AAV VII 16; MAX dux Sax., Vorles. üb. d. or. Kirchenfr. 1907 200 ss. etc.

De nostra ignorantia ecclesiae orientis cf. AAV IX 18 etc.

De peccatis methodi cf. M. NAU, Eccl. romanae graecaeque vera effigies P. 1689 p. 10 (odio certamus, non amore); Trudy III. velegr. sъězda p. 46-50; Sl. l. th. V 181. Ecclesiam esse organismum viventem curandum non ferramentis nec vincturis sed vitalitatis fomentis ut sua sponte ad sanitatem redeat, indicare videtur XOMIAKOV W J BIRKBECK, Russia and the English Church during I 1895 p. 70. 199; nec enim rationem humanam plus valere in corpore mystico quam in corpore physico recte constituendo

Nimia postulari Latini a Graecis visi sunt HUMBERTO de ROMANIS (ap. MARTENE-DURAND, Vet. scr. t. 7 col. 195 (p. II c. 19) « quod ab iis plenitudo oboedientiae non expeteretur , dummodo patriarcha eorum a papa confirmaretur et ab iis legati romani cum honore reciperentur ». De indolis differentiis neglectis cf. AAV VIII 189.

Peccata Latinorum non theologorum etiam magis bonum conatuum eventum impediverunt De rebus inepte gestis in latino imperio byzantino cf. A. P. LEBEDEV, Sobr. c.-i. soč. VII 13-15; MEDOVIKOV, O vladyč. latinjan na vostokě (e Prav. Sob.); STAMATIADES Historía tēs halōseōs toû Buzantíou hupò tōn Prágkōn kaì tēs autōi exousías autōn. Ath. 1866 etc. — De Ruthenis vexatis cf. L'Un. Chr. 1880

XXI 5-13; MALTZEW, Antwort... Röhm 1896, 23; S. TROICKÏJ, Kak živut i stradaļut pravoslavnye i unïaty v Avstro-Vengrïi PG 1914. Cf. de utrisque bibliogr. ap. A. PALMIERI Proleg. I p 740-1; 748-51.

De studio orientales ad ritum latinum convertendi post unionem brestensem Sl. l. th. III 214; V 135 (WORONIECKI)· 183-4; AAV VII 64-5 (BORODZICZ); A PALMIERI, Prolegom I, XVII-XVIII.

De ritu corrupto in Polonia A. XOJNACKÏJ, Zapadno-russk. cerk unïia v eia bogosluženïi i obrıadax. K 1871, contra quem scripsit Ios. BOCIAN, De modificationibus in textu slavico liturgiae s. Io. Chrys. ap. Ruth. subintroductis Krusostomika Roma 1908 p. 929-969; I, I. GUMECKÏJ in Xr. Čt. 1898 I 52-60; 229-39; CYR. P. KARALEVSKY in R e l'Or I 54; D. REBA in AAV VII 249. 250; D. DOROŽYNSKYJ in Cerk. Vostok 1911. N. 4; ZABUGIN in R e l'Or IV 1912; 340-2; V 21-2; VII 199-206 (de Euch et SS. Corde); W J BIRKBECK in Birkbeck and the Russian Church ed. A. Riley L. 1917, 310-1; 316 — De monachorum instituto in latinum converso CYR. CHARON, Hist. des Patriarcats Melkites t. II. f. 1 (1910) 295. — De ritu orientali minus aestimato: Sl. l th. V 183; MAX Herz. zu S., Vorles. ü. d. or. Kirchenfr. 1907, 26.

De calumniis propagatis Sl. l. th. III 261 etc.

De crimine seducendi rudes (et homines bonae fidei T. G. TERNER in Pr. Ob. 1884 III 350-1) seu « propagandae » Sl. l. th. IV 238; V 61 etc., Bessar. 1899 VI 602; EO VII 93-4 etc.

In genere cf V. VOSTOKOV } ANATOLÏJ MARTYNOVSKÏJ {, Ob otnošenïi rimskoj cerkvi k drugim xrist. c. i ko vsemu čelověč. rodu. Spb. 1857. 1864.

2. Si considerantur motiva conatuum unionis restituendae, apparet eos non semper studio rei christianae deberi. J. v. DÖLLINGER quidem de unione lithuanica haec dicit (Üb. d. Wiederverein. d. chr. Kirchen p. 39) Das Ganze ein Werk der Gewalt, des Zwanges und der Intrigue; Politik und Ehrgeiz waren die Haupttriebfedern.

3. Unio Graecorum cum Latinis tentata est s. XI in concilio **barensi** 1097-8 et **romano** 1099 (cf. W NORDEN, Das Papsttum u. Byzanz 1903, 65-6). Saec. XII (1198) cum Alexio III (NORDEN 133-43). Saec. XIII ab Innoc. III in legatione card. Benedicti et Gregorii 1205-7 (NORDEN 231-6); card. Pelagii 1213-4 (cf. Čt. v obšč. lıub. d. pr. 1892; NORDEN 212-26); ab Honor. III. cum Theodoro I. Las. et Greg. IX. cum Vatacio (cf. NORDEN 341-58; RAYNALD., Annal ad 1214 n. 8 1227 n. 8 s.; 1231 n. 43): in concilio habito **Nymphaeae** 1233 de quo cf. NIKEP. BLEMMUDES ap. A. K. DEMETRAKOPOULOS, Ekklesiast. Bibl. I 1866, 380-95; DOSITEOS, Hist. t. en Hieros. patriarkeusánton l. 8 c. 18 p. 826-34; LE QUIEN, Panoplia adv. schisma Graecor p. 350-67; A. KATANSKÏJ, Ist. popytok k soedin. cerkvej v pervye 4 v po ix razd. 1868 (= Xr. Čt. 1867), 98-108; PICHLER, Gesch. d kirchl. Trennung I 323-31; A. LEBEDEV, Očerki, 323-6; MANSI XXII 277-320; — a. 1246 cum Daniele Galic. (Plano-Carpini, Vasilko) cf. N. D. DAŠKEVIČ, Knıaženïe Danïila galickago K. 1873; a. 1249-54

ab Innoc. IV. cum Vatacio (per Io. de Parma : NORDEN, 362-78) ; 1254-8 ab Alexandro IV. cum Theod. II. Las. (NORDEN 378-82); 1263 ab Urbano IV (NORDEN 419-26) ; 1267 a Clemente IV et 1270 a cardinalibus cum Michaële Palaeol. (NORDEN 448-57 ; 466-7) ; a Gregorio X 1271 et in concilio **lugdunensi** 1274 ; de quo cf. GUIL. DURANTUS, In sacros. lugd. conc. commentarius. Fani 1569 ; L. ALLATIUS, De perp. consensione II c. 15 col. 727-57 ; DOSITEOS, Hist. t. e. H. patr. l. 5 c. 2 p. 844-9 ; LE QUIEN, Panoplia 367-81 ; COZZA, Hist. polemica de sch. Graecor. II. p. 4 c. 31 n. 1342-83 p. 469-79 ; WADDING, Annales Minorum t. IV 1732 p. 386-98 ; RAYNALDUS, Annales eccl. a 1272, 21-30 ; 1273, 1-5 ; 1274, 1-20 ; MANSI XXIV 38-136 ; HEFELE² VI ; J. DRÄSEKE, D. Kirchenvereinigungsversuch d. Kais. Mich. VIII Palaeol. in ZWTh 1891 (34) 325-55 ; CHAMBOST, Le second concile général de Lyon. Université cath. 1893 XIV 321-41 (Lyon 1893); F. X. SEPPELT, D. Papstt. u. Byz. 1904, 79-95 ; A. KATANSKÏJ, Ist. popytok 118-65 ; A. M. IVANCOV-PLAT., O rimskom katolicizmē i ego otn. k prav. I 1869, 85-94 ; arxim. VLADIMÏR, O Lïonskoj unïi in Pr. Obozr. etc. (De Girol. d'Ascoli 1276-7 et Bartol. d'Amelia cf. Bess. S. III. a. XI (1906-7).

Saec. XV in conc. **basileensi** 1433-7 ; cf. ZISHMAN, D. Unionsverhandlungen.. W 1868 ; N. KALOGERAS, Kanun padenïja Kplja vopros o soedin. cerkvej na Baz. sob. in Strannik 1893 II 3-20 ; idem in R I Th. 1895 p. 39-57. (De conc. **constantiensi** et de Greg. Camblak cf. Bog. Vēst 1895 N° 7 ; EO VII 324-8 CH. AUNER ; Sl. l. th II 96-7 H. LIKOWSKI ; II 268 ; IV 235 : A. I. JACIMIRSKÏJ) — In conc. **ferrariensi** a. 1438 et **florentino** 1439 (Bessarion, Marcus eph., Isidorus metrop. Russiae eiusque success. Grigorïj et Misail, Elias ep. Cyp. etc.) ; de quo qui scripserint v. ap A. VOGT in Dict. de théol. VI fasc. 42 ; ibi indicantur ut fontes Acta Graeca (Mansi 31) ; SILV. SUROPOULOS ; Andr a S. Cruce ; AGOSTINO PATRICIO (Mansi) ; HOR. IUSTINIANUS (Acta 1638 {Par. Bibl. nat. B 1045}) ; (DOROTH. aep Mutilenes) ; ut commentationes : MARTENE et DURAND t. I. VIII ; WADDING, Ann. M. t. XI ; ŠEVYREV (ŽMNP 29) ; NICEPHORUS aep. Patr. 1853 ; MILANESI (Arch. stor. it.) 1857 ; ZHISHMAN 1858 ; CECCONI I. 1868 ; GOETHE 1871 ; THEINER et MIKLOSICH 1872 ; FROMMANN 1872 ; VAST 1878 ; KALLIGAS 1882 ; OTTENTHAL 1885 ; DRÄSEKE (ZKG. 1891) ; GOTTLOB (H Jhb XIV) ; DRÄSEKE (Neue Kirchl. Z. 1894 ; Byz Z. IV V) ; PIERLING I 1896 ; VANNUTELLI 1899 ; DIAMANTOPOULOS 1899 ; NORDEN 1903 ; SEPPELT (Kgesch Abh. II) ; ROCHOLL 1904 ; EO 1904-5 ; PASTOR I (frc. 1907) ; N. VALOIS 1909 ; HEFELE VII. — Addamus : DOROTHEUS MONEMBASIENSIS, Βιβλίον ἱστορικόν... 1631 (non sequitur Syropulum) ; FANT. VALARESSO (ed. Bessarione 1913, 1-26 ; 217-48) ; A. M. BANDINI (ed. Bess. 1913 p. 72-103) ; ALLATIUS mscr. in Barberiniana XVI 85 ; Diegesis perì tes ha. k. oik sun tes Plorentïas R. 1628 (Par. Bibl. nat. B 1046) ; He ha. k oik. en Plor. sŭn. I. II ed. M. Caryophyllis cc 1629 (Par Bibl. nat. B 1043) ; ALLATII in Alberti Chreÿghtonii apparatum, vers. et notas ad hist. conc. flor. scriptam a S. Syropulo R. 1665 ; NIKEP TEOTOKES, Apŏkr. oriodŏxou tinŏs

prōs tina adelpòn ortōdoxon (H. 1775); SEPTIM. COSTANZI Rom. Opuscula ad revocandos... Gr. et Ruth .. 1807 t. III. Append. I.; (A. V GORSKĬJ) Istorĭia florentĭjskago sobora M. 1847; MURAVIEV, Pravda vselenskoj cerkvi 1849, 242-56; Anon., Hist. tēs en Plor. sun. in Eu. Kērux III (1860). IV.; GORSKI-POPOFF, The hist. of the council of Florence L. 1861; B. PRILÉJAEFF, Etudes sur le conc. de Flor. L'Union chrét. IV 1862 p. 123 etc.; DIM. WASSILIEFF. Sur Marc métrop. d'Ephèse in L'Un. chr. V 1863, 20-7; 37-8; A. M. IVANCOV-PLAT., O rimskom katolicizmē č. I. M. 1869 p. 102-15; SADOV, Vissarĭon Nĭkejskĭj. Spb. 1883 (Xr. Čt. 1882 I 94-137; 309-37; 625-66); PILAR. BAPEIDES, Historĭa t. II 1886, 216; J. J. OVERBECK, Libellus invitatorius ad clerum laicosque romano-catholicos, qui... p. 39 (1). 48.50; DELEKTORSKĬJ in Strannik 1893 III 56-85; 236-59; 442-58; N. KALOGERAS, Mārkos ho Eug. kaì Bess. ho kardin. 1893 (=Strannik 1894 I 211-20; 603-28; II 3-32; id. in Hetair. ho Hellēnismōs. Tà en autēi ginom. anagnōsmata I. 1894, 5-23 (Cf. Xr. Čt. 1894 II 322-6); DELEKTORSKĬJ, Kritiko-bibliografič. obzor drevne-r. skazanĭj o flor. unĭi ŽMNP 1895 t. 300 p. 131-84; POPESCU in Biserica ort. română 1898 XXII 13-22; 153-66 etc.; A. D. SČERBIN, Literaturnaia ist. russkix skaz. o Flor. Unĭi in Lētop. ist.-fil. Obšč. 1902 X. Viz. otd. VII p. 139-86; E. GOLUBINSKĬJ, K našej polemikē s staroobrіadcami[2] M. 1905, 112-20; KRUSOST. PAPADOPOULOS, Kronologikòn semeĭoma p. t. en Pl. leistr. sun. in Nea Sion 1905 II 414-9; J. RADONIĆ in Istočnik 1905; SP. DE BIAZES in Sl. l. th. III 372 (de Isidoro); XREPTOVIĆ-BUTENEV, Florencĭia i Rim v svіazi s dv. sobyt iz russkoj ist. 15 v M. 1909; KRUSOST. PAPADOP., Prōtai skēseis Oriodòxon k. Lat. metà t. hālosin Kpōleos in Nea Sion VII 1908, 865-91. Cf. Sl. l. th. I 270; II 123. 268; III 216; IV 71 220 etc; KRUMBACHER, Gesch. de byz. Lit.[2] 1092; A. PALMIERI, Proleg. II 90-4.

De conatibus particularibus quaedam etiam in Sl. l. th. (AAV) dispersa inveniuntur.

De conatibus 1498-1506 scripsit B. BUČINSKĬJ Kiev 1909 (cf. Zapiski... Ševčenka t. 85. 86; Zapiski Ukrain... t. IV-VI.)

De *D. Schoenberg* (Leone X, Basilio duce 1517-9) cf. P. PIERLING, La Russie et le Saint-S. I 1896, 266-70. De Clemente VII 1524 id. I 295-314 (de Maximo Graeco VL. ZABUGIN in R e l'Or XII et XIII; N. NIKOLSKĬJ in AAV IX 78; V. S. IKONNIKOV[2] K. 1915). De *Pio IV* (conc. trid., 1561; Canobio et Giov. Giraldi) id. I 362-78. De *Pio V* (1570 : Vinc. del Portico) id. 383-97. De *R. Clemke* (1576) id. 410-3. De *Possevino* (Greg. XIII. 1581) id. II 1897; TrKDA 1865 I 103-

(1) « Ecce duo textus inter se discrepantes. Unus integer, alter truncatus. Uterque testatus subscriptionibus autographis patrum. Unus diserte docens papae suprematiam et ignorans patriarcharum potestatem, alter reticentia papae auctoritatem minus premens, sed patriarcharum privilegiis consulens. Quis non videt insidiosam hanc duplicem decreti formam sedulo esse elaboratam...

38; 229-76; 373-418; 505-55; F. [GRIVEC in Sl. l. th. III 294; IV 112.

De *unione brestensi* : FIEDLER, Beiträge zur Un. d. Ruth. in Nordungarn. W. 1862; M. KOJALOVIČ, Litovskaia cerk. uniia I-II 1859-61; K. ŠAJNOX, Kak opoliačivalasi i katoličilasi xolmskaia Rusi? in xolmskïj greko-uniatskïj mēsiaceslov na 1867 g. (Varš.) p. 62-9; aep. ANTONÏJ, O greko-unitskoj cerkvi v zap. kraē ib. na 1866 g. 1-65 (ib. arxim. Amvrosïj 92-128); KRAČKOVSKÏJ, Očerki uniatskoj cerkvi in Čt. Obšč. Ist. i Drevn. Ross. 1871; J. PELESZ, Gesch. d. Union 1880; I. ČISTOVIČ, Očerk ist. zap.-r. cerkvi 1882-4; STUDINSKI, Perestroga Lw. 1895; P. N. ŽUKOVIČ in Xr. Čt. 1896 II 1897 I etc.; id. Sejm. boriba zap. r. d. s cerk. un. Spb. 1906-1910; cf. Sl. l. th. V 81 etc.; I. RUDOVIČ, Uniia u livivsikij eparxiï Lv. 1900; I. M. LAPPO, Velikoe kniažestvo Litovskoe. Spb. 1901. 1911; SCHIRMER, Der Anteil d. Iesuiten u. d. kath. poln. Hierarchie an d. Leidensgesch. d. Ruth. in RITh 1904 84-93; 281-304; SŁOTWIŃSKI (Sl. l. th. III 249); T. TITOV 1907 (Sl. l. th. V 140)-1917; Io. ŠYX in Nyva 1907 Sl. l. th. V 4; P. G. VIKTOROVSKÏJ, Zap.-russkïia dvor. fam. otpavšiia ot pr. Trudy KDA 1908 III; M. LIUBAVSKÏJ, Očerk istorïi litovsko-r. gosudarstva do Liubl. unïi vkliuč. M. 1910. Cf. A. PALMIERI Proleg. I p. 748-51; N. A. RUBAKIN, Sredi knig II 1913 n. 7467 (ARXANG.); 7471 a (GRINČENKO), p. 107 etc.

De *confraternitatibus* orthodoxos tuentibus A. PAPKOV 1900 (Sl. l. th. I 256); M. KRAMARENKO, Zapadno-russk. cerk. bratstva. K. 1913. De *P. Skarga* A. OSIŃSKI, O życiu i pismach 1812; M. J. A. RYCHCICKI, P. Sk. i jego wiek; L. IANOVSKÏJ, Političeskaia dēiatelinosti P. Skargi 1907; J. Tretiak, Piotr Sk. w dziejach i w literaturze Unii Brzeskiej 1912; J. SYGAŃSKI, Działalność ks. P. Sk... na tle jego listów... 1912; T. S. GRABOWSKI, Dzieło rosyjskie o ks. P Skardze (de Ianovskij) 1913; cf. A. PALM., Proleg I 784-5. De *Ip. Pocēj* STUDINSKÏJ Sl. l. th. I 256; M. ČUBATYJ, Mytropolyt Ipatij Potij. Apostol cerkovnoï ednosty Liviv 1914. De *Ios. Rutskïj* : Sl. l. th. IV 13. De *Ios. Kuncevič* . JAK. SUŠA (ed. Martynov); L'Un. chrét. VII 350-2; 356-8; 364-6; 379-382; GUÉPIN 1874. 1898; XOJNACKÏJ in TrKDA 1882 N° 8. 9; A. SAPUNOV in Vitebskaia Starina 1883; P. N. ŽUKOVIČ in Izv. Otd. r. iaz. 1909 III; D. DOROŽYNSKYJ in Cerk. Vostok 1911 N. 3. 4. De *Innok. Vinnickïj* T. I. TITOV, Russk. prav. cerkovi v polisko-lit. gos. v XVII-XVIII vv. t. I (1905) 147-54. De Ios. ŠUMLIANSKÏJ : ib. 155-73. De *Meletio Smotrickïj* : Sl. l. th. III 318. De *Laur. Zizanïj* MAKARÏJ, Ist. r. c. XI 50-9. De *K. V. Ostrožskïj* : At. Iaruševič in Xr. Čt. 1898 I 103. De *Zachar. Kopystenskïj* (« Azarïj ») : V. ZAVITNEVIČ, Palinodiia Z. K. Varš. 1883. De *Gedeone Sviatopolk-Četvertinskïj* : Sl. l. th. V 142; T. I. TITOV, R. p. c. v p.-l. gos. II 213-305. De *Varl. Iarinskïj* : ib. 306-453 etc.

De Ruthenis *ad orthodoxiam reductis* scripserunt : KEDROV; KORSUN-

SKÏJ; OLDEKOP (Üb. d. Wiederv. St. 1840); AUG. THEINER (D. neuesten Zustände 1841 p. 293-544); P. DOUHAIRE in Corresp. 25/1 1858; E. KRYŽANOVSKÏJ (Volnenïja unïatov na Podlasjě in R. Věst. 1868 (t. 74-5). N° 4. 5); M. MOROŠKIN (in Věst. Evr. 1872 N° 4, 6-9); M. KOJALOVIČ (Ist. vozs... staryχ vremen 1873); Anon., Vozsoed. χolmskoj R. (in Pr. Ob. 1875 I 675-94); I MARTYNOV (in Etudes VII 1875, 943-56); KIPRÏANOVIČ (in Χr. Čt. 1900 I 665-75); PODLASIAK in Sl. l. th. III 5; G. I. ŠAVELJSKÏJ (Poslědnee vozsoed. Spb. 1910); CHOTKOWSKI Dzieje 1905; — De *Stan. Sestrzieńcewicz-Bohusz*: P. PIERLING, La R. et le S.-Siège V 380-8; Starina i Novizna 1913-4 kn. XVI. XVIII (Journal et corresp. de St. S.-B.). De *Ios. Sěmaško* KIPRÏANOVIČ, Žizni Ios. S... Vilna 1893 (cf. P. ŽUKOVIČ in Χr. Čt. 1897 I 180-8). De aep. *Smaragd (Kryžanovskïj)*: N. N. GLUBOKOVSKÏJ, Aep. Sm. 1914 (AAV IX 93). De *Macrina Myaczeslavsca*: KOROLEV in L'Un. Chr. VII 1865, 27-30. De princ. *Alex. Druckoj Lubeckïj*: GUETTÉE ibid. VII 395-6. De *Io. Strockïj* P. ORLOVSKÏJ, Protopop Io. S., kak pobornik pravosl. na Ukr. vo 2. pol. XVIII st. (Kiev. Starina 1895 N° 11). — De *Galicia* R e l'Or IX 1915, 127 etc.

De Ruthenis ex orthodoxis *ad ritum latinum* adscitis cf. N. FRANCO, La Difesa del Cristianesimo 1910, 116-8 etc.

De *G. Gruber* (Pio VII 1800): P. PIERLING, La R. et le S.-S. V 316-327; E. F. ŠMURLO in ŽMNP 1888 N° 5 p. 110-3. De *Pio IX* (encycl. 1848) MANSI 40, 378; MARKÒRANOS, Epistolimaïa apàntesis eis tèn pròs toùs anatolikoùs epistolèn toũ pàpa; Pr. Ob. 1868 III 317-22. De *Vaticano* WIL. FRASER, The Patriarch of Rome and the Patr. of the East. L. 1869 (= Occas. Paper of the Eastern Church Assoc. N° VII) p. 22; Ios. H. REINKENS, Üb. d. Einh d. kath. Kirche 1877 p. 3; GRANDERATH, G d. Vat. C. I 303-91. De *Leone XIII*: Bess. I 23-32 etc.; P. DE MEESTER, Lēon ho ig' k. hē anat. ekk.; EO VII 51. 113-5; Dict. de théol. III 1459 (de *J. de la Passardier* Vel. Věstn. IV 58).

De patriarchis Cp. *Jeremia III* (1731) et *Ioachim III* (1902 etc.): Dict. de th. III 1460; EO VI 276; VII 91-9. 114; VIII 305 RO V 75-87 — De patr. Alx. *Capasuli* (1713): E. RAUSCH, Kirche u. Kirchen 1903, 87 — De *imperatoribus* byzantinis (1073 *Michaël VII*; *Alexios III* etc.) cf. supra p. 287-8.

De tentata unione in *Dalmatia* (de ep. *Bened.* ⊢ *Pačaurica* ⊣ *Kralevič*): R. Arχiv 1872 p. 441-4 (N. I. NADEŽDIN) et 1021-30 (N. POPOV). — De unitis Serbis: KONST. STANIĆ; P. BALAN, Delle relazioni fra la ch. catt. e gli Slavi 1885, 76 106 etc.; ŠIMRAK in A III CV; Sl. l. th. I 282 (NILLES et GRUJIĆ); SCHAGUNA-Popescu etc. De *Rumen's* (Valachis; de L. Kolonič, Hevenesy, Baranyi): J. FIEDLER, Die Un. d. Valachen in Siebenb. SAW h. Cl. 27; Sl. l. th. I 200 (Kurganov); N. NILLES, Symbolae I 1-390. — De *Bulgaris* E. SAYOUS, Etudes sur la rel. rom. 1899, 251-73 (de 1204), AA SS 29/I (s. *Petrus Thomas*); MANSI 45; ROChr. 1897 II 166-72; AAV VIII

215 (*Ivan Kalojan. Io. Asēn II*); 217 (Dr. *Cankov, Ios. Sokolovskij*); Sl. l. th. III 3 et IV 239 (*Menini*); Corresp. 1860 25/XI (L. Lescœur); Hist. pol. Bl. 1912 (150) 1-20; EO XII 355 XIII 101; S. Vailhé in Dict. de th. II 1228-31; J. Ilitsch in Int Kirchl Z. 1914, 302-13; M. Leitner in Th. pr. Monatschr. 1916; de *ep. Rafail* L'Un. chr. VII 1865, 53-5; de ep. *Ios. Sokol.* ibid. VIII 78-9 (Guettée). — De Graecis *Melchitis* Petit ap. Mansi 37, 124-8 (de *Euthymio Ben el Sefi* ib. 120-1); J. Charon in EO IV 268-75; 325-33; V 18 25 etc.

De conatu *Sorbonnae* (1713 et 1717): Ae. Sexstätter, Gründlicher Beweis Pr. 1803, 1-24; P. Pierling, La R. et le S.-S. IV 251-66; de *Jacques Jubé* (« Lacour ») 1727 Pierling, IV 310-87.

•De conatibus *singulorum*: De *Carolo IV* Sl. l. th. I 5; de *Petro Athanasio rhet.* (+ 1663): N. Marini in Bessar. IV (1898-9) 405-412; V 115-149; L. Petit in EO III 60; de *H. Schlitte* (1548; 1555): P. Pierling, La R. et le S.-Siège I 1896, 325-33; de *Io. Steinberg* ibid. 334-55; de *G. Križanič* P. Pierling, La R. IV 3-41; S. A. Bēlokurov 1901 (Sl. l. th. I 255); id. in Čt. v imp. obšč. ist. i drev. ross. 1909 II; A. N. Aleksandrov in Vēra i R. 1910, 4, 324-38; 437-54; P. A. Bezsonov, Katol. svjašč... 1870; J. P. Roganovič, Križanič i ego filos. nacionalizma 1899; de *Reutenfels*: P. Pierling, La R. IV 68-70; de *ab. Pichon*: ibid. 244 50; de *Io. Kalabasses* EO I 315; de bar. *Haxthausen*: R E Gr. Unie III 1887 518-20; de *G. Morel* Calvet, L'ab. Gustave M. 1907; de *Andrea Szeptyski* Sl. l. th. IV 239; R e l'Or, I 61; VIII 1914, 248; The Month 1912, 505-9; The New Europe I 1916, 87 9; III 27; W. J. Birkbeck in Birkb. and the Russ. Ch., ed. Riley, 1917, 311; Basler Nachrichten 74, 1918 N 161; Nyva etc.; de *Vlad. Soloviev* M. d'Herbigny, Un Newman Russe 1911; N. D. Kuznecov, Po povodu tolkov Spb. 1910; Э. L. Radlov, Vl. Sol. M. 1913; AAV VIII 174. 184-95; T. Masaryk, Zur russ. Geschichts- u. Religions-philos. 1913 II.; bibliogr. ap. A. Palmieri, Proleg. I 801 3; de *Ion Cornoi* Theodorian Carada (Bucar. 1913).

De conatibus *missionariorum*, imprimis iesuitarum: Carayon, Documents inédits concernant la Comp. de J. Poit. 1869: XX. Missions d. la Russie; XXI d. l'Archip. Grec; XI à Cp. et d. le Lev. — Lettres édifiantes et curieuses... Mémoires du Levant t. I-V. IX (P., Gaume). — Tho. Smith, An Account of the Greek Ch. L. 1680, 251-63 (de P. Berilli). — Aymon, Monuments authentiques de la rel. des Gr. La Haye 1708, 201-36 (Krusoskoulos; id. in op. « Mysteria Patrum Iesuit. ». Lampropoli 1633, App. 2). — Nectarius patr., Confutatio imperii papae L. 1702, 394-8. — Pétroff, Le patr. Cyr Luc. en lutte avec les Jés. in L'Un. Ch. III 238-40; 253-5 etc. — Zotos in L'Un. Ch. IX 1868, 82-96; 134-44; 183-92 (de iesuit. Cp. XVIII s.). — Ju T. Samarin, Ïesuity i ix otnošenïe k Rossïi 1866. — M. Ja. Moroškin Spb. 1867. 1879. — Demjanovič in ŽMNP 1871 CLVI-III (Ïez. v zap. Ros.). — Ï. Slivov, Ïezuity v Litvē in R. Vēst. 1875 N° 7-10 et sec. eum G. Tecelskij in L'Un. Chr. 1875 7. — N. Iorga, Stu-

dii si documente I 1901. — N. Nilles, Symbolae 1885, 786-818. — St. Zaleski Sl. l. th. III 213. — Michaud, La latinisation de l'Or. sous Louis XIV in RITh 1895, 217-59; 488-504. — A. Rabbath, Documents inédits I 1907 — C Charon, Hist. des Patriarcats Melkites II (1910) 320-30. — Bar. d'Uxkull, Rome et l'Or. t. I. Jés et Melchites. B. 1912. — G. Romano, Cenni storici della Missione della Comp. di G. in Grecia. Pal. 1912.

De huiusmodi missionibus cf. etiam historias ecclesiae orthodoxae: in insulis *ionicis* (Parnassos 1904, 168-82), in *Cypro* (Kourites 1907; J. Hackett 1904) etc.

De modis propagandi catholicismi inter orthodoxos cf. Bessar vol. III 370-4; C. F. da Breno, Manuale missionarior. orient. Ven. 1726; R Souarn, Praxis Missionarii in Or. servata 1911, Memento de théol. mor. 1907; Bousquet, L'Unité de l'Egl. 1913 (cf. Vel. Věstn. IV 1913 78-85); N. M. Vukotič, Grandïoznyj zagovor ezuitov okatoličiti Pr. R. 1911. — Litterae ad hoc editae sunt libelli a Zabužnyj, Io. Baranovskïj (Sl. l. th. IV 346) etc. conscripti. — De vi monasteriorum cf. Vl. Zabugin in R e l'Or IX 231-2.

De modis propagandae orthodoxiae inter catholicos: Sl. l. th. V 135; ieromon. Serafim, Pervyj v Rossïi po vněšnej missïi Kaz. Miss. suězd t. I. N. Novg. 1911. — Litterarum, quibus populo orthodoxia pro catholicismo commendatur, exempla sunt Anon., Pravosl. narodu o kat. zabluždenïïax 39 brošiur. Spb. 1910; A. V. Korolev, Ob otpadenïi. Vil. 1910; Anon., Grěxi katoličestva. K. 1911; Anon., Kak proizošlo katoličestvo? K. 1911; Pravosl. protivokatoličeskïj katixizis. Vil. 1911; M. Kalinev, Nesostoiat. Ek. 1914; arxim. Mitrofan, Razbor Rimsk. zabluždenïia o glav. i neprogrěš. papy. X. 1916; Anon., V zaščitu pravosl. věry. Otvět... I. A. Zabužnomu. PG. 1916.

De singulis conversis ad ecclesiam romanam (commemorentur e. c.: *Matth.* ⊢*Meletios*⊣ *Tupaldos* Legrand, Bibl. hell. XVII s. V 428-33; *Neap. Benjamin*: F. Ronzevalle in Et. 1899 III 528-36; am. *Anastasiades* REGr Unie III 1887, 467-9; *Iv. Serg. Gagarin*: I. V. 1882 IX sent. 679; *Dm. Dm Golicyn*: I. V. 1881 t. V maj 34 ⊢N. S. Golicyn⊣ *I. M. Martynov* I. V 1896 t. LXVI okt 356 ⊢G. Studenkin⊣ et 1899 LXXV mart 1106; *Vl. S. Pečerin*: M. O. Geršenzon 1912; *Vl. Ghika*: EO VII 258; *am. Gedeon* EO II 184; *I. Teodorov*: EO VII 43-4, *J. Astromov* L'Un. Chr. 1884 XXV 9-14; Vel. Věst. IV 58; R e l'Or V 1913, 141-7; *S. Verigin* et *N. A. Tolstoj*: Cerk. Věst. 1908 26/I; R e l'Or VII 1914, 120-2; *Šuvalov*; *Zerčaninov*: R e l'Or XIV 13; *Gru Grzimajlo*; *Naryškina*, *Bariatinska*, *Volkonska*, *Ušakova*) et de iis qui de convertendis bene meruerunt (*Svěčina* J. Wassilief in L'Un. Chr. V et VI; *Tondini de Quar.* etc.) cf. Rosenthal, Konvertitenbilder, Vel. Věstnik etc.

De singulis conversis ad ecclesiam graecam (*R. F. Guettée*: Prav. bog. əncikl. IV 357 9; *M. Cengić* Sl. l. th. III 62; *Thirion* 1845 etc.) dispersi tantum videntur occurrere nuntii,

De motivis conversionum cf.I.V.1916 t.IV 42-43 etc.

Praeterea addendi sunt conatus *polemistarum* moderatorum et *desideria* unionis declarata a viris insignibus.

Unitati doctrina restituendae dederunt operam apud Latinos Anselmus Cant., Rab. Maur. (De inst. cler. 1, 31), Hugo Ether. (cf. A. P. Lebedev, Sobr. c. ist. soč. VII 29-34), Aeneas Par. (M. 121; Lebedev VI 298-301; M. Manitius, Gesch. d. lat. Litter. d. MA 1911, 416), Ratramnus Cordub. (Lebedev VI 304 11; 324-8; 331-5 etc.) card. Humbertus (351-3; 355-66), Petrus Grossolanus, Gerhochus Reichersb., Bonacursius Bon., Thomas Aq. (Op 1. et 2. c. Gr. er.), Matth. de Aquasparta, Philip. de Pera, Rich. Fitzralph, Turrecremata (Expos. decr. de un. 1561), Lud. Donatus, Hieron. Donatus, Alb. Pighe da Kampen (cf. Zabugin in RO N.2.4.8.22.25.63-6), Alph. Bovosius, A. Possevinus, Io. Azor (Inst. mor. t. 2 l. 4 c. 14). N. Cichovius, A. Petrica a Sonnino, F. Richard, A. P. Boym, Th. Rutka, Hacki, M Nau, Al. Andruzzi, Steph. de Altimura (Le Quien), Chr. Peichich, C. F. da Brenno (cf. Bess. 1911), B. de Rubeis, Io. A. Tipaldi, Io. B Simunich. Ant. Kanislich, Frantz, Bern. Ribera, Costanzi, de Maistre, Rozaven (cf. Et. 1876, 35, 613-5), Ios. Schmitt, G. Avedikian, A. Gengler, F. Io. B. Nève, van der Moeren, Panfilo da Magliano, Liberatore, Franzelin, Jirák, Barták, Brandi, E. G. Volkonska, M. D. Erebcov (cf. A. Palmieri, La chiesa russa p. 645), J. Baur O. Cap., Lépicier, Bréhier, Tondini, Palunko, de Meester, Pierling (cf. V. Kerenskïj in V. i. R. 1915), A Palmieri, P. Sinthern, B. Spáčil etc. Addi possunt acatholici : Hunnius, Pelargus, Bohemius, Cundisius, Ferchius, Haberkornius, Rueschman, Meisner, Nagel, Wegner, Sander, Pfaff, Lampe, Sweete, Howard, Kölling etc.

Inter Graecos orthodoxos hic nominentur : Petr. Antioch, Theophyl. Bulg., Nicetas Nicomed. (Lebedev. Sobr. VII 43), Basil. Achrid., Maxim. Margounios, A. Maličev, P. Ia Světlov, Vas. Goeken; alios minus moderatos v. infra in cap. de rebus controversis.

E Graecis unitis huc pertinent : Nicetas Maron. (1143-80), Nikeporos Blemmudes, Io. Bekkos, Mikael Palaiolog., Konstant. Meliteniotes, Georgios Metokites, Teoleptos metrop. Pilad., Barlaam, Io. Kilas, Nikeporos ho Gregoräs, Demetrios ho Kudones, Manouel Kalekas, Max. Krusoberges, Manouel Krusolorăs, Esaias Kuprios, Bessarion, Ios. Plousiad. (ep. Methon.), Gregorios ho tes Mammes, Io Arguropoulos, Georgios Trapez., Teodoros Gazes, Gregorios Meliss., Andr. Graecus. Catumsyritus, P Arcudius, L. Allatius, M. Caryophilus, Neoph. Rhodinus; Meletïj Smotrickij, Abd. Zakher, Max. Malatakes A. Zerčaninov etc.

*Unionis amicos* se praebuere inter Latinos Geremia Bonomelli- († 1915 The Constr. Quart. 1914 p. 874; Int. Kirchl. Z. 1915, 236-9); Gerard van Caloen (Ekkl. Par II 1908, 97); card. N. Marini (R e l'Or XIII, 3-10); Zdiechowski (Věra i Žizni 1911); Louise de Riancourt (EO VI 280; VII 114; Vel. Věst. I); Emm. André (R e l'Or I 207-14) etc.

Inter orthodoxos Georgius V. Mogila, metrop. (Sl. l. th. II 272); Andr. Coloss; Bouturas; archim. Palamas (EO 1916, 132-3); T I. Tiutčev (RDM 1850, 119-33; Etudes II 1857, 311-2; Pr. Obozr. 1875 III 59-98; 325-44 ⊦ I. S. Aksakov ⊣); G.-A. Mano (A. D'AVRIL, Documents 1872); V Ivanov (AAV VIII 174); St. Semenov (EO V 58-60); Gerasimus (Messarra) metrop. beryt. (Bess. 1911, 179-82) etc. Cf. A. PALMIERI in AAV VII 186-96.

Inter unitos Const. Stanić (AAV VII 249); N. D. Malyniak (R e l'Or III 1912, 412-8); Nic Franco (Re l'Or XIV 16-24) etc. Cf. N. NILLES, Symbolae 1885 p. XXXIX-CXX.

De societatibus unionem precibus postulantibus cf. TONDINI, Le pape de Rome 1876 p. 339-433; R cath Egl. 1905, 177-81; EO I 322 8 etc.

Denique huc pertinent etiam theologia et usus ecclesiae orthodoxae vestigiis catholicismi impressa; cf. Perpetuité de la foi de l'égl. cath P 1841 t. III p 458-64; A. PALMIERI in Sl. l. th. V 60; agitur praecipue de capitibus: notio sacramentorum, eorum numerus, transsubstantiatio, accidentia manentia, character indelebilis, satisfactio; de ecclesia kioviensi MIRKOVIĆ, O vremeni presuščestvlenïia sv. darov. V 1886 32 ss.; ODINCOV, Poriadok obščestv. i častn. bogosluž. v drevnej Rossïi do XVI v. Spb. 1888, 299 etc.; de aliis Russiae partibus Metroph. ep. Voron.: W. PALMER, Notes of a Visit 1882 p. 92-3; vestigia inveniuntur ap. Agapium Landos (1641), Nicol. Boulgaris (1681), ep. Stephanum (Sl. l. th. V 73), E. Popov (IV 198) etc. in usibus eccl. Cyr Charon, Hist. des Patr. Melk. II 188[3] etc. — Collegium graecum constitutum 1581 E. Legrand, Bibl. hellén. XVII s. III p. 481-530; A. Lebedev: Sl. l. th. II 36; R. Netzhammer 1905; Pl. de Meester 1910; Bessarione 1911 (f. 117-8) p. 442-3. — Iesuitarum adventus Cp. 1583 cf. supra de missionibus.

Praeterquam cum catholicis tentata est unio orthodoxorum: saec. XV cum Bohemis (*18/I 1451* Gregorius Creicius, Greg. Rokitsani nepos, Matth. Covaldensis, Tho. Przelaucius al. Chrzenovius, Procopius, Halar, Vitus, Georg. Peticostelscius, quibus respondit Nicomedes Macarius; cf. DAV CHYTRAEUS, Or. de st. eccl. in As., Gr., Boh... Frcf. 1583 Append.; FLACIUS (VLAŠIĆ), Catal. testium veritatis. Frcf. 1666, 72; A. GILIFERDING, Gus[2] Spb. 1893; WENGERSCIUS, Hist. eccl. Slavon. p. 482; J. A. COMENIUS, Hist. persecutionum eccl. bohem 1648 c. 18; C. HÖFLER in SB d. kgl. böhm. Ges. d. Wiss. 1861 I 57-8. — *1452* Constantinus Boh. I. S. PALIMOV in Xr. Čt. 1889 N° 1-2 et seorsim K vopr. o snošenïiax čexov gusitov s vost. c. v pol. XV v append. p. 42-85; de Confessione Bohem. s. XVI cf. Recherches de Sc. Rel 1915-6 p 226.)

Saec. XVI cum Witebergensibus (conatus Melanchthonis 1555-65 Ioas. II. Cp. ⊦Mysus diac. ⊣ a. 1559; Steph. Gerlachius cf. A. LEBEDEV, Sobr. VIII 578-9); cum Tubingensibus (Iac. Andreae, Iac. Heerbrandus, Luc. Osiander, Eberh. Bidenbachius, Theod Schnepfius;

Ierem II Cp. a. 1575-82 cf. Pilaret. Bapeides, Ekkles. historia III 1912 p. 51; ep. Aleksij, Popytki protestantov k soed. s Gr.-V. c. v XVI v. Kaz. 1911; I. I. Malyševskij, Aleksandr. patr. Meletij Pigas I. 1872 p. 208-23; A. Lebedev, Sobr. VIII 1903 p. 46-8; Dict de th. III 1450-1). De colloquio legatorum ex Pol. et Lit evangelicor. cum Basilide Moscovitar. duce instituto cf. Io. Lasicius, Theol. moschovitica, Spirae Nem. 1582; Paul. Oderbornius, Vita Io. Basilidis l. 1; J. Heidanus -M.C. Lundorpius, De statu relig. ac rei publ. II l. 10. De conventu thoruniensi (a. *1595*) et conc vilnensi cum duabus epistulis Mel. Pegae a. 1600: Regenvolscius, Systema historico-chronolog. Eccl. Slavonicar. 1652, 479-99; Iv. Sokolov, Otnošenie protestantizma k Rossii v XVI i XVII. vv. M. 1880, 332-361 (De colloquio thorunensi 1645 ib. 361-5).

Saec. XVII. cum reformatis (Cyrillus Lucaris) cf. Dict. de th. III 1426-30; D. S. Mpalanos; Krus. Papadopoulos, Hist. mel. etc.

Adde conatus N. L. v. Zinzendorf (et David Nitschmann) 1739 cf. Dict. de théol. III 1452-3. — Anglicanorum (1716 etc. 1866 etc.): G. Williams. The Orthodox and the Nonjurors L 1868; R. T. Davidson, The Lambeth Conferences of 1867. 1878. 1888, 1896; P. Uspenskij, Aleksandr. patriarxiia I 1898, 289-304; A. C. Headlam, Relations with the East. Churches in Church Problems, ed. by H. H. Henson. L. 1900; J. Wordsworth, The Church of Engl. and the East. Patriarchates 1902; Mansi t. 37, 369-624; EO VIII 1905 138-48; 321-8 etc.; Dict. de th. III 1451-2; 1453-4; Le Correspondant 1916 II 708-32; Ekkles. Alet. 6/XI 1910; K. Papadopoulos, Ap. p. henōseos tōn Agglon Anomōton. Al. 1911; Otečestv. Zapiski 1865 N° 4; A. P. Lopuxin in Xr. Čt. 1882 II et 1883 II (de annis 1862-6); K. Faminskij in Strannik 1913 Sept. 276-9 (de novissimis conatibus) Re l'Or IX 209 etc. v. in Český Slov. bohov. s. v. Anglik.; de Will. Palmer (Magd. Coll.) cf. St. Tyszkiewicz in Etudes 1913; de *Hierot. Teknopoulos* cf. EO IV 61-2. 243-4. — Veterocatholicorum: J. Jos. Overbeck, The Bonn Conferences in The Orthodox Cath. Rev. IV 1875, 145-83; 217-64; L. K. Goetz in IThZ VIII 1900, 36-53; A. Kireev in Sl. l. th. V 199; A Palmieri in Dict. de th. V 2331-5, bibliogr. in Proleg. II 189-90; de *Io L. Ianyšev*: A A. Bronzov in Trezvye Vsxody 1911; I. P. Sokolov in AAV IX 88; de *A. A. Kirēev* Prav. bog. anc. X (1909) 479-82; Olga Kireeva (Novikova), Le Gén. Alex. K. et l'anc. cath.[2] Berne 1914; de utroque I. P. Sokolov AAV IX 90; de *At Pipcras* et *Pilot. Bruennios* EO IX 118.

De vestigiis protestantismi apud orthodoxos cf. K. J. v. Hefele, Ueb. d alten u. neuen Versuche den Orient zu protestantis. Th Q 1843, 539 ss.; El. Tantalides, Epistolimaia epikrisis pulladiou tinos epigrapom. Le Protest. et l'Egl. grecque... Konst. AQMZ'; id., Epimetron eis tēn epikrisin.. ibid.; Bukowski in ZkTh 1913, 676-81; A. P. Lebedev, Sobr. VIII 571-695; in theologia morali: A. Palmieri in AAV VIII 157-66; in hist. eccl. A. P. Lebedev, Sobr. I.

1903, 551-69; in sectis eccl. orth. Ì. Ì. SOKOLOV, Otnošenie protestantizma k Rossii vXVI i XVII vv. 1880, 169-200. — De *Metroph. Critopulo* cf. K. I. DUOBOUNIOTES, Metr. Krit. A. 1915; de *Cyr. Lucari* A. PALMIERI, Proleg. I 464-537; de *Platone* metrop. Mosc. M. } ROSAVEN {, L'égl. cath. justifiée c. les attaques... L. P 1822, 74 etc. de *Drag. Demetresku*: F. WIERCIŃSKI in StZ 1918 apr. p. 18.

De modis huius contagionis cf. Iv. SOKOLOV, Otn. pr. k R. 45-53.

Causae propter quas conatus ecclesiam romanam cum graeca reconciliandi frustra fuerunt, magna ex parte eaedem sunt quae ad originem eius contulere. E. c. quae affert NICETAS NICOMED. ap. Achery, Spicil. I 196 audiamus « Si enim romanus pontifex in excelso throno gloriae suae residens nobis tonare et quasi proicere mandata sua de sublimi voluerit et non nostro consilio sed proprio arbitrio pro beneplacito suo de nobis et de ecclesiis nostris iudicare, immo imperare voluerit, quae fraternitas seu etiam quae paternitas haec esse poterit? Quis hoc unquam aequo animo sustinere queat? Tunc nempe veri servi et non filii ecclesiae recte dici possemus et esse » etc. Cf. de Leone IX et de card. Humberto BOUSQUET, L'Unité de l'E. 1913, 28. Accessit iniuriarum (de quibus supra) recentium memoria et inde auctum odium nominis latini; centralisatio in universum occidentem extensa (pr. MAX in R e l'Or, I 19); remedia parum idonea adhibita (cf. Sl. l. th. V 118. 58).

Impedimenta reconciliationis ecclesiarum quae nunc valent seu causas schismatis permanentis collegit VEN IV. ANDRUŠKA, e cuius russica commentatione quaedam delibata hic addere non videtur esse abs re.

Ut duae societates inter se reconcilientur necesse est eas partes id velle quae consilii potentes sunt; in quibus movendis peculiares difficultates oboriri possunt. Si res pendet e ducibus politicis, obstare possunt falsa rei publicae gerendae praecepta a maioribus tradita; cf. EO VII 108; N FRANCO, La Difesa del Cristianesimo 1910, 27-92; velut de emolumento belli sacri gerendi (in Russia a. 1848. 1855 cf. J. v. DÖLLINGER, Ueb. d. Wiederverein. d. Kirchen 1888, 9-10: e Kirche u. Kirchen; K. WERNER, Gesch. d. apol u. polem. Lit. III 378); de maiore unitate separatione ab aliis gentibus obtinenda; vel studia commodi particularis (W. W. SETON in The Hibbert Journ. 17 1918 73). Si ex iis qui rei divinae praesunt, sive sacerdotibus, sive theologis, obstare potest doctrinae theologicae neglectus (Russorum theologiam A. LEBEDEV appellat slaba, bezcvětna Bog. Věst. 1907 I 11 ss.; imprimis ecclesiae non torpentis naturam ignoratam pro omnium maximo impedimento habet AL. PICHLER, D. orient. Kirchenfr. M. 1862 p. 42 3; de ignorantia cleri queritur v. c. A. I. ALMAZOV Sl. l. th. IV 344; certe plerique catholicas litteras ignorant ac protestantibus ducibus uti solent ad cognoscenda catholica; nostris autem aeque exprobratur ignorantia, velut Sl. l. th. V 183); obstare possunt etiam protestantismi vestigia animis eorum impressa qui pro-

testantibus magistris utuntur propter neglectas a nostris nonnullas disciplinae sacrae partes; adde falsa quaedam effata velut Latini rei sunt schismatis, ergo ipsis onus reconciliationis incumbit (AL. BĒLJAEV AAV VII 16). Si penes homines studiis excultos rei discrimen est, religionum incuria (Z. V. ZOSIMOVSKĬJ, Estĭ li u russkix religïia Spb. 1911), modernismus (W W. SETON in HJ 17 1918 74), opiniones praeiudicatae a maioribus traditae (velut de ecclesia catholica in servitutem papae redacta, de importuno papae dominatu ⊢ cf. KIRĒEV Sl. l. th. V 248; AL. BĒLJAEV AAV VII 18 ⊣ cuius rei nos catholici conscii non sumus; tamen verum est olim etiam cardinales ea opinione imbutos fuisse ⊢ CONTARINI, Ep. duae ad Paulum III Col. 1538 p. 62 ⊣; sed cf. RUVILLE, D. Zeichen d. echten Ringes; vel omnem progressum ac libertatem esse sublatam in ecclesia catholica : TARĒEV Sl. l. th. VI 17), prospectus impeditus (constat enim eos qui extra Russiam fuerunt facilius catholicis rebus favere). Denique rudes quominus moveantur impediri possunt institutionis inopia, offensionis facilitate, animo pusillo (cf. W. PALMER, Notes of a Visit 164-6).

Praeterea alia sunt impedimenta quae nascuntur ex populi natura vel ingenio (velut fastidium supremae potestatis ecclesiasticae secundum N. TOURGUENEFF, La Russie et les Russes 1847 III 112; vel superbia quaedam populi propria quam A. PICHLER alterum esse reconciliationis impedimentum tenet, Die or. K. 1862, 43; disceptandi amor quem LUC. HOLSTENIUS pro praecipua causa manentis schismatis habuit ⊢ cf. d'AVRIL, Documents relatifs aux égl. de l'or.[3] 1885, 44 ⊣; vel res incipiendi nulla consuetudo quod malum praesidio administrationis civilis deberi potest qua cuncta suppeditantur) vel e communi genere studiorum (velut studio pietatis suffocato vel iusto minore vel in rebus exterioribus posito, quod studia altiora non fert) vel e rerum condicione (velut apud Russos libertate oppressa : cf. de Vl. Solovjev Sl. l. th I 270; et rebus quae eam consequuntur : cf. A. DUGOUT in R e l'Or VII 166-7; apud nos ex ipso catholicismo nascens pietatis christianae adulteratio; negant enim veram sanctitatem ibi communem esse, ubi iustitiae forensis ratio valeat, merita abundantia statuantur, ex opere operato salus quaeratur : cf. V. BĒLJAEV in Xr. Čt. 1915, 1371 qui cardinalis MANNING sententiam e Hindrances ap. E. SH. PURCELL, Life of C. M. affert; item apud nos particularis quaedam veritatis cognoscendae difficultas « Echte Sittlichkeit im allgemeinen Sinn kann sich nur entwickeln, wo volle Freiwilligkeit herrscht... Der Stolz raubt die Kraft die Schlinge zu zerbrechen » F. MICHELIS in Katholik 1875 N° 13 p 77; cf. J. v. DÖLLINGER, Briefe u. Erklärungen üb. d. vat. Decrete. M. 1890, 87) vel ex odio hereditario (quo iniuriae commissae, res imprudenter gestae, caritas neglecta evaserunt; quo odio quantopere impediatur veritatis cognitio v. e. c. ap. N. P. GILJAROV PLAT., Voprosy vĕry i cerkvi I 10. 12. 20. 36 etc. Sl. l. th. IV 78); alia quae communis hominum natura fert : nimius amor sodalitatis ad quam pertinemus seu egoismus collegii (rivalitas, velut inter ordines religiosos), quo fit ut sua quaeque secta pluris habeat quam Christum ipsum (velut catholici papae auctoritatem, orthodoxi res

antiquitus traditas, preces, imagines, ritus, protestantes propriam veritatis conscientiam: VL. SOLOVIEV, ap. EVG. TRUBECKOJ, Mïrosozercanïe VI. S. Sol. II 30); psychologia turbarum, qua fit ut in errore tenendo homines inter se iuventur: timor offendendi alios etc. (cf. L'Un. chrét. I 210: GUETTÉE); tenacitas opinionum intellegentiae excutiendae impatiens; sui ipsius ignorantia seu superbia experientia nondum satis oppressa quam RUVILLE maximum ducit impedimentum (Sl. l. th. VI 189), erroris agnoscendi summa difficultas (cf. EVG. BOLXOVITINOV ap. E. ŠMURLO in ŽMNP 1887 č. 251 p. 352-3), inveterata consuetudo, praeceptorum auctoritas (Io. DURAEUS, Irenicor. tractatuum prodromus. Amstel. 1662, 359), metus iacturae adminiculorum vitae religiosae (R e l'Or IV 1912, 81) etc.

Aliud genus impedimentorum ad modum quo quaestio proponitur refertur. S. MAC BEE quidem (An Eirenic Itinerary L. 1911, 207) dicit primum unitatem esse appetendam, non veritatem Nothing can come before the principle of unity. Righteousness, holiness, truth itself, are the results of love. They do not produce love Love produces them. Oneness with the Father and the brethren is the condition of the fulfilling of all relations, which is only another word for the fulfilling of all righteousness. Solum perfectae unitatis quaedam vera et praecepta esse condicionem. Ad quam rationem probandam affert Eph 4 (p. 208) Similiter P. SVĚTLOV (in Bog. V. 1904 II 33) urget unitatem amoris debere praecedere unitatem fidei. — Rationis partes in amplectenda vera religione exaggerari queritur A. XOMIAKOV (cf. supra p. 286); tabulata cum aedificio exstruendo confundi monet MAC BEE: ipsam enim ecclesiam unitatis sensibus non patentis esse crustam visibilem, neque exsistere ecclesiam nisi unitatis causa. « In the simplest and the profondest sense, the Church is Christ's normal method of making men at one with God and with each other. » (An Ei. It. 211). Quodsi res ad propositum assequendum adhibita in contrarium vertat eam aut divinitus institutam non esse aut munere iam excidisse. — Adde inenodabilium quaestionum commenta velut cum fingitur de romana ecclesia in unitate restituenda agi non posse, cum schisma necessario sequatur arrogatam sibi a papa in omnes qui ad ecclesiam pertinere velint potestatem (TH. J. HARDY, The Mystical Body, L. 1915, 79), vel cum scepticismo omnis conatus praecluditur (cf. Cerk Věd. 1914 4/IX).

Iam ipsa remedia neglecta maximum impedimentum sunt cum nullae rationes unitatis appetendae proponuntur, opiniones praeiudicatae, falsa praecepta irenice, psychologia non neglecta, non impugnantur, conatus ad id privatim suscepti sibi relinquuntur, non apte disponuntur, non foventur; cum auctoritas, qua animi moveantur, virtutis (cleri, fidelium) splendore, magnanimitate non comparatur; cum caritas iuvans egenos, sive singulos sive coetus, non attingit eos, quorum animi propensi faciendi sunt (« The practical fruits of christianity are, I suppose, of more value than metaphysical articles of doctrine ». SCHAFF in The Princeton Th. Rev. 1906 IV 235; cf. CALVET, L'abbé Gust. Morel 1907, 297; A MALVY in Mess. S. C. 1906,

214 seul moyen d'abréger les délais); cum eorum, quibus deesse dicitur bona voluntas, non mores formantur sed aut confessio mutatur aut malitia litteris expolitur (MAX, Vorles. ü d. or. Kirchenfr. 1907, 240).

Augentur vero impedimenta praesentia iniuriarum commissarum nulla paenitentia; veritate pravis moribus, vitiorum exemplis obscurata; religione ad rem publicam, patriam iuvandam augendamque adhibita (cf. Bessar. IV 1898-9, 156-7), singulos convertendi studio imprudenti quo simplicissimus quisque (pueri, mulieres καὶ κάθε ἄλλην ἁπλῆν Conc. Cp. 1722-4 Mansi 37, 151) decipi videtur a fure non intranti per ostium (cf. R e l'Or II 1911, 335; G. LAFFON in E O 1916 XVIII 130; Velegr. Věst. IV 1914, 78-85; hic p. 287), studiis propriis ratione et aequitate non correctis (velut horrore varietatis; etsi enim magna fuit aequabilitatis utilitas contra protestantes, tamen res summa habenda non est (HAUGHWOUT, A world movement for christian unity 16-7). Omittimus calumnias, detractiones, offensiones (cf. p. 266), neglectam prudentiam etc.

Cf. I. FECHT, Kurtze Nachricht v. d. Religion d. heutigen Griechen 1711, 138-50; PETRIDES, Perì henōseōs Ekkl. in Euagg. kērux 1870 II s. t. II 457-64; OSININ, O soedinenïi cerkvej in Xr. Čt. 1872 I 517 ss.; KIRĒEV, Katolicizm i Rossïia M. 1883; ISTOMIN, Sovremennoe sostoianie vopr. o soed. gr. C. s. r. in Vēra i R. 1885 II 337-46; MICHEL, L'Orient et Rome. Amandop. 1894; am. RAFAIL, Pravoslavnyj razbor encikl. r. p. Liva XIII Kaz. 1895; KIRĚEF, About the Church-Reunion Difficulties in R I Th. 1896, 101-7; F. TOURNEBIZE, L'Egl. gr. orth. et l'Union 1900; Lettre d'un grec orth. pour la paix e. l. chr. : in Rev. cath. des Egl. 1906 III 379-84; I. CALVET in R Cl Fr 1907; PAPAMIKAEL, Ho papismòs k. h. Hel. in E. P 1908 II 86-98; Ho pap. k. h. R. ib. 351-68; IAŠČENKO, Rol̨ Rossïi v sbliž. Vost i Zap. in Pr. Sob. 1912 II 402-30; 511-41; VL. ZABUGIN in R e l'Or IX 225-7.

Iam de *rebus* inter ecclesiam catholicam et orthodoxam *controversis* agendum est. Sequamur JUGIE In concilio Nymphaeae (1234) habito solum duo impedimenta consensus considerabantur Filioque additum et azyma; a. 1274 (Lugd ) accesserunt primatus (iure divino exsistens), divortium, purgatorium, iustorum et damnatorum sors post mortem; sed etiam s XV. primatus agnoscitur, si haeresis abest (SIMEON THESS. M 149, 701 D). Quamquam GRIG. CAMBLAK 35 res controversas enumerat (Sl. l. th. IV 236). Postea accessit controversia de epiclesi. Sed s. XVI polemistae non tractabant nisi 5 controversias : de Spiritu S., de azymis, primatu, purgatorio, sorte sanctorum post mortem (GABR. SEBEROS, Ěklesis) S XVII alii alia addebant; velut G KORESSIOS praeter epiclesin addit lumen thaboricum, divortium Suntomia Lond. 1859; METROFH. KRITOPOULOS addit immac. conceptionem. A. 1722 Latinis exprobratum est quod unctionem infirmorum solum moribundis administrarent, non aliis graviter aegrotis Mansi 37, 127-208. A.

1727 patriarchae orientales praeterea exprobrarunt iis quod plus quam 7 concilia admitterent, lumen thaboricum reicerent et marito post divortium novam uxorem licere ducere docuerunt: Mansi 37, 887-910. Polemistae s. XVIII alii alia addebant vel omittebant, velut PLATON metrop. (P. G. LEVŠIN), Pravosl. učenie' M. 1780, 123 controversiam ad haec 5 capita revocat 1) nimiam papae auctoritatem 2) processionem Sp. S. 3) calicem laicis interdictum 4) purgatorium 5) vim convertendis illatam. A. 1848 ANTHIMO VI. duce Pio IX respondentes (Mansi 40, 378-418) resuscitarunt etiam querelas de baptismo per infusionem administrando, de communione sub una specie danda, de caelibatu clericorum etc. A. 1895 ANTHIMUS VII. patr. Cp. vel potius eius nomine GERM. KARABAGGELĒS (Egkúklios patr. k. sunod. epistolē Kp. 1895 = Lettre enc. patriarcale et syn. Cp. 1895; cf. etiam Ekkl. Alēt 1895 n. 31; Cerk. Vēd. 1895, 1523-34; RITh 1896, 1-13) commemorat etiam immac. conceptionem, indulgentias, infallibilitatem papae. Nonnulli theologi (MAKARĬJ, ANTONĬJ) pro dogmate a catholicis relicto habuerunt telonias (CYR. ALX., hom. 14 M. 77, 1072 s.; cf. JUGIE in EO 1914, 19-20; recentiores, velut ANDROUTSOS. id dogma esse negant). Polemistae russi secundum programma a s. Synodo compositum obiciunt (omisso baptismo per infusionem administrato et beatitudine iustorum ante iudicium universale) etiam libros deuterocanonicos, peccati originalis essentiam, confirmationis characterem, satisfactoriam paenitentiae impositae naturam. Quod programma improbatur a P. IA SVĒTLOV (cf. ZkTh 1911, 508-12); ceterum cf. B. GOEKEN in AIII.CV = Trudy III 39-45. JUGIE consentit cum POBĒDONOSCEV (ap. P. MICHEL, La qu. rel. en Or. 1893, 105) veram differentiam solum esse primatum et infallibilitatem papae. A. PALMIERI (Proleg. II 178) pro praecipuis differentiis habet: 1) notionem dogmatis imperfectam: nihil post conc. VII. definiri posse, 2) falsam opinionem de constitutione ecclesiae (complexum foederatarum ecclesiarum loco monarchiae), 3) primatum iurisdictionis et 4) infallibilitatem episcopi romani negatam.

Antiqui de aliis multis rebus inter se contendebant; quae orthodoxi Latinis exprobrabant v. AAV VIII 19-31; MATT. BLASTAREUS ap. DOSIT., Tŏmos katall. 1692, 441-56 etc.; quae Latini orthodoxis cf. GUIDO CARMELITA, IO. SACRANUS, CONRAD. WIMPINA, Elucidarius error ritus Ruthenici (Crac. 1500), A. CAUCUS (ed. in Bess. 1913, 369-75), etc.; velut orthodoxos negare peccatum simplicis fornicationis esse mortale (cf. Elucidarius f. 6ª err. 31; LASICIUS, De Russor., Moscov. etc. 1582 p. 196; CAUCUS p. 375; quod etiam THOMAS A IESU ap. ZACCARIA, Thes. th. VII p. 1566. 1567 ex ANT. POSSEVINI Moscovia, Col. 1595 p. 43 repetit; cf. ad hoc M. RUDNEV in Xr. Čt. 1901 II 420 ss.). In fontes horum auctorum inquirere vix operae pretium est.

Differentiae plurimae ab orthodoxis explicantur iuridismo occidentali (cf. V. BĒLIAEV in Xr. Čt. 1915), aliae centralismo (cf. de hoc

Dict. Apol.[4] II 318 ss. et infra p. 323) vel studio imperandi romanorum pontificum (cf. Kirchenlexikon[2] IX 1401-2; A. v. Ruville, D. Zeichen d. echten Ringes[1] 1910, 51, Sl. l. th. VI 187; Ottiger, Theol. fund. II 1911, 811-2); quaedam minoris momenti formalismo (a rubricis occidentis abhorrent cf. A. Palmieri Proleg. I 29); nonnumquam autem omnia repetuntur a « schematismo » et « exteriorismo » (EO 1916, 83). Catholici eas repetunt partim a formalismo orientalium (ritus externi et antiquitatis nimia aestimatione; cf. Golubinskij, Ist. r c. I. II. M. 1904, 870-2); partim a contra dicendi more, ab auctoritate protestantismi, ab interpretatione usus non accurata (Sl. l. th. III 373).

Inter Graecos cum Latinis concertarunt Niket. Daou. Paplagon; Sisinnios p Cp.; Mik. Psellos, Leon Akrid., Niket. Stetatos, Mik. Keroularios, Niket. Kartopulax, Sumeon p. Hieros.; s. XII. Io. Pournes, Eustratios m. Nik., Teodor. Sm. Kouropal., Niket. Seides, Io. Zonaras, Teodor. Prodromos, Niket. aep. nicomed., Nikol. Mouzalon p. cp., Basileios Akrid Nikol. ep. Meiones, Andron. Kamateros, Io. mp. Klaudioup., Mikael Agkialos p. cp., Io p. hieros., Demetrios Tornikios, Teod. Balsamon; s. XIII Io. ep. Kutr., Nikol. Otr., Nik. Mesarites, Io. Kamateros p. cp., Maximos p. cp., Germanos p. cp., Arsenios p. cp., Ios. p., Grg. Kuprios p., Georg. Akropolites (ed. 1903), Io. mp. Naupakt., Basil. mp. Korkur., Hieroteos hierom., Iob Iasites, Matt. Aggelos Panaretos, Melet. Homologetes, Georg. Moskampar, Teod. Mouzalon, Georg. Pakumeres, Atanas. p. al., Konstantin. Akropolites Gennad. aep., Boulg., Man. Moskopoulos, Epipanios mon., Hieroteos mon, Teod. II Laskaris, Gregor. Kuprios, Maxim. Planoudes; s. XIV Barlaam, Gregor. Palamas, Teopanes mp. Nikaias, Piloteos Kokkinos p. cp, Neilos Kabasilas, Nikeporos Kallistos Xantopoulos, Nikep. Koumnos, Mattaios Blastares, Nikol. Kabasilas, Mik. Bruennios, Gregor. Stroggulos, Arsenios Stoudites, Antimos aep. Boulg., Io. Saites, Neilos Damulas, Man. II Palaiologos, Sumeon aep. Tessal; s. XV. Ios. Bruennios, Makarios mp. Agk., Mak. Makres, Sazaros mon., Nikol. Skleggias, Niket. Moursiniotes, Io. Kouboukle-sios, Neilos Tarkaneiotes, Ios. Pilagres, Leon mp Preslabas, Atan. Kudonios, Hadrianos aep. Boulg., Mattaios aep. Blg., Basileios mon. Stoud., Kurillos Petrinos mon., Maximos mon., Mattaios mon., Andronikos Doukas Sgouros, Nikolaos ep. Zakunt., Aggelos Gregorios, Nikeporos Pilosopos, Markos Eugenikos, Io. Eugen., Gennadios Skolarios, Georgios Gemistos Pleton, Teod Agallianos, Silbestros Suropoulos, Matt. Kamariotes, Mik Apostoles, Io. Moskos, Georg

Ameroutzes, Makar. Nikomed., Leon nomopulax; s. XVI. Manouel Korintios, G. Laskaris, Pakom. Hrous(i)anos, Alex. Neroulis, Melet. ho Pegas p. a., Max. Margounios, Gabr. Seberos, Zakar. Skordulios, Ierem. II ho Tranos p. cp, Io. Zugomalas, Teodos. Zugom., Natan. Kukas, Max. Peloponnesios, Teopanes Eleabourkos ho Notaras, Georg. Kalubas, Matousalas Makeir; s. XVII. Kurillos Loukaris, Matt. mp. Mureon, Zak. Gerganos, Kristop. Aggelos, Atanas. Patelarios, Georg. Koressios, Metrop. Kritopoulos, Teopanes p. h., Teopilos Korudaleus, Melet. Surigos, Nikol. Kerameus, Nektarios p. h., Aggel. Benizelos, Paisios Ligarides, Georg. Gabrielopoulos, Kallistos Melenikios, Meletios mon., Metodios mon., Ieremias Kakabelas, Bessarion Makres, Elias Meniates, Meletios mp. At., Sebastos Kumenites, Dositeos p. h., Alex. Helladios, Io. Komnenos, Krusantos p. h., Ioannikios et Sopronios Leikoudai, Atanasios p. ant., Anastasios Gordios, Kristop. Emporokometes; s. XVIII. Zosimos Peristianos, Anton. Komoutos, Kosmas p. cp. Teokletos Polueides, Atanas. Skiadas, Bikentios Lamoidos, Kristop. Aitolos, Makarios hdk., Diamantes Hrusios, Eustratios Argentes, Konstantinos hmon., Alex. Tournabites, Epraim p. h., Anton. Moskopoulos, Anastas. (Kampites?), Io. aep. Muron tes Lukias, Gerasimos Kalognomon, Atan. Komnenos Hupelantes, Dadikes, Mikael Papageorgiou, Serapeim Pissideios, Eugenios Boulgaris, Nikeporos Teotokes, Geor. Zabiras, Atanas. Parios, Antimos p. h., Stulianos Blasopoulos; s. XIX Tantalides, Karateodores, Lamprullos, Antimos p. cp., Krusost. Kalapates, Zigabenos (Apánt. eis t. egk. ep. Lèontos Mars. 1894), Blastos (Papismòs k. ortodoxia Alx 1904), Z. Hroses, K. Androutsos, Ser. Pokas etc.

Inter Russos: Leontïj mp. († 1008), Georgïj mp. kiev., Ioann II mp. kiev Nikifor mp. k., Teodosïj igum. k.; s. XVI Arkadïj starec, Vasilïj, svjašč. ostrožskïj, Xristof. Bronskïj, Mel. Smotrickïj (1608. 1610. 1621), Leont. Karpovič; s. XVI Iov Boreckïj, Zax. Kopistenskïj, Andr. Mužilovskïj, Evst. Kiselj, Innok. Gizelj, Io. Goljatovskïj, Lazar Baranovič, Ad. Zernikov (Zoirnikabios), Ioak. Savelov p.; Io. Višenskïj; s. XVIII Teof. Prokopovič, Stef. Pribylovič, Amvr. Juškevič, Manas. Maksimovič, Fil. Kontarevskïj, Iak. Karpinskïj, Met. (Mix.) Smirnov; s. XIX Evg. Bolxovitinov, A. M. Ivancov-Plat., A. A. Lebedev (Razn.), V Mixajlovskïj (O r.-k. c.), A. N. Muravjev (Pravda 1849; Slovo 1853); am Nikanor (1858), Innok. Novogorodov (Bog. oblič. I 1859, 242-483; II 1-431), Polēsskïj (Sovr. vopr. o p. 1861), T. Seredinskïj, L. A. Spičakov (Prav. i r. kat. na zap. okr. R. 1872), S. Suškov, Avd. Vostokov (Ob otn. r. c. k dr.[2] 1864), Al. Xomjakov (de

quo cf. Sl. l. th. I 269 ; II 153 Zavitnevič; A. Palmieri in Riv. stor. cr. 1905 ; N. L. Brodskïj M. 1910 ; N. Berdiaev. M. 1912 AAV VIII 180-4 ; G. N. Sobolev K. 1911 ; V. Z. Zavitnevič K. 1913 ; P. Florenskïj in Bog. V. 1916 ; cf. A. Palmieri, Proleg. I 799), Antonïj Xrapovickïj (cf. A. Palmieri, Nomencl.), Nik. Bēliaev (Xarakteristika r. kat. Kaz. 1878), Istomin (Osn. načala prav. in V. i R. 1884 I s. I p. 11-36) Verxovskïj (Golos pravoslavnago pr.papizma Černov. 1886), Kirēev (Katolicizm i Rossïia M. 1888), Carevskïj (Pravoslavïe kak edin .. religïia in Pr Sobes. 1894 I 319-56), Uspenskïj ([3]1895), Truskovskïj ([2] 1889), Epifanovič (1904), Perov (1914) etc.

Cf. A. Palmieri, Proleg. I, 763-805 ; A. Demetrakopoulos, Ortödoxos Hellàs L. 1872 ; Ph. Meyer, D. theol. Litteratur d. griech. Kirche im XVI. Jhd. L. 1899 ; B Georgiades, Sumbolaì eis tèn historïan toû skïsmatos ; M. V. Čelicov, Polemika... ob oprēsnokax in Xr. Čt. 1879 II 639-48 ; A Popov, Istoriko-liter. obzor drevne-r. polemič. soč. pr. latinian M. 1875 ; A. Pavlov, Kritičeskïe opyty po ist. drevnējšej grekorusskoj polemiki pr. Latinian. Spb. 1878 ; J G Walch, Hist. controversiae Graecor. et Latinor. de process. Sp. S. Jen. 1751 ; J. G. Hermann, Hist. concertationis de pane az. et ferm. in cena D. L. 1737 ; J. R. Kiesling, Hist. concert. Graec. et Lat. de esu carnis, sangu. et m. Erl. 1763 ; K. Werner, Gesch. d. apolog u. polem. Litt. d. christl. Theol. Bd. III 1864 etc.; de rum. (Melchis. Stefansku) cf. Sl. l. th. II 271 ; de arab. C. Charon, Hist. des Patr. Melkites II 272-3.

Ad historiam rerum controversarum pertinent etiam : B. Pictet, Graecorum recentiorum sententiae cum Graecor. vet. placitis brevis collatio. Amst. 1700 ; G. G. Zeltner, Breviarium controversiar. c. eccl. gr. ac proinde etiam ruthena adhuc agitatar. Nrmb. 1736 ; Androutsos, Sumbolikè ex epöp. ortodöxou. 1901 ; Mesoloras, Sumbolikè t. ort. anat. ekklesïas. At. 1901-4 etc.

Aug. Bruson.

## De forma ecclesiae.

Orthodoxorum de ecclesiae forma sententia fere est Omnes episcopi parem potestatem habent, sed propter cn. 34 Apostolorum primus cuiusvis nationis episcopus habendus est princeps et caput, sine cuius auctoriatte nihil sit faciendum. Cf. Bessar. VII 1902, 1-18 ; Coteler., Monum. eccl. graec III 502 (ἕνα συνεκτικὸν τῶν ἁπάντων ἀρχιερέα) ; sed cf. de conc. cp. a. 1872 Dugout in R e l'Or VII 334-5.

Ad hanc sententiam refutandam et primatum romani episcopi efficiendum aut sincere fatendum est antiqua argumenta infirma fuisse, Graecos in iis impugnandis Latinis sapientiores fuisse, argumentum firmum constitui non posse nisi in opinione — nondum universim agnita (cf. R Sc R, VIII 1917, 150-1) — de origine novorum dogma-

tum quae ab antiquis ignorabantur (1), ut vult W. PALMER, Dissertations on subjects relating to the « Orthodox » or « Eastern-Cath. » Comm. L. 1853, 151; aut docendum ecclesiam numquam hoc dogma ignoravisse.

Animadvertunt autem orthodoxi hoc dogma clarius quam alia significari debuisse (aeque ac baptismum), si credendum esset. Cf. MAXIMUS PELOP., Egkeirid. k. t. skism. t. Papistōn 1690 p. 12; BEN. BAADER, D. Verfassung d. christl. Kirche[2] 1871, 42 (ein solches das Wesen und den Bestand der Kirche bedingendes Ereignis). Porro negandum non est argumenta quae fere afferuntur ad primatum efficiendum, non satis accurate exponi. Ut orthodoxos non potest fugere primatum Petri et romanorum episcoporum solum honoris primatum non fuisse, ita patres quotienscumque testantur primatum, testari iurisdictionem immediatam et ordinariam non videntur. Praeterea : il y a une grande différence entre une puissance qui existe de fait et une doctrine qui enseigne qu'elle est établie directement par Dieu même et qu'elle est un fondement nécessaire de l'Église. MAX DE SAXE (Romae l'Or. I) Ath. p. 32-3.

## I

### DE UNITATE ECCLESIAE

Hic non quaeritur quae unitas (communionis) utilis sit ecclesiae, sed quae sit essentialis vel saltem ea, quam Christus in ecclesia ab initio inesse voluit; neque quaeritur de unitate corporis mystici (cf. P. SVĚTLOV in Sl. l. th. I 148), sed societatis visibilis.

De hac re sententiae orthodoxorum variae sunt. Unitatem quae contineatur subiectione sub unam potestatem alii postulant, alii negant, solam illam agnoscentes quam Cyprianus exposuit; alii mediam opinionem amplectuntur; nominemus e. c. MAKARÏJ, Prav.-dogm. bogosl. § 175; E. TRUBECKOJ in AAV VIII 186; BALANOVSKÏJ in Prav. Obozr. 1886 III. Sunt etiam, qui caritatis vinculum sufficere dicunt. Cf. A. PALMIERI in Sl. l. th. III 262. Ceterum etiam inter occidentales variae de hac re opiniones fuere; velut D'AILLY unitatem ecclesiae docuit contineri non coniunctione cum papa, sed cum Christo. (SCHWAB, Gerson p. 222). — Ex unitatis notione etiam notionem schismatis pendere apparet.

Ut aliquas opinionum rationes audiamus: MEL. PIGAS, Dialogos Ortodoxos kristianos Vil. 1596 p. i' tota ecclesia, ut praeterita et futura saecula comprehendit, una est; cuius unitatis caput solus est Christus;

(1) Quo posito catholicus iudicandus non esset qui crederet eam tantum penes romanum episcopum esse potestatem, quam penes eum esse v. c. Athanasius credidit.

particulares ecclesiae capita habent, sed ἀπαξάπασιν ἓν ἀποτελοῦσι σῶμα, ᾧ κεφαλὴ μόνος ὁ Χριστός. — Dicere esse universae ecclesiae caput visibile — sive monarchicum, sive conciliare —, est alterum Christum fingere, i. e. personam vel collegium eiusdem auctoritatis et virtutis, cuius Christus est: N. SERGÏEVSKÏJ in Pr. Ob. 1872 I 17-8: episcopus non potest nisi applicare redemptionem Christi, non est eius vicarius, sed primus minister. — Ecclesia est organicum sodalicium caritatis (Liebesbund), non organismus iuridicus: Jos. H. REINKENS, Üb. Einheit d. kathol. Kirche 1877 p. 31. — Unitate iuridica natura intellegibilis ecclesiae mutatur in sensibilem, vita interior in exteriorem; interior unitas extorqueri non potest: id. ibid. — Verum unitatis principium secundum scripturam est Christus (Io 17,23): id. p. 53; non imperando oboediendoque sed veritate et gratia unitas constituitur (Io 17,21): id. p. 54; in Act nusquam forense unitatis principium indicatur: p. 59. — In prima ecclesia singuli coetus inter se non continebantur vinculo iuris, sed « pax » servabatur: Id. p. 98. — Sed inde a controversiis montanistarum non solum unitas idealis ecclesiarum, sed societas apparet: A. v. HARNACK, D. Mission u. Ausbreitung I 1915 p. 454. — Christus organicam unitatem condere voluit, non informem unitatem quae ecclesiasticam et doctrinalem indifferentiam et confusionem ferret: MARC BOEGNER, The Unity of the Church 1914 p. 15.

De *Cypriani* sententia multi scripserunt; velut arxim. PORFIRÏJ, Sv. Kiprïan kak pobornik edinstva cerkvi in Xr. Čt. 1858 I p. 28-70; USPENSKÏJ, Učenïe sv. Kiprïana o cerkvi in Čt. v obšč. lŭb. d. p. 1884 I 66-181; BALANOVSKÏJ, Vzglŭad sv. Kiprïana na cerkovĭ i episkopskuŭu vlastĭ... in Pr. Ob. 1886 III 596-614; MOLČANOV, Sv. Kiprïan i ego učenïe o cerkvi. Kaz. 1888; FRANZELIN, Theses de eccl. Christi 1887 p. 154-161; F. W. PULLER, The primitive saints[3] 1900, 44-95; J. TURMEL, St. Cyprien et la papauté in Rev. cath. des Egl. 1905 II 577-98; Y. DE LA BRIÈRE, St. C. et la p. in Etudes 1908, 339-56; BATIFFOL, L'Eglise naissante 1909, 480; J. CHAPMAN, Prof. Hugo Koch on St. Cyprian in R. Bén. 1910, 447-64; A. D'ALÈS, S. Cyprien et la prim. Rom. in Etudes 1911 (128) p. 661-73; id., Question baptismale p. 40-1; E. DENNY, Papalism. 1912 p. 260-84; 433-8; B. SPÁČIL in ZkTh 1912, 347-9; 1913, 604-18 (de Koch, Seitz, Ernst, d'Alès, Adam, Kneller, Straub, Achelis); VLAD. TROICKÏJ, Očerki iz istorïi dogmata o cerkvi. S Pos. 1912 p. 397 ss.; G. B. ROBERTS, The Papal Question. L. 1914, 25-67; C. A. KNELLER, Sacramentum unitatis, in ZkTh 1916, 676-703. Cf. AAV VII 207, etc. — De *Clementis Alx.* sententia caelestis hierarchiae imitationem describentis (Strom. 6 p. 793 P.) cf. J. REINKENS, Üb. Einh. p. 104 (1). — Praeterea de unitate ecclesiae cf. Io. M.

(1) Similis est sententia *Isid. Hisp.* a. 631 et *Beati* a. 789: [JANUS], D. Papst u. d. Conc. 1869, 96.

RHODES, The Visible Unity of the C. Ch. 1870; FR. SEGNA, De ecclesiae Christi constitut. ac regimine R. 1900, 137-147; PULLER l. c. 215-26; E. AKVILONOV, Novozavĕtnoe učenie o cerkvi. Spb. 1904; J. CHAPMAN, Bishop Gore and the Catholic Claims 1905, 20-5; OTTIGER, Theol. fund. II p. 423-9; A. STRAUB, De eccl. Christi 1912 II; MACAIRE, La Constitution Divine de l'Egl. Gen. 1913; Io. MUNCUNILL, Tract. de eccl. Chr. Barcin. 1914 etc.

## II

## DE LIBERTATE ECCLESIAE

Saepe neglegitur differentia magna inter notionem libertatis ecclesiae quam theologi nostri habent et usum antiquorum antistitum ac doctrinam orthodoxorum plurimorum, qui nolunt ecclesiam esse organismum a republica liberum aeque superiorem putantque ecclesiam in partes regnis respondentes dividi posse. Silentium patrum (1) quod spectato iure ab imperatoribus usurpato (cf. A. P. LEBEDEV, Sobr. cerk.-istor. soč. IV, Očerki² 1902 p. 57-84) mirum videtur, si cum recentioribus theologis catholicis in hac re consentiebant, hi imprimis a prudentia repetere solent (cf. KNELLER in ZkTh 1906, 415), orthodoxi simul cum quibusdam factis (agnita a conc. ephes. suspensione iudicii de Nestorio facti; iure ab imperatoribus usurpato decernendi quis ad ecclesiam pertineret: ATHAN., Apol. c. Ar. c. 59; iure praesidendi conciliis in controversiam non vocato: H. GELZER in H.Z. 86, 1901, 198, sed cf. J. FORGET in Dict. de théol. III 645-51; KNELLER in ZkTh 1908, 75-99 contre Funk; ZAPRUDSKĬJ in Sl. l. th. III 306; cura simili diu iis reservata: OPTAT. Milev. III 3, cf. SEPPELT, D. Papsttum u. Byz. p. 19) pro argumento habent eos non improbasse potestatis civilis interventum, nisi legibus, i. e. canonibus (ATHAN., Hist. Arian. 33.34) contraria statuerentur (cf. GREG. NAZ., Ep. 130 M. 37,225), quibus ipsi imperatores tenerentur. Sunt tamen inter orthodoxos quoque qui libertatem ecclesiae defendunt, velut I. S. BER-

(1) Excipiendi sunt — secundum H. GELZER in HZ 86 (1901) 193-252: ii, in quos ab imperatoribus animadversum erat: Hosius (ATH., Hist. Ar. 44); Athanas.; Maximus (MANSI 11, 6; quem primum dicit conciliorum auctoritatem non a voluntate imperatoris sed a fide populi repetiisse MANSI, 11,49.50; cf. F. X. SEPPELT, D. Papsttum u. Byz. in KGAbh. 1904 p. 28); Mac. patr. Ant. (MANSI 11, 360); Theod. Stud ; Nicol. Mysticus; [Greg. II.] ap. MANSI XII, 959 ss. Cf. ATHAN. M. 25, 225.731 735.739.746.755.785; LUCIFER CALAR. M. 13,826; AMBR. M. 16, 996 ss.; 1018; NILUS abb., M. 79, 334; MAXIMUS M. M. 90, 147; Io. DAM. M. 94, 1295. — De iure imperatoris in Iulium (non in omnem episcopum romanum) translato a concilio sardicensi cf. E. RAUSCH, Kirche u. Kirchen im Lichte griech. Forschung. L. 1903 p. 60.

DNIKOV, Osnovnyja načala cerk. prava pravosl. cerkvi Kaz. 1902; N. A. ZAOZERSKIJ, Cerkovi i gosudarstvo S Pos. 1911; D. V. FILOSOFOV, Slova i žiznį 1909, 173-4 etc. contra Suvorov, Laškarev, Gidulianov etc. ŞESAN v. c., Kirche u. Staat im röm.-byzantin. Reiche seit Konst. d. Gr. u. bis z. F. Kp. I 1911, premit Nov. 6 Justiniani: ecclesiam et imperatorem esse sui iuris; respondent adversarii nihil aliud dici nisi ecclesiasticam et civilem administrationem inter se obnoxias non esse, quibus duabus praesit imperator. Sed V. V. BOLOTOV v. c., Lekcii po ist. drevnej cerkvi. Vyp. III, I. Cerkovi i gosudarstvo 1913 p. 137-8 (Xr. Čt. 1912 fevr.) ecclesiae ipsi esse tribuendum censet quod societate cum imperio inita huic obnoxia facta male se habuerit (propter creatos vel deiectos episcopos: p. 183. 185). Similiter A. Xomiakov libertatem in Russia restrictam ab ecclesiae praesidium reipublicae intuentis iusto minore erga Deum fiducia repetit ap. W. J. BIRKBECK, Russia and the Engl. Ch. I, 126-9.

De reipublicae et ecclesiae ratione variae sunt opiniones: 1. coniunguntur: a) (opinio territorialis): religio non est res privata sed res rei publicae (Hobbes), vel saltem in maximis rebus ecclesia huic subicitur; b) (opinio theocratica vel hierocratica): res publica debet saltem praecepta ecclesiae sequi. — 2. coordinantur: ut pari iure praedita ecclesia cum re publica pacta init. — 3. separantur: a) ecclesia libera in statu libero servatur (forma americana et forma iuris consultorum saec. XIX; cf. D S. MEREŽKOVSKIJ, Ne mir no meč. Spb. 1908, 46-7; b) ecclesiae iura circumscribuntur legibus; c) forma gallica a. 1907 (Lacordaire, Montalembert). Cf. T. V. BARSOV in Str. 1872 I: Sl. l. th. I 78; J. G. PITZIPIOS, Le Romanisme 1860 p. 304-13.

Notionem libertatis ecclesiae necessario aliam esse apparet, si 1. ecclesiae forma democratica tribuitur, aliam si monarchica. Velut A. XOMIAKOV in Pr. Ob. 1875 I 21; cf. W. J. BIRKBECK, Russia a. t. E. Ch. I 1895, 124) monet libertatem ecclesiae non esse libertatem papae vel hierarchiae: ecclesiam solum sero hierarchiam haberi coeptam esse ob causas exteriores (cf. J. LANGEN, D. vatican. Dogma III 87). Hoc modo intellegitur, qua ratione imperatori ut laicorum personam gerenti summa in ecclesia auctoritas tribui possit (De ecclesiastica vi throni cf. F. KATTENBUSCH. Lehrb. d. vgl. Confessionsk. I 1892, 130) — Item 2. variam pro vario ecclesiae instituto seu proposito. Ea ratione A. XOMIAKOV (ap. BIRKBECK, Russia I 128-9) libertatem ecclesiae ponit in libertate errores fidei reiciendi; qua libertate ait papas caruisse (cf. de Filioque: E. S. FFOULKES, An Histor. Account L. 1867); in orthodoxa autem ecclesia hanc libertatem tutam esse affirmat T. G. TERNER in Pr. Ob. 1884 II 230-1.

Praeterea distinguenda est optima quae desiderari possit ratio ab ea quae cum rerum veritate magis convenit et ea quam ecclesia vel status absolute poscere debent. Ad quam eruendam duplex via initur:

vel a rei publicae notione proficiscentes de natura ecclesiae decernunt vel ab ecclesia ut a re magis nota proficiscentes opinionem de republica effingunt.

Etiam a rei publicae notione proficiscentibus haec fatenda sunt : Ecclesiam non esse habendam summam hominum quibus constet, sed personam propriam vitam, singulorum vita superiorem viventem. Cf. J. N. Figgis, Churches in the modern state. L. 1913, 41. — Ut munere suo efficaciter fungatur, ecclesiam a re publica certa quadam auctoritate donandam esse. Cf. J. Delvolvé, Rationalisme et Tradition[2] P. 1911, 35. — Porro christianis dubium non est quin rei publicae agnoscendum sit ecclesiam se esse superiorem, saltem si ecclesia concipitur ut « die höchste und allumfassende, aber nicht politische sondern rein moralische, nicht zwangsweise sondern nur durch die freie Überzeugung auf der Grundlage des Gewissens sich realisierende Ordnung der Menschheit » F. Michelis in Theol. Ltbl. 1877, 252. — Iam naturalem inter ecclesiam et statum rationem Ben. Baader, Gesammelte Schriften zur Religionsphilos. X 1855, 242 orthodoxos secutus putat ecclesiam democraticam finibus regni circumscribendam eine Commune, welche sich nicht in ein sichtbares Oberhaupt punktualisiert, kann sich gegen das sichtbare Oberhaupt als Regenten nicht erheben, — eben darum ist ihre eigene Tötung als Enthauptung unmöglich. Ist aber auf solche Weise der Staat der Kirche gegenüber vor einem status intra statum gesichert, so liegt es in seiner Pflicht und seinem Interesse jener volle Freiheit in ihrem Wirkungskreise zu gewähren und zu sichern, weil es der Zweck der Kirche ist, die Nation von der inneren Verknechtung durch die antisocialen Leidenschaften sowie durch Unwissenheit und Irrtümer zu befreien. Ecclesiam vexare in statu orthodoxo est vexare se ipsum A. Kirēev in L'Un. chr XIX, 1878, 390. — De ultra-montanismo rei publicae inimico cf. J. Pitzipios, Le Romanisme p. 304 ss. (intrigue, trahison, intelligence avec l'étranger) ; J. N. Figgis, Churches 1913, 135-71.

Sin ab ecclesia proficiscimur, sunt quibus videatur ecclesiae aliud ius nullum in terris esse nisi ut toleretur vel ut singuli christiani ut cives defendantur; si addatur iurisdictio civilis, id ultro concedi. Christianam naturam non esse seditiosam, sed in resistendo patientem; libertatem christianam esse patientiam, concessionem, martyrium : ohne die Nachstellung der Heiden hätte sich die Kirche nach dem Vorbilde der heidnischen Staatskirche gebildet und in eine noch tiefere Sklaverei gestürzt als es von Konstantin angefangen unter den byzantinischen Kaisern wirklich geschah. F. Michelis in Katholik 1875 N° 13 p. 77 ; cf. 1874, Beil. zu N° 4 p. 25 ; I. Wassilieff in L'Un. chr. III p. 91. Ut plene liberi simus nihil aliud necessarium est nisi nos ipsos esse fideles : A. Xomiakov in Pr. Ob. 1875 I 21-2.

Etiam emolumento est ecclesiam esse rei publicae subiectam dominandi cupido et auri fames tolluntur B. BAADER, Ges. Schr. X 241. Ex altera parte libertas absoluta obtineri non potest; ratio habenda est modo huius modo illius rerum potentis, nisi omnis potestas ab ecclesiae capite absorbetur; quo facto libertas non esset plena plebis quae nulla est cogitatione, quae sescentis rebus iustissimis offenditur ratio habenda esset aut, si aliam rationem sequi vis (Mt 10, 34; 5, 37), pax omittenda esset. A vitiis vero nec Roma nec Byzantium quemquam defendit A. XOMIAKOV in Pr. Ob. 1875 I 22. Porro huic scriptori videtur praestare ecclesiae partem statui, nationi subiectam esse quam per papas alicui regi obnoxios omnem ecclesiam eius potestatis fieri (ap. W. J. BIRKBECK, Russia I 159). Sed saltem hoc est concedendum proficiscentibus ab ecclesiae notione ecclesiam esse servam, si eius magistratus prohibeantur ea facere quae facienda iis videantur, si ab iis qui rei publicae praesunt creentur. Cf. W PALMER ap. BIRKBECK, Russia I 150-1. Servam autem progressum socialem dirigere non posse. Cf. DUGOUT in Re l'Or VII 164.

E scriptura orthodoxi afferunt Lc 2, 4; Mt 17, 24; 1 Pet 2, 13-5; Rom 13, 1-4 (cf. Io. CHRYSOST. In Rom Hom. 23, 1 M. 60, 615 : etsi apostolus sit). Cf. CHRYSANTHUS HIEROS. in conc. cp. 1722 (Mansi 37, 147-9).

De libertate ecclesiae scripsere : AL. Ṫ. GUSEV, Vzaimnoe otnošenïe meždu cerkovịu i gosudarstvom in Pr. Ob. 1877; Ṫ. A. KURGANOV, Otnošenïịa meždu c. i graźd. vlastïịu v vizant. imperïi. Kaz. 1880; IA. KRAUKLIS, Otnošenïe meždu cerkovịu i gosudarstvom po vozzrēnïịu protestantov in Pr. Ob. 1883 II 116-66; LASPLASAS, La Iglesia y los estados. San Salv. 1897; İ. I. SOKOLOV in X̧r. Čt. 1903 t. CCXVI, 733-75; ERN. TIMPE, D. kirchenpolitischen Ansichten u. Bestreb. d. Kardinals Bellarmin 1905 (KGAbh. III); A. L. BAJKOV 1904 in Sl. l. th. II 182. 183; L. LABERTHONNIÈRE in Ann. Ph. Chr. 153, 1907, 449-86; B. SEIDEL, D. Lehre d. h. Aug. vom Staate 1909 p. 44-52 (KG Abh. IX); A. ORLOV, Cerkovị i gosudarstvo. Spb. 1910; J. MAUSBACH, D. Kath. Moral u. i. Gegner 1911; OTTIGER, Theol. fund. II 1911 p. 256-61; STRAUB, De eccl. Chr. 1912 II p. 484-537; S. POLÏEVKTOV, Cezaropap. i prav. cerkovị. M. 1912; HAM. ALIVISATOS, D. kirchl. Gesetzgebung d. Kais. Justin. I. 1913 (N St G Th K XVII) II p. 113-21 etc. (v. ap. A. DE ROSKOVANY, Monum. catholica pro independ. potest. eccl. ab imp. civ. t. I-XII — Orthodoxorum de potestate imperiali et patriarchali controversias tractat N. Ṫ. KAPTEREV, Prenïịa na soborē 1667 g. meždu russk. i grečesk. ïerarx̂ami in Bog. V. 1910, 2, 384-414; 3, 1-17. — De libertate ecclesiae russicae cf. ET. DE CHÉVIREFF ap. B. BAADER, Ges. Schr. X 204-18; W. PALMER, Notes of a Visit... L. 1882 p. 220-1; J. WASSILIEFF in L'Un. chr. II 1860 236-48; 249-62; AUG. GALITZIN, L'Egl. russe est-elle libre ? P

1861; C. Tondini, Le pape 1876, 35. 81-91; Maltzew, Antw. a. d. Schrift d.. Röhm 1896, 23; D. Bogdaševskïj 1904 in Sl. l. th I 88; Chr. Rommelaere in EO IX 1906, 233 (metr. Nikodim); Ehrhard, D. orthod. Staatskirche in Südd. Monatsh. 1915 etc. — De ecclesiis tolerandis scripserunt K. Aksakov, I. Aksakov, Bakunin, Bēlinskïj, V. T. Kiparisov. I. N. Korsunskïj, T. A. Nalimov (Xr. Čt. 215, 1903), Novikov, Radiščev, M. Speranskïj etc.; J. v. Döllinger, Akad. Vortr. III 1891, 274-300 etc.; synodi russ sententiam v.EO XI 178-87.

## III

## DE ORIGINE FORMAE ECCLESIAE

Quaeritur utrum Christus formam numquam mutandam (etsi complendam in minutioribus) ecclesiae condiderit an eam paulatim constituendam temporibus commiserit. Svētlov v. c. non aliunde primatum romanum impugnat nisi quod ortus sit progressu rerum naturali; T. Terner statuere videtur ecclesiam primam nullam formam habuisse eamque quae paulatim orta sit, incertam fuisse (Pr. Ob. 1884 II 205-19).

Hac de re rationalistae alii aliter sentiunt; alii formam ecclesiae ab Essaeis seu Nazoraeis, vel etiam a prophetis antiquis i. e. a traditione repetunt (Chr. Bugge in ZNW 1913 XIV 151. 155. 161), alii ob parusiae exspectationem nullam formam a Christo ecclesiae datam esse contendunt sed eam posterius ortam esse (F. Goblet, L'évol. du dogme cath. 1912, 71-6).

Certe in rebus, quae ad lites componendas necessariae erant, ecclesia libere imitata est formam determinatam consiliorum romanorum (cf. P. Batiffol in BALAChr. 1913, 17-8), item magistratus novos instituit; sed etiam episcoporum munus ortum esse serius dicunt (velut W. J. Sparrow Simpson, The Catholic Conception of the Church L. 1914, 155, Turnerum secutus); et nonnulli orthodoxi saltem episcopatum monarchicum, qualis saltem in ecclesia latina exstet, in ecclesia prima fuisse negant, velut T. I. Miščenko in AAV VII 242; formam tamen posteriorem cum ecclesia Christi componi posse et Latinos in eo solum errare dicunt quod suam formam ab ipso Christo repetant et pro immutabili habeant; quem errorem haeresim non esse, cum ad usum referatur (P. Ia. Svētlov in ZkTh 1911, 512).

Conciliarem vel democraticam vel theocraticam (Tert., Pud. 21) fuisse primitus ecclesiae iudicantis vel leges dantis auctoritatem, maxime e Doctr. XII ap. (cf. St. v. Dunin-Borkowski in ZkTh 1903, 74-80) efficere conantur; etiam Clementis epistulam nomine cleri scriptam, silentium Hermae etc. afferunt; Romae presbyteris episko-

pěn pauperum commissam esse. E locis biblicis cf. Mt 18, 18-20 (T. ZAHN[2] 1905, 573-5 universa potestas ecclesiae de singulis vi precum nititur), quem locum VL. SOLOVJEV examinat in Ist. i bud. teokr. 1887, 387 s.; praeterea presbyterorum et episcoporum nomen promiscue usurpatum. Episcopatum monarchicum ortum esse in parvis ecclesiis, ubi duobus diaconis et uni episcopo postea presbyteri additi sint qui consulerentur; ceterum illud εἷς κοίρανος ἔστω nonnihil eo pertinuisse (H. Lietzmann in Zw Th 1913 XX 148-9.) — Cf. arg. e Paulo contra formam democr. ap. W J. SP. SIMPSON, The catholic conception of the church 1914, 37; e CLEMENTE p. 91; ex IGNATIO 103.

Catholica argumenta de origine formae (BATIFFOL. L'Eglise naiss. et le cath.[3] 1909, 65-8 etc.) tanguntur ab orthodoxis de regno Christi scribentibus (M. TIMOTĚEV in Žurnaly zasěd Sov. Spb. Dux. Ak. za 1891-2 uč. g. Spb. 1897, 244-74; P. SVĚTLOV in Bog. V 1903 I; AKVILONOV, Novozav. uč. o cerkvi 1904, 49; V. GOMEROV, Raskrytie 1906; TARĚEV, Osnovy II 334 = Sl. l. th. VI 17; I. BORKOV, Cerk. i Carst. Bož. Kaz. 1910 etc.). Quae res praeter plurimas monographias (C. A. KEIL, F. FLECK, F. CRUSIUS etc.) saepissime tractatur (e. c. cf. W BALDENSBERGER, D. Selbstbew. Jesu 1888, 107; G. DALMAN, D. Worte Jesu I 1898, 76-119; J. WAWDREY, The meaning of the doctr. of the comm. of Saints 1905; al. Sl. l. th. II 158 etc.)

Cf. de origine formae: E. ROTHE, Wo ist die eine. h., kath. u. ap. Kirche? 1872 13 ss,; E. HATCH, The Organizat. of the Early Chr. Churches 1881; LIGHTFOOT, Apostolic Fathers I 1, 1890, 201-345; L. SOBKOWSKI, Episcopat u. Presbyterat in d. erst. Jhdtn 1893; FR. SEGNA, De eccl. Christi constit. ac regimine. R. 1900, 188-361; BORKOWSKI, D. neuen Forschungen ü. d. Anfänge d. Episcopats 1900; A. MICHIELS, L'origine de l'ep. L. 1900; GIO SEMERIA, Dogma, Gerarch. e Culto nella Ch. primit. 1902; T. M. LINDSAY, The Ch. a. the Ministry in the Ear Centuries. 1903; BRUDERS, D. Verfassg d. Kirche 1904; DURELL, The historic Church. 1906; HARNACK in RE[3] XX 1908, 508-46 et Entst. u. Entwick. d. Kirchenverf. 1910; BATIFFOL, L'Egl. nais.[3] 1909, 172-93; V MYSCYN, Ustrojstvo xrist. Cerkvi v perv. dva v. S. Pos. 1909; BIGG, The Origins of Christianity 1909; SOHM, Wesen u. Urspr d. Katholizismus 1909; quem sequitur LOWRIE, The Organizat. of the prim. Ch.; A. M. FAIRBAIRN, Studies in Rel. a. Theol. The Ch. in Idea a. Hist. 1910; OTTIGER, Theol. fund. II 1911, 295-308; 815-7; N. A. ZAOZERSKĬJ, Ierarxič. princip cerk. organiz. in Bog. V. 1911 I 63-6; VL. TROICKĬJ, Očerki iz ist. dogmata o cerkvi. SPos. 1912, 188-216; A. E. J. RAWLINSON, W. TEMPLE in (STREETER etc.) Foundations 1912; A. C. HEADLAM, Apost. Succession in The Prayer B. Dict. 1912; A. STRAUB, De eccl. Chr. 1912 II 802-22; F. PRAT in DThC V 1913 s. v. Evêques (cum bibliogr.); G. EDMUNDSON, The Church in Rome in the first cent. 1913; J. ORR.

The hist. a. lit. of the ear. Ch. 1913; id. The Ch. a. the Div. Order; F. J A. HORT, The Christian Ecclesia 1914 etc. Cf. Sl. l. th. II 88; III 8 122; IV 88. 101. 225. 349 etc.

## IV

## NUM CHRISTUS ECCLESIAE FORMAM DEDERIT A CATHOLICIS THEOLOGIS POSTULATAM

a) *Num laici partes in ecclesia regenda habere debeant.*

Nonnullorum enim theologorum orthodoxorum sententia maxima inter utramque ecclesiam differentia in eo consistit, quod in ecclesia orientis christiani omnes inter se organice coniuncti sunt, laici non sunt separati a clericis (cf. A. PALMIERI, Th. orth., Proleg. II 160). Quae sententia vetus esse non videtur; quippe EL. VEIEL Graecorum errorem dicit monopolium episcoporum in electione ministrorum ecclesiae (Exerc. hist.-th. de eccl. graecanica hod. 1666).

Imprimis urgetur episcopos a populo creatos esse: Act 1,15; saltem consensum ecclesiae ad id necessarium fuisse: CLEM. ROM. c. 15 (Funk 32); ORIG. in Levit 8, 4; CYPR., Ep. 67 c. 3; cf. 59 c. 5 etc. Cf. THOMASS., Vet. et n. eccl. disc. c. benef. II l. 2; FUNK, Abh. u. Unters. I 1897, 23 ss.; V V. BOLOTOV, Lekcii po ist. dr. c. (Xr. Čt. 1912 I) p. 174-8. At praesentiam populi in creando episcopo aliter explicari posse testis est ORIG., In Lev 8, 4 h. 6 n 3 M. 12, 469. E laicorum iure creandi episcopos colligi solet ius eos honore privandi; itaque formam ecclesiae, si a Christo definita sit, democraticam esse. Praeterea negant quicquam olim sine consilio plebis geri potuisse (CYPR. Ep. 5): N. P. AKSAKOV, Duša ne ugašajte! PG 1895, 41; plebem inertis materiae instar non fuisse (p. 42); etsi non parem auctoritatem haberet atque episcopus, eam tamen plus quam suadendi facultatem habuisse: N. POPOV Sl. l. th. III 241; etiam in docendo maximas partes laicos habuisse: AKS. p. 97 ss. Neque aliter expediri posse, cur decreta imperialia quibus res ecclesiae disponebantur (cf. supra II) ab hac agnita sint. Notionem laicorum et cleri a Christi institutione repeti posse negatur. Num episcopi soli clerus sunt? An ostiarios Christus instituit?: AKS. p. 21. Ablato a plebe omni suffragio mala plurima in ecclesia orta esse; cf. CH. A. BRIGGS, Church Unity 1910, 213.

Cf. de hac quaestione: Io M. CARYOPHILUS Elegkos... Zakar. t. Gerg. R. 1631 p. 512-6; M. GERBERT, De legit. ecclesiast. pot. c. sacra et prof. 1761 l. 3 c. 9: de iure plebis in regim. eccl. p. 579-608; DAV. BLONDEL, De iure pl. in reg. ecclesiast. dissert. ap. H. GROT., De imperio summar. potest. c. sacra 1780 II 109-47; Io. FR. CONFORTII Exercitat. criticae ib. p. 333-60; V KOVALEVSKIJ, Imėjut li kanoničeskija ili obščepravovyja osnovanija pritjaz. mirjan na upr. cerk. imušč.?

V. i R. 1887 I et II; H. HAYMAN, The position of the laity in the church JThSt V 1903-4, 499-516; ep. ANTON. vol. III Sl.l.th. II 276; I. ANDREEV ib. IV 31; N. DOBRONRAVOV III 49; P. GIDULIANOV III 11.14; A. P. LEBEDEV, Sobr. X Duxov. 1905, 105-34; Sl. l. th. III 55; IV 106; T. MIŠČENKO ib. III 328-30; I. I. Sokolov IV 31; S. V. TROICKÏJ III, 57; alii III 44; OTTIGER, Th. fund. II. 245-56; L. CHAINE, Menus Propos d'un cathol. libéral; W. J. SP. SIMPSON, The Place of the Laity in the Church. 1918; G. GOYAU, Le rôle des laïques d. l'Egl. in R des Jeunes XIII 1916, 577-90.

Ad hanc quaestionem altera accedit: si laici partes in ecclesia regenda habent, num imperator vel ii qui rei publicae praesunt laicorum imperii sui nomine (« als Repräsentant aller Laien des Staates » GIDULIANOV in Byz Z 21, 1912, 538), iurisdictionem in ecclesia exercere, episcopos creare etc. possint. Vel num imperator saltem ob alias rationes (διότι ἀπ' ἀρχῆς οἱ βασιλεῖς ἐστήριξαν καὶ ἐβεβαίωσαν τὴν εὐσέβειαν εἰς πᾶσαν τὴν οἰκουμένην, καὶ τὰς οἰκουμενικὰς συνόδους συνήγαγον etc. Antonios p. cp. ad Basil. I pr. a. 1393 ap. Mikl. et Müller II 190 = Pavlov, Pamiatniki 271) multum valeat in ecclesia.

**b**) *Num Christus ecclesiae dederit potestatem legislativam.*

Variae opiniones apud primatus romani adversarios inveniuntur. 1. Nonnulli videntur omnem potestatem legislativam negare. PLATON quidem metrop. {P. G. LEVŠIN}, Pravosl. uč.[2] M. 1780, 127 dicit ecclesiae rectores pastores esse patresque non dominos; nullum esse locum mandatis sed institutioni atque consiliis (uvěščanïia); similiter iam Io. WESSEL (GANSFORTIUS) docuerat canones esse « directiones et sapientum consilia » (Farrago rer. theol. uberr. B. 1522, 67[a]), nil posse mandari praeter mandatum divinum (64[a]). Idem P. FLORENSKÏJ, Stolp i utv. istiny 1914, 425 videtur sentire cum dicit canones esse regulativnye simvoly cerkovnago obščestva, non leges, nisi quod e rationibus additis colligas eum sumere etiam divina mandata spectare non ut impleantur, sed ut quid facere debeamus significetur. Ratio huius opinionis esse potest quod Paulus non sumpsit sibi mandare praeterquam quod a Domino mandatum esset, sed consilium tantum dare.

2 Alii legislativam ecclesiae potestatem negant esse divinae originis. Cf. EM. LINGENS, D. inn. Schönh. d. Christentums. Erg. 64, 1895, 137: Die Gesetze erlässt die kirchliche Obergewalt in ihrem eigenen Namen und kann sie darum auch nach Gutfinden wieder abschaffen und verändern.

3. Aliis videtur episcopatus universus leges dare posse eas quae ad strictam mandatorum divinorum observationem ita spectent, ut Deus solus ecclesiam gubernet: WL. GUETTÉE in L'Un. Chr. 1880, 345.

Cf. B. BUCHER, Potestas legislativa ecclesiae 1737; ANS. MOLITOR, De potestate ecclesiae legisl., c. et decl. 1767 etc.

**c**) *Num Christus ecclesiam universam ita fecerit immediatum subiectum omnis potestatis ei collatae, ut nulla sit auctoritas in ecclesia nisi ab ea concessa, seu num eam democraticc gubernari voluerit.*

A. XOMIAKOV (secutus catholicos ALPH. TOSTATUM, CHARLIER-GERSON, IO. MAIOR., EDM. RICHER, ELLIES-DUPIN, FEBRON., TAMBURINI), N. P. AKSAKOV aliique episcopos habuerunt pro delegatis ecclesiae ad regendam ecclesiam. Cf. T. I. SMIRNOV in Pr. Ob. 1884 I 537-82; Sl. l. th. III 242; Birkbeck and the Russ. Church 1917, 198.263; cf. etiam resp. patr. orient. ad encycl. Pii IX. Sed alii contra sentiunt: ep. MIXAIL in AAV VIII 210, XX etc. Dicunt illi esse protestantismi praeceptum potestatem ab ipso Deo accipi et catholicos, cum papam superiorem esse ecclesia statuant, in papa constituendo protestantes sequi. Neque enim ab ecclesia accipi posse potestatem ecclesia superiorem (cf. W. J. BIRKBECK, Epistle of the Russ. H. Synod to the patr. of Cp. Oxf. 1904, 7; Brief an Döllinger v. e. Laien d. r. orth. K. aus Moskau, 35).

Praecipua argumenta sunt 1. Canon de episcopis ordinandis nec enim alia est ratio, cur 3 aut 2 episcopi ad consecrandum novum episcopum opus sint (ita ut, si ab uno ordinetur, res frustra sit velut in bĕlokrinickaia seu austriaca hierarchia veteroritualistarum); plures uno esse debent, ut ecclesiae personam gerant, a qua traditur potestas. — 2) Mt 18, 18.

Contra hoc ex natura rei argumentatur EM. LINGENS l. c. 145.147 hoc modo: Opus est in ecclesia summa aliqua auctoritate; atqui haec non potest esse in concilio Christus enim nec providit ut omnes episcopi semper consentirent neque constituit quomodo dissensione orta lex dari possit qua omnes tenerentur; nec, si voluisset normam eiusmodi constituere, ullam generalem invenire potuisset. Responsuri alii negabunt maiorem, alii negabunt unitati divino modo consuli debuisse, non norma absoluta opus fuisse sed humana quae sua sponte nasceretur velut in re publica; neque unitatem re tolli potuisse, si divinitus ei esset provisum.

Cf. BEN. STATTLER, Demonstratio cathol. de eccl. catholicae sub rat. societ. legalis inaequalis a I. Chr. institutae gen. syst. sec. iur. nat. princ. acc. meth. expl. Pappenh. 1775; V. P. VERXOVSKÏJ, Suščnosti i xarakter cerk. vlasti. SPos 1916; P. V GIDULIANOV, Suščnosti i priroda cerkovn. vlastvovaniia 1916.

**d**) *Num Petrus primatum habuerit.*

Aliquem primatum orthodoxi (et etiam veteres catholici) fere concedunt eumque non solius honoris, sed cuiusdam auctoritatis, directionis; cf. MURETOV in Bog. V. 1906 I 42. 43. 51. 55. 56; pauci tamen locis quos catholici afferunt saltem hunc Petri primatum significari fatentur (cf. F. MICHELIS, Kath. Dogm. p. 468), nisi quod dicunt Petrum repraesentare unitatem ecclesiae (non personam Christi): Birkbeck a. the Russ. Church 1917, 199.

Alii aliter locos explicant alia interpretationis praecepta statuentes : vel scripturam esse interpretandam ad sententiam patrum ecclesiae; vel ad sententiam magisterii praesentis ecclesiae; vel locum obscurum clarioribus esse explanandum (MAXIM. PELOPONN., Egkeiridion k. t. skism. T. Papiston 1690, 16); vel non seorsim considerandos esse locos sed coniunctim cum aliis (« wenn... das einemal an die Apostel insgesamt und das anderemal unter den besonderen Umständen und mit den besonderen Zusätzen an Petrus insbesondere richtet, so ist damit klar ausgesprochen, dass Christus die stellvertretende apostolische Gewalt und das apostolische Amt in der Kirche in dem Collegium der Apostel gründet, in welchem sowie diese Gemeinschaft eine sichtbare sein, so auch die organische Einheit durch einen vertreten sein soll. » F. MICHELIS in IKZ 1914, 381) etc.

Unde alii dicunt Petri confessionem petram fuisse et quatenus Petrus eam exprimebat ipsum quoque (dignum verae petrae confessorem: DION. CARTH. ap. E. DENNY, Papalism 1912, 38-43) petram appellari potuisse: J J. OVERBECK, D. orthod. kath. Ansch. im Gegens. z. Papstt... H. a. S. 1865, 106-7; Petro promissas esse primas partes in ecclesia constituenda — die pentekostes: G. B. ROBERTS, The Papal Quest. 1914, 76; cf. FILARET mitr. mosk. in Čt. v o. ljub. d. pr. X 1872, 57-60; Petrum typum gessisse catholicae ecclesiae: PETRUS BOHIER in Les Quest. Eccl. 1909 II 47-8; non Petrum solum laudari ἰδιαζόντως, sed apostolos omnes: NIKOL. HO KERAM. AD. Dosit., Tom. karas II 19-53; Petrum non esse petram, cavillum exhiberi: A. LEBEDEV, O glavenstvě papy. Spb. 1887, 236; claves de scientia aperienda dici: E. HERZOG, in RITh 1906, 407; cf. NIK. HO KER. l. c. II 53-6; 389-423. — Cf. Io. CARYOPHILUS, Elegkos... Zak. t. Gerganou 1631 275-83; ANT. DERESER, Commentatio bibl. in effatum Chr. Mt 16, 18-9. B. 1789; G. HÄRINGER, Launoy's Epist. VII ad G. Voellum u. d. verschied. Erklärungen v Petra bei Mt 16, 18 n. d. k. Z. Dill. Gymn. Pr. 1870; J. LANGEN, D. Vatic. Dogma v. d. Universalepisc. u. d. Unfehlb. d. Papstes I 1871, 11-4; J. FROHSCHAMMER, D. Primat Petri u. d. Papstes. El. 1875, 6-16; K. A. KNELLER in StML 50, 1896, 129-39; 288-99; 375-82; SEMERIA, Dogma, Gerarchia e Culto 1902 IX; Sl. l. th I 216-25; TURMEL, Hist. de la théol. pos. du Conc de Tr. au C. du Vat. 1906, 152-89; J H. A. HART in JThSt IX 14-41 etc. De sensu ligandi et solvendi cf. CLEM., Ep. ad Iac. 2; hom. III 72; EPHR., Ev. concord. expos. p. 82; aliter TERT., De pud. 21; ORIG. in h. l. p. 531 etc.; aliter (de magica vi: cf Mc 7, 31; Lc 13, 10-7; Act 5, 1) A. DELL in ZNW 1914; cf. V. BRANDER, Binden u. Lösen in d. syr. Kirche, in Katholik 1916, 220-32.

Cum rationalistae verum primatum significari concedant, sed locum evangelio serius insertum esse contendant, orthodoxi potius patrum interpretationem obtendunt: 44 patres petram non intellegere Petrum

sed Christum vel doctrinam a Petro enuntiatam, solum 17 Petrum ipsum neque eos sine restrictione : N. BĔLIAEV, O katolicizmě. Kaz. 1889, 78-9 (cf. V. i R. 1904 II otd. cerk. 23). Quas patrum interpretationes inter se non pugnare sed esse diversos et truncos considerandi loci modos. « Ideoque vera et adaequata textus illius interpretatio, illa quae totam traditionem patrum in se complectitur, illa quae secundum canonem catholicae interpretationis est expressa, erit illa, quae omnes istas quinque interpretationes conciliat, omnes harmonice explicat et in unam refundit. Iam vero 1. fundamentum ecclesiae.. est I. Chr., ut dicit 3. sententia. 2. fund. veluti formale, quo Christo coaedificamur, est fides illa, qua credimus Christum esse Filium Dei; haec fides est basis et fund. ecclesiae, ut dicit 4. sollemnissima sententia. 3° omnes fideles qui habent hanc fidem Christo aedificantur, velut vivi lapides, ex quibus consurgit templum vivum ecclesiae Dei, et vera est 5. sententia. 4° fundamenta columnae, quibus insistitur ecclesia, sunt pastores, magistri fidei, episcopi, apostoli... et vera est 2. sententia. 5° fund. praecipuum et supremus inter pastores est Petrus, super quo proinde principaliter prae ceteris apostolis aedificatur ecclesia et vera est 1. sententia. » J. FRIEDRICH, Documenta ad illustr. Conc. Vat. I 30. Cf. de patrum interpretatione J. LANGEN, D. Vatican. Dogma I 38-70; II 3-42; III 6-37; E. DENNY, Papalism 1912, 29-36; G. ROBERTS, The P. Q. 1914, 77-87. etc. — De genuinitate loci cf. StML 1896 I, 129 ss. 288 ss. 375 ss.; J. GRILL, D. Primat d. Petrus. 1904 (1); J. DRUMMOND, Studies in Christ. Doctrine 1908, 381-3; D. VÖLTER, D. Bekenntnis d. Petrus 1911; A. D'ALÈS, L'édit de Calliste 1914, 128; A. DELL in ZNW 1914, 1-49; W. SOLTAU ib. 1916, 49-60; SCHNITZER, TILLMANN etc. — Cumque rationalistae primitus alios Petro potiores fuisse suspicentur, T. KURGANOV afferens illud

(1) Commemoremus aliquot huius scriptoris argumenta 1. Haec Petri sententia nititur opinione illa sublimi de Christo, quam paulinismus posterioris aetatis attigit (p. 5-6). — 2. Si in prima parte sententiae ausdrücklich die Möglichkeit einer menschlichen Belehrung in Abrede gezogen wird, so begreift sich das nicht aus der geschichtlichen Situation des Petrus als des unmittelbaren Jüngers Iesu, durch welchen ja das Bedürfnis eines anderweitigen Unterrichts ausgeschlossen war, sondern nur aus einem Seitenblick des Evangelisten auf die Christophanie des Paulus und die ausdrückliche Berufung des letzteren auf diese Erscheinung in Gal 1, 1. 12. 15-7 (vgl. schon Iren. adv. haer. III 13, 2 Revelatio Patris qua Petrus excellens exstitit, revelationi Filii opponitur quae Paulo honori fuit (p. 6-7). — 3. Ut Iacobus praetermittatur, quomodo factio corinthiaca animum induxisset Christum Petro opponere, si id, quod Mt 16 narratur, in ecclesia hierosolymitana, qua nitebantur, cognitum et agnitum erat (Gal 2, 11-3; 1 Cor 1, 10 ss.; p 33 [2]). — Cogit scriptor verba illa primitus Patri in transfiguratione Filii tributa esse regnum caelorum, aedificatum in resurrectione Christi, occupatum iri a Christo.

Clementis Alx. ap. Euseb. II 1, videtur sumere Petrum suo iu renuntiasse. (Svidětelistvoval li sv. Irinej.. Kaz. 1893, 41).

De Io 21, 15-17 cf. H. HAMMOND, The Dispatcher dispatched 165 748-50; MAX. PELOP., Egk. 1690, 54-66; NECTARIUS p. H., Confu tatio imperii papae 1702, 136-44; MURAVIEV, Pravda vsel. c. o rim skoj i pr. patr. kat. 1849, 11-8; NIKANOR, Razbor rimsk. uč. o vid glav. v c. I 1856, 56-123; Jos. LANGEN, D. Vatican. Dogma I 79-86 II 75-81; F. W. PULLER, The primitive saints[3] 117-28; TURMEL, H de la th. pos. du C. de Tr.. 1906, 189-99; MICHAUD in Sl. l. th. IV 202; A. CELLINI, L'autenzia di c. XXI dell' ev. giovanneo e la inves titura di S. P... Siena; E. DENNY, Pap. 1912, 65-71; G. ROBERTS The P. Q. 1914, 101-14.

Alia est quaestio de finibus auctoritatis s. Petri, quam orthodox solum negative considerare solent. Afferuntur e. c. Act 1, 24-6, ub implicite negetur summa potestas quam Petrus, ad instruendam eccle siam, exercere debuisset; cf. CHRYSANTHUS in conc. cp. 1722 Mans 37, 145; Act 8, 14 (missus); cf. ibid. 37, 153; Act 11, 5 ss. (ratio reddita); 2 Cor. 12, 11 (nihil minus fui); Gal 2, 7. 8. Cf. DOSITEOS T. katall. 1692, 18-9; GUETTÉE in L'Un. Chr. 1880, 24-30; DE SAN De eccl. P. V p. 44-52. — Negatur ullam Petro in apostolos fuisse iudiciariam auctoritatem; cf. DE MARCA, Concordia 1742, App. p. 120; contra constare ceteros apostolos ei in summa pares fuisse cf. J. LANGEN, D. Vat. Dog. I 28-37; 87-97; II 81-106; III 68-84; positive sola ea potestas Petro tribuitur, quae necessaria sit ad unitatem ecclesiae conservandam (HIERON., Adv. Iovin. l. 1 c. 14).

De patrum sententia de primatu Petri cf. de Clem. Alx. Orig, Euseb. NIKANOR, Razbor rimsk. uč. o vid. glav. 1856 I 142-6; 147-66; 176-85; de Cypr. (cf. supra p. 306-7) : K. ADAM in TQS 1912 t. 94, 99-120; 203-45; CREMIN in The Cath. Univ. Bull. Wash. 1910 XVI etc.; de Greg. Naz.: Nikol. ho Keram. l. c. II 108-22; 356-61; de Epiphan. (θεμέλιος, ἀρχηγός) ibid. 128-35; 497; 501; de EPHR. SYRI (Lamy I, LXXV 374. 534. 412; III 784 etc.) et de Syrorum sententia cf. ABR. ECCHELL., Eutychius.. vindicatus II 1660, 210 ss.; BEHNAN BENNI, The tradition of the Syr. ch. of Ant. conc. the Prim. of S. Peters L. 1871; Ios. DAVID, Antiquae eccl. syro-chaldaeae c. Petri ap. eiusque succes... prim. R. 1870; de versione syr. (arab.) can. nicaen. (et de Marutha) cf. ABR. ECCH. l. c. 107-71; NAU, Ecclesiae... effigies 1680, 212-4; OTTIGER, Theol. fund. II 1911, 690; de Paciano Denny, Pap., 43-4; de Aug. OTTIGER l. c. 250-3; ADAM in TQS 1912, 218-44; ZkTh 1913, 611-2; TH. SPECHT, D. Lehre v. d. Kirche n. d. h. Aug. 1892, 124-54; de Io. Chrys.: MAXIM. PELOP., Egkeir. 1690, 30-9; TIXERONT II p. 160 n. 3; Sl. l. th. V 20-1; JUGIE in EO 1908, 5-15; T. MYŠKOVSKIJ, Vzglad sv. Io. Zlat. na verxovnuju vlasti sv. Ap. Petra 1908; HADZSEGA in A III CV; MARINI

in Bessar. 1911-1917 f. 117 ss. DENNY, Pap. 84-93; de Cyr. Alx. DENNY 44-50; de Io. Hieros. EO 1910, 17; ZkTh 1910, 218 s.; de Abucara KNELLER in ZkTh 1910, 422; G. HOFMANN in ThPM 1911, 1 ss. (e Krusostomika 978 ss.); de Io. Dam. M. 96, 560. 569 etc. De arg. archaeol. cf. S. SCAGLIA, S. Petri primatus et praerogativae ex archaeologiae testimoniis R. 1911. De arg. liturg. (29/VI Vesp. etc.; κρηπίς, πέτρα, ταμεῖον, ἀρχιποιμήν etc.) Cf. NIK. HO KER. 153-76; 361-4; 501-7; GAGARIN in Etudes II 1857, 64-73; I. B. PITRA, Hymnogr. de l'égl. gr. R. 1867 (cf. MAAS, Frühbyzant. Kirchenpoesie I); TONDINI, La prim. de S. Pierre prouvée.. P. 1867; F. R. GUETTÉE, Lettres au R. P. Gagarin 1867, 20-7; S. SOUSCHKOFF in Un. Chr. III 179-82; 187-91; MICH. LEWICKI ap. ROSKOVANY, Rom. Pont. IV 182 ss.; GIOV. MARCOVIĆ, Gli Slavi ed i Papi 1897, 208-14; Sl. l. th. I 272; IV 346 etc.; A II Conv. V 1910, 65 (BOCIAN).

Cf. praeterea M. BECANUS, De republ. eccles. l. 2 c. 6 Mog. 1622, 119-69; MARCA, De prim. Petri in De concordia. Robor. 1742 Append., 119-27; MAMACHI, Origines R. 1755 p. 130 ss. 409 ss.; FR. L. Gr zu STOLBERG, Üb. d. Vorrang d. Ap. Petrus.. 1812; V. ZELLNER, Dissert. historico-dogm. de prim. Petri; E. A. LITTON, The Church of Chr. in its idea 1851; A. S. XOMIAKOV, O cerkvi in Pr. Ob. 1864 I 233-58; CH. F. B. ALNATT, Cathedra Petri[2] L. 1879; SUVOROV, Suščestvo Cerkvi po uč. i ist. N. Z. Iarosl. 1882; TERNER, Cerkovi : filosofsko-istorič. očerk M. 1885; SUSKOV, Protiv lžeučeniïa.. Spb. 1891; A. BĚLIAEV, Pravoslavïe M. 1887; N. ZAOZERSKIJ, O cerkovnoj vlasti. S. Pos. 1894; I. A., V. S. Soloviev kak zašč. papstva in V i R. 1904 I 614-38; II 13-35; P. M-v, Papstvo ego ideia i istor. osušč.. po vozzr. Vl. S. Solov. in Stran. 1905 II 455-75; G. P. KREMOS, Istoria tou skism. I 1905, 79-116; J. CHAPMAN, Bishop Gore and the Cath. Claims 1905, 45-60; LASKOV in Curkoven Vēstn. 1905, 184; Y. DE LA BRIÈRE in Etudes 1909 (cf. Sl. l. th. VI 131-4); CH. GUIGNEBERT, La prim. de Pierre et la venue de P. à R. 1909; OTTIGER, Th. f. II 61-209; STRAUB, De eccl. Chr. 1912 II 38-136 etc.

*e) Num Petri primatus qualiscumque fuerit, debuerit continuari in aliis, qui ei succederent.*

Patres et liturgia graeca (18/II hymn. VIII; 12/III etc.) saepe loquuntur de herede potestatis b. Petri primi apostolorum. Qui concedunt aliquem primatum auctoritatis vel directionis Petro divinitus traditum fuisse eumque perennem esse debuisse, possunt, etsi BOLOTOV, Lekcïi po ist. dr. c. 1912, 279 negat papas succedere Petro ut episcopo romano, concludere cum VL. SOVOVIEV, La Russie et l'Egl. univ. p. 156 s. « Du moment où l'on admet dans l'Eglise universelle un pouvoir fondamental et souverain établi par le Christ en la personne de saint Pierre, on doit admettre aussi que ce pouvoir existe quelque part. Et l'impossibilité évidente de le trouver ailleurs qu'à Rome est

déjà, ce nous semble, un motif suffisant pour adhérer à la thèse catholique ». Ad hoc argumentum Th. Zahn, D Evang. d. Matth.[2] 1905, 547 respondet Da ein Hauswesen zu jeder Zeit einer verwaltenden und auch einer gesetzgebenden Tätigkeit bedarf, so war an sich die Frage berechtigt, auf wen nach dem Hingang des Petrus und der Apostel die Schlüssel des Hauses und die Befugnis des Bindens und Lösens übergegangen seien. Aber sie wurde falsch beantwortet, indem man seit dem Ausgang des 2. Jhd. die Bischöfe als die Nachfolger der Apostel und ziemlich gleichzeitig den römischen Bischof als den Nachfolger des Petrus zu betrachten anfing {cf. Tert. De pud. 21; Firmil. Ep. ad Cypr. 75, 17; [Cypr.], De aleat. 1.} Das Amt der Apostel in seiner Eigenart und Totalität ist überhaupt nicht auf andere Personen übergegangen. Wie die Apostel als die von Jesus selbst ausgesandten Prediger des Evangeliums die ganze Welt zum Arbeitsfeld haben, so bezieht sich die aus diesem ihren nächsten Beruf sich ergebende Vollmacht, die Gemeinde der Gläubigen zu regieren und ihr je nach Bedarf Ordnungen zu geben, auf die ganze Gemeinde Jesu, die gesamte Christenheit auf Erden. Das Amt der Bischöfe hingegen ist von vornherein ein örtlich beschränktes und an den Ort gebundenes.

Praeter testimonia traditionis (cf. F. M. de Brouwer, Tr. de eccl. Chr. 1881, 172-4) primatum aliquem perennem esse debuisse probari non potest nisi 1) ex natura primatus concessi (v. arg. ex. libertate et ex unitate eccl.); 2) ex analogia cum casu Petri; cf. Gagarin, De la réunion de l'ég. or. avec l'égl. rom. 1860, 14: Certainement, s'il y a eu un temps où il était facile de se passer de cette autorité, c'était bien du temps des Apôtres qui avaient tous reçu une abondance de lumière et de grâce, que les Evêques, leurs successeurs, ne peuvent pas s'attribuer au même degré. Si donc les Apôtres avaient besoin d'un guide, d'un chef, d'un pasteur suprême, ce besoin devait être encore plus grand dans les temps postérieurs. — De argum. e Mt 16, 18 cf. J. Langen, D. Vatic. Dog. 1871 I 11-4.

*f) De primatu qui episcopo romano concedendus sit*

Aliquem primatum romanos episcopos antiquitus ecclesia consentiente habuisse orthodoxi fere concedunt (excipe v. c. Platonem mp. mosq., qui etiam primatum honoris negat ap. L. Dutens, Œuvres mêlées 1797 II 173-4); nec solum honoris, sed auctoritatis (directionis, inspectionis) primatum, cf. A. P. Lebedev, Duxovenstvo dr. vs. c. 1905, 228-44; Hieron. Donatus, De principatu romanae sedis ad Graecos ap. Mansi o, 611 BC. Cf. Duchesne, Auton. eccl. — Egl. sép. 1896, 119-20, 155. 157 — Cum de primatu cum Roma Byzantium certaret, certe non de honore sed de iure certabatur quo alter alteri subiceretur. Hoc modo controversia intellecta est a Nilo Doxopatrio, Tăxis patriark. trŏnŏn. cc. 1143 ap. Steph. Mon., Varia sacra[2] L. 1694

I 211 s., et a posterioribus Graecis. Cf. GIESELER, Lehrb. d. Kircheng.[3] II 1, 347. Admittere orthodoxos eiusmodi primatum etiam nunc, probat TONDINI, The Pope of Rome.. 1871 (russ. 1899). — De primatu ecclesiae hierosolymitanae cf. AAV VII 207.

Ex altera parte aliqui limites potestatis absolutae concedendi sunt iure divino et aliquatenus canonico continetur. Cf. P. BALLERINI, De potest ecclesiast. summor. pontif. R. 1850, 147-50; DÖLLINGER, L'Égl. et les Égl. 1862, 28-36; CHRYSANTHUS in conc. cp. 1722 Mansi 37, 135. Itaque quaeritur.

α) *Primatus ab antiqua ecclesia papae tributus fueritne primatus iurisdictionis et quibus condicionibus sit circumscriptus.*

Animadvertendum est de vi huius quaestionis, si orthodoxi probare possint primatum papae olim concessum diversum fuisse ab eo qui decreto vaticano poscitur, nondum dogma refutari, si tenetur posse fieri aliquid dogma quod antiquitus creditum non sit. Cf RScR VIII 1917, 151.

Potestas iurisdictionis potest intellegi stricte vel latius, ut etiam leges dandi potestatem comprehendat. Qui concedit in papa esse plenitudinem iurisdictionis, nondum necessario concedit eum leges dare posse, quae duo ne confundantur monet F. MICHELIS, Der häret. Char. d. Infallibilitätsl. Han. 1872, 37 Der Richter entscheidet auf Grundlage der bestehenden Gesetze, macht nicht selbst die Gesetze. Ein guter Teil der infallibilistischen Zuversicht beruht aber bis auf diesen Augenblick auf dieser Verwechslung. Sie zieht sich bis in den Wortlaut des vatican. Decretes hinein, wo die infallibilitas ecclesiae auf den Papst übertragen, die ausdrückliche Desavouierung des consensus ecclesiae aber nur mit der irreformabilitas decretorum verknüpft wird ». A potestate iurisdictionis proprie dicta differt etiam potestas exsecutionis; papam caput exsecutivum ecclesiae esse vult v. c. CH. A. BRIGGS, Church Unity 1910, 208.

I. Historice conantur probare: papam in decretis et iuribus obnoxium fuisse concilio sui cleri: e libro pontific. de Steph. IV. (769); cf. L. SALTET, Les Réordin. 1907, 370. De argumento sumpto e iuramento paparum de synodo italica audienda cf. M. SCHEEBEN, D. ökum. Concil II 1870, 158-61. — Papas iudicatos esse a conciliis generalibus et particularibus (Damasus v. c.); cf. CHRYSANTHUS hier. in conc. cp. 1722, Mansi 37, 155. — Debuisse eos omnes canones conciliorum oecumenicorum recipere docet P. LAPIN in Pr. Sob. 1906 II 484-6, qui Leonem et Damasum rebelles ideo condemnatos non esse dicit quod id opportunum existimatum non sit. — Assensum eorum non fuisse necessarium ad rata facienda decreta conciliorum oecum., e conc. II et V probatur in V. i R. 1904 II otd. cerk. 27. Cf. J. LANGEN, Gesch. d. röm. Kirche I 1881, 561. — Papam inferiorem fuisse episcopatu e Cypriano probat v. c. W. J. SP. SIMPSON, The Cath. Conc. of the Church 1914,

139 (1). — Ecclesiam commissam esse curae universitatis episcoporum e Io. DAM. ep. 4 ad Afric. probat MAKARÏJ, Pr.-d. bog. § 175; item ex exsistentia et vi conciliorum oecumenicorum. — Episcopos superiorem non habuisse nisi coetum episcoporum MAKARÏJ l. c. § 175 probat ex modo quo episcopus ordinatus (Reg. apost. 1; Conc. nic. 4; ant. 19. 23; laod. 12; carth. 13; chalc. 28 etc. a coetu episcoporum) et iudicatus (Reg. ap. 74; conc. carth. 12. 28 { VII, De bapt. III M. 3, 1054 }; const. 6; Cyr. Alex. 1) sit; si episcoporum iudicium iure divino alicui commissum sit, ad conventus episcoporum pertinuisse; episcopos vicinos congregatos iudicasse nulla ratione habita eius qui concilio illi praeesset; solum Romae et Alexandriae ob causas peculiares (cf. DUCHESNE, Hist. anc. de l'Egl.[2] III 1910, 79; 27-8) centralismum floruisse; si episcopus condemnatus culpa liberari voluerit, ampliorem episcoporum coetum sibi faventem cogere eum esse conatum. — Ius appellationis ad romanum episcopum in Gallia olim nullum fuisse, Leonem id occupasse, QUESNELUM, Apol. pro s. Hilario Arel. ep., secutus contendit NEOF. MALICKÏj, Boriba gallskoj cerkvi za nezavis. 1903; contra cf. CHR. LUPUS, Divinum ac immobile... privil. 1681 etc. — Episcopos non potuisse esse papae vicarios (etsi tales intellegantur qui necessario ab ipso constituendi sint in ordine episcoporum i. e. sacramento ex opere operato promovendi), cum delegationem non habuerint et delegatio tacita non sit nisi scholasticorum figmentum. Cf. P. SEMENENKO, Quid papa, quid sit episcopatus ex aeterna ac divina ratione. R. 1870; TURRECREMATA, De eccl. l. 2 c. 62; N. MALINOVSKÏJ, Očerk pravosl. dogm. bog. II 298; W J. SP. SIMPSON, The Cath. Conc. of the Ch. 1914, 219; Sl. l. th. V 48; STRAUB, De eccl. Chr. 1912 n. 781. — Ab episcopis rationem muneris potuisse repetere ecclesiam (et eius nomine romanum pontificem), sed in sua dioecesi episcopum esse solum supremum magistratum, non esse duos. Cf. TYRRELL, Medievalism 1908 p. 86. — A papa neminem potuisse communione universae ecclesiae privari. Cf. [JANUS]. D. Papst u. d. Concil. 1869, 86. — Alia v. Sl. l. th. V 48. 49-50.

II. A priori vero negant Christum talem ecclesiae formam permittere potuisse. Christum solum esse posse caput ecclesiae orthodoxis persuasum esse solet; ecclesiam non esse corpus papae (cf. Iv. SMIRNOV, Glava cerkvi — Gosp. naš Iisus Xr. Spb. 1843; Iv. KUŠIN, ob otnoš. cerkvi Xristovoj k Iis. kak svoemu osnov. Spb. 1842; AKVILONOV, FILARET, GORODKOV: Sl. l. th. II 156 etc.); quod manifestum est, si corpus mysticum intellegitur (etsi ANASTAS., Ep. ad Io. hieros. et INNOCENT. Ep. ad Bonif. pr. ap. COUSTANT 723. 849 insolentius locuti sunt). Negant autem plerique aliud significari, si haec vox de magis-

(1) De sententia Eugenii IV. cf. [JANUS], D. Papst u. d. Conc. 1869, 333-4; HERGENRÖTHER, Anti-Janus 1870, 130-2.

tratibus ecclesiae usurpetur, quam primatum honoris; cf. K. Zaruckïj, Nedavnyıa ıavlenïıa v r. k. i prot. mïrē. M. 1878, 127. Contra hoc v. C. Tondini, Le pape de Rome 1876, 188. 191; Id., Une étr. profession de foi russe : Bess. 1905 f. 87 (Sl. l. th. III 279); Sl. l. th. II 156; Döllinger, L'Égl. et les Égl. 1862, 21-2. Cf. etiam Conf. orth. q. 85 ap Kimmel 158.

Potestatem in episcopos non potuisse conferri romano episcopo : nec ab ecclesia, esset enim superior eo; nec a Christo ipso, quod est fundamentum protestantismi; nec posse eam inhaerere sedi romanae, cum maior esset sedes quam is qui eam occupat. Cf. W J. Sp. Simpson, The Cath. Conc. of the Ch. 234.

Christum non potuisse permittere, ut ecclesia evaderet monstrum; contra, ecclesia debet ideam religionis purae repraesentare, omnia in ea esse normalia, symmetrica, nihil nimii; id primatu a papis occupato violatum est : libertas auctoritati cessit; cf. F. W Förster, Autor. u. Freih.[3] 1911, 125-62. Christum ut prudentiae praeceptorem eo modo constituere ecclesiam debuisse, qui rationi probetur. Atqui minimum periculi non est in auctoritate unius sed in auctoritate collectiva pax et concordia melius servatur Nectar. p. h., Confutatio imperii papae 1702 p. 191; potestatis abusui occurritur; cf. Tondini, Le pape de Rome 1876 p. 26; N. Kuznecov in Sl. l. th. IV 29; T. I. Miščenko in AAV VII 242. Hoc non solum a priori concluditur sed constat Christum eiusmodi cautiones minime neglexisse nulla enim alia ratio esse potest quapropter solum promiserit se adfuturum ubi duo essent : Eust. Cléobule in Un. Chr. IV 79; duodecim constituit apostolos, tyrannidem inter fratres prohibuit Nectar. l. c. 191. — Optimam temperationis speciem non esse potestatis legislativae et exsecutivae in uno capite coniunctionem; optimas res publicas, societates, instituta (etiam societ. Iesu) eas separatas habere : Ch. A. Briggs, Church Unity 1910, 213. Legislativam potestatem papae concedere esse ecclesiam in servitutem redigere, quod evangelicae libertati repugnet : cf. Contarini, Ep. duae ad Paul. III. col. 1538 p. 62. Tantam potestatis in unum coacervationem noxiam esse; Graecos laudandos esse quod eam servitutem recusarint (1) disciplinae iacturam orituram fuisse W. Palmer, A treat. on the Church of Chr.[2] I 1842, 161-2. Eo modo episcopos omni auctoritate privari, plebem vero omni iure praeter ius oboediendi : Th. J. Hardy, The Mystical Body 1915, 97; inde nasci mala administrationis (bureaucracy) cardinalatuum et romanarum congregationum : Briggs l. c. 213. Cf. Dict. Apol.[4] II 318 ss. —

(1) Sed centralisationis accusari potest certe etiam ecclesia orientalis : Bousquet, L'Unité de l'Egl. et le Sch. grec. 1913, 302. Cf. Anserov, Popytki k vvedenïıu grečesko-centralizacïonnoj sist. cerk. upr. v drevnej Rusi in V. i R. 1906 I 211; Ju. Kolemin, Russkïj dux. cezarizm. Spb. 1913.

Sed etiamsi Christus haec omnia incommoda neglexisset, saltem caput ecclesiae ab episcopatu certae dioecesis seiunxisset Briggs l. c. 208. — Christum uniformitatem efficere noluisse, qua una ecclesia ceteras absorberet; cum uniformitate enim non potest esse spotaneum quod vitae proprium est; omnis ecclesia, quae uniformitati studet, secta evadit; uniformitate catholicitas tollitur. Differentia et libertas verae unitatis est condicio : Marc Boegner, The Unity of Church p. 15. — Ceterum papae arrogantiam etiam scriptura notari dicunt; velut G. Sr. Faber, The sacred Calendar of Prophecy : de Dan 8, 12. 23.

De Cypriani sententia v. supra I.; de Orig. Nikanor, Razbor I 1856, 172-5; de Dionys. Cor. (Eus. II 28) Langen, Gesch. d. röm. Kirche {I} 1881, 156; de Stephano ib. 330-1; de Euseb. ib. 187; Nikanor l. c. 185-96; Sl. l. th. VI 254; AAV VII 206-7; de Io. Chrys. : S. Souschkoff in Un. Chr. I 1859, 301-4; 317-20; 332-4; de Siricio Launoius, Opp. V 1 Col. Allobr. 1731, 54-71; de August. Langen l. c. 864-9; Specht, D. Lehre v. d. Kirche 154-86 (contra Reuter, Langen, Reinkens); Sl. l. th. IV 26; Batiffol in R Bibl. 1918 5-58; de Optato Denny, Pap. 438-44; de Gelasio Sl. l. th. V 247-8. De canon. nic. syr. (prim. directionis, inspectionis, non iurisd.) Euringer in ThQ 92, 1910, 392-3; de conc. chalced. (Sl. l. th. II 182; EO I 19. 55) et IV. conc. cp. Denny, 97-108. De ecclesiae iudicio de iuribus a Victore sibi arrogatis Nikanor, Razb. I 220-6; a Stephano: ib. 229-37; a Leone Denny, 97-108; de schismate meletiano : N. Fetisov, Diodor Tarsskïj 194; F. W. Puller, The primitive saints[3] 1900, 329-61.

Cf. D. Allacci, De ecclesiae occ. a. or. perp. consensione 1648 l. 1 c. 3-8; 20-2; Fr. Richardus, Targa tes pisteos 1658 II 19-115; Abr. Ecchellensis, Eutychius p. alx. vindicatus p. II 1660; Th. Rutka, Kamien przeciwko kamienowi.. Lub. 1690; Ant. Possevinus, De s. pontif. ap. Rocaberti, Bibl. t. IV.; Dositeos, Tom. karas 1705 (Melet. Pegas); Al. Andruzzi, Vetus Graecia de s. r. sede praecl. sentiens 1713; Sept. Constanzi, Opuscula ad revoc... 1807 II De prim. iurisd.; F. X. Piacevichius ap. Migne, Curs. compl. t. V.; Muravjev, Pravda vsel. cerkvi o rimskoj i pr. patr. kat. Spb. 1841; La Civiltà Catt. 1854 I 405-16; 609-21; Widerlegung des Anthymos W. 1854, 70-94; Pitzipios-Bey, D. orientalische Kirche 1857, 52-72; 132-8; H. Jos. Schmitt, Harmonie d. morgenl. u. ab. Kirche 1863, 139-226; M. Caryophyllus, Nil. Cabasilas ap. M., P. G. 149 (1865); aep. Antonïj in Xolmskïj greko-uniatskïj mēsjaceslov. Varš. 1868, 29-67; Nat. Kukas, Egk. p. t. Pāpa. Leip. 1869; C. Tondini de Q., Le pape 1876; Iv Marković, Papino poglavarstvo.. Zagr. 1883; Astaškov {Erebcov}, Isxožd. sv. Duxa 1886; T. Butkevič, Novoe pokušenïe.. in V. i R. 1887; N. Bēljaev, O katolicizmē. Kaz. 1889, 173-8, 194-7, 232 ss.; id., Osnovnyj princip rimsk. katolicizma. Kaz. 1895; Tilloy, Les égl.

orient. dissid. 1889, 190-272; E. USPENSKÏJ, Obl. bog. Ufa 1891, 68-85; {MAX. MALATAKES}, Apant. eis t. peri t. korizouson t. duo ekkl. diaporon. Cp. 1895, 102-51; IO. BAUR, Argumenta contra oriental. eccl. 1897; A. BĚLIAEV, O soedinenïi cerkvej. S. Pos. 1897 (AAV VII 17); D. A. TIXOMIROV, Kurs osnovn. bogosl. Spb. 1897, 147-9; M. VASILJEV, Vlasti i položenïe rimskix episkopov. po uč. Vas. Vel. in Pr. Sob. 1901 II 343-56; L. DUCHESNE, Eglises séparées [2]1905, 118-62; VL. TROICKÏJ, Očerki iz ist. dogm. o cerkvi 1912, etc. — CL. DE SAUMAISE, De primatu papae 1645; ABR. ECCH., Eutych... II 1660; P. DE MARCA, Opusc. 1681; IO. DE ROCABERTI DE PRELADA, Bibl. max. pontificia 1695-9 (t. IX JACOBATIUS et XVIII FABULOTTI etiam ap. Mansi, Introd.[2] 1903); P. COUSTANT, Epist. R. P. 1721; A. NAROLSKI, De suprema rom. pont. auctoritate 1759; IUST. FEBRONIUS, De statu ecclesiae et legitima potest. 1763 ss.; H. TOURNELY, De ecclesia [2] II 295-318; FIDLER, De ecclesia repraesentante Butz. 1773; IUL. A. SANGALLUS, Romani pontificis auctoritas summa 1779; P. TAMBURINI, La vera idea della Santa Sede. Pav. 1784; IOS. RECCO, Della esistenza di vera Giurisdizione nella Chiesa catt. 1791; D. DUTENS, Œuvres mêlées 1797 II 1-161; J. M. VAUCHER, De primatu ep. rom. Gen. 1819; TH. KATERKAMP, Üb. d. Primat 1820; ELLENDORF, Der Primat d. röm. Päpste 1841-6; F. MAASSEN, D. Primat des Bisch. v. Rom 1853; F. P. KENRICK, Primacy of the Ap. See v. 1854; PHILLIPS, Kirchenrecht 1854; D. S. DE CRISPAN, Hist. et progr. de la pr... 1856; H. C. LINDSAY, The Evidence for The Papacy 1870; SCHULTE, Die Stellung der Konzilien, Päpste u. Bisch... Pr. 1871; AL. ANT. PAIOLLI, Commentarius de rom. prim. trib. eccl. saeculis.. 1877; FRIEDRICH, Zur ältesten Gesch. d. Primates in d. Kirche. B. 1879; SCHANZ, Apol. d. Christent. III c. 13; L. RIVINGTON, The Primitive Church and the See of P. 1894; id., The Roman Primacy a. D. 430-51. 1899; GIO. BARTOLI, Il cristianesimo e le chiese cristiane; G. KRÜGER, D. Papsttum 1907; Ludwig, D. päpstl. Pr. in d. Beurt. neu. prot. Kirchenhistoriker in ThPM XX 1910 etc.

Cf. bibl. ap. D. GLA, Syst. geordn. Repert. I 2, 530-46; U. CHEVALIER, Rép... Topobibliogr. II 2254; ROSKOVANY, Rom. Pontif.[1] IV 1867, 510-884 etc.

β) *Primatus ille fueritne iuris divini (aliquo sensu) necne.*

Nullo sensu iuris divini fuisset, si solum casu ortus esset; si conceditur eum providentiae divinae curae fuisse (cf. BAJKOV in Sl. l. th. II 181) vel eum a spiritu religionis christianae manasse (P. JA. ČAADAEV, Œuvres choisies 1862, 85 = Geršenzon 1908, 251), iam aliquo modo iuris divini fuit.

Dicunt theologi orthodoxi natura rerum explicari eiusmodi primatum (velut SOFRONÏJ in Sl. l. th. IV 33; GUETTÉE-MICHAUD ibid. IV 204). Sicut archiepiscopus parisiensis, etsi non iure codicis, re tamen factus

sit primus Galliae, ita Romae episcopum non potuisse alio inferiorem esse quamdiu Roma caput esset (J. LANGEN, Gesch. d. röm. Kirche {I} 1885, 155-6; cf. CYR. MACAIRE, La Constit. de l'Egl. 126 ss.). Sicut apostoli in eas urbes profecti sint quae tum aliis maiores essent, ita hierarchisationem ecclesiae conformem fuisse administrationi imperii episcopatus in patriarchatus se composuisse perinde ac provincias in dioeceses (cf. de Marca, De concordia sacerdotii et imperii l. 1 c. 4). Concilium oec. I cn. 6 (de quo cf. D. BLONDEL, De la prim. en l'égl. 1641, 822-81; LAUNOIUS, Opp. II 2 p. 1-101; J. LANGEN, Gesch. I 415-8; O. BRAUN, De s. Nic. syn. 1898, 68; A. LEBEDEV, Sobr. X = Dux. 1905, 204-14; H. LECLERCQ in HEFELE, Hist. des Conc. I App. VIII 1182-202); II cn. 3; IV cn. 28 (de quo cf. Bess. I 875-85 etc.) primatum Romae non aliunde repetiisse nisi ex urbis momento (T. KURGANOV, Svidětelįstvoval li sv. Irinej... Kaz. 1893, 36-7) et ex eodem fonte ac patriarcharum potestatem (cf. ABR. ECCHEL., Eutych. vind. II 1660, 171-91; THYRS. GONZALEZ DE SANT., De infal. R. P. 1689, 252-66; AL. VINCENZI, De Hebraeor. et christianor. s. monarchia R. 1875, 189-202; 221-53; DE SAN, De eccl. p. V p. 90-116); si a verbis Domini id repetendum esse credidissent, aliter loqui eos debuisse (ANTHIMUS VI § 13 ap. MANSI 40, 399); concilii autem oecumenici (maxime II.; quodsi catholici concilium sine papa valere negant, saltem magnae partis episcoporum primae ecclesiae) sententiam spernendam non esse (F. R. GUETTÉE, Lettres au R. P. Gagarin 1867, 66-7). Concilium sardicense quaedam iura sua auctoritate papae concessisse (cf. P. ARCUDIUS, De purgat. 1637, 209 contra Io. ZONARAM; V. FEYE, Praelectiones iuris eccles. publ. l. II ap. B. JUNGMANN, Dissert. sel. in hist. eccl. II 1881, 25-7 contra PHOTIUM, HINCMARUM RHEM., DE MARCA, ELLIÈS-DU PIN, FLEURY, QUESNEL etc.; J. TURMEL in R cath. d. Egl. III 1906, 341-64; HERGENRÖTHER, Anti-Janus 1870, 85; OTTIGER, Theol fund. II 1911, 758-64); alii (velut KR. A. PAPADOPOULOS in Sl. l. th. III 276) negantes canones illos vere concilii sardicensis esse, a decretis Valentiniani I., Gratiani, Valentiniani III ius illud iudicandi de episcopis occidentis repetunt (cf. AL. VINCENZI, De Hebraeor. et christianor. s. mon. 149-230; F. X. FUNK, D. Echth. d. Kanones v. Sardika in Hist Jhrb. 1902, 497-516; DUCHESNE in Bess. 1902 vol. III 129-44; C. H. TURNER in JTh St 1902, 370-97; E. BABUT, Les Canons de Sard., in Transactions of the 3. intern. congr. f. the hist. of rel. II 345-52; BATIFFOL in B. d'anc. Litt. 1914, 202-8); Zosimo papae et africanis episcopis persuasum fuisse ius recipiendi appellationes nasci non potuisse nisi e concessione concilii (cf MANSI 4, 1296 non sumus iam istum typhum passuri; ANTHIME VII Lettre encycl. 1895, 15; DE SAN l. c. 100-7; STRAUB, De eccl. Chr. 1912 II 111-2). Theodosium, ex occidente nicaenum, cum imperator factus esset, romanum et alexandrinum episcopos sequendos esse voluisse

(cf. Duchesne, Hist. anc. de l'égl. II 661); antea Constantinum M. occidentalem fuisse; Romam utpote vetustam, experientiae plenam, vetustatis tenacem, studio conservandi vetera plurimum debere (Duchesne, H. a.[2] III 29); item originis suae apostolicae (eiusque praestantissimae) singularitati in tanta occidentis latitudine, paparum sollertiae, prudentiae, fidei, virtuti atque orientis eorum impetum non mollientis, spiritus non cohibentis patientiae A. P. Lebedev, Sobr. X 1905, 238-9; denique meritis in rebus ecclesiae in ordinem redigendis constituendisque (velut cn. N. T, ratio successionis apostolicae, symbolum apostolicum romana sunt; Roma sedes fuit ecclesiae universalis, i. e. foederis socialis ecclesiarum, natae in certamine cum gnosticis), curae suae universalitati A. v. Harnack, D. Mission u. Ausbr. d. Christent. I 1915, 454-5.

Nec solum dicunt hoc modo primatum olim papis concessum explicari, sed negant ullis traditionis monumentis probari primatum iure divino a Petro in romanum episcopum transmissum W Palmer, A treatise on the Church [3]II 387-91. Tamen sunt qui Petrum providentia divina Romam adductum esse concedant. Cf. Rozanov in EO V 312-3.

Praeterea ex fructibus primatus romani efficere conantur eum divinitus institutum esse non posse; cf. E. Michaud, La papauté antichrét. P. 1873, ch. VII qui affert p. 184 card. Ant. Pucci (†1516) et p. 186 card. Zabarella (De schismatib. auct. imp. toll. ap. Schardium de iurisd. 1566, 560-1) auctoritatem.

Adde concilium constantiense. Id approbantibus Martino V (Hard. 8, 899; Denz.[9] 551. 552. 584; [11] 657. 658), Eug. IV., Nic. V, Pio II, si forma ecclesiae divinitus instituta esset et ad fidem pertinere crederetur, auctoritatem episcoporum romanorum inferiorem esse conciliis generalibus definivisset; cf. Janus, D. Papst u. d. Concil 1869, 327-8; F. M. de Brouwer, Tr. de eccl. Chr. 1881, 330-6; Döllinger, Briefe u. Erklärungen 1890, 17-8; Straub, De eccl. Ch. II p. 117-9. De conc. flor. (et lugd.) restrictione cf. Norden, D. Papstt. u. Byz. 716 (369. 524); Kattenbusch, Lb vgl Conf. I 1892, 130.

Ex altera parte novimus Romam numquam aliunde nisi a Domini verbis primatum suum repetiisse. Cf. v. Dobschütz, D. Decretum Gelas. 1912, 252-3; sed v. Zosim. ap. Mansi 4, 1296.

Cf. Th. Bauer, Untrennbark. d. päpstl. Prim. v. r. Ep. iure div. in ThPM 1891, 21. 116. 202; Ios. Hollweck, D. apost. Stuhl u. Rom. Mz 1895; Ottiger, Th. f. II 796-805 etc.

γ) *Quae sit vis argumentorum quibus theologorum catholicorum sententia nititur.*

*a.* Argumentum sumptum ex traditione. Hoc argumentum diversum erit pro sententia de dogmatum vita. Veteres tenuerunt dogma semper creditum esse et hoc tenendum a catholicis de primatu esse et

ob ecclesiae catholicae assertionem (H. J. CLAYTON, Studies in the Roman controversy L. 1914, 6) et ob huius dogmatis naturam (W. PALMER, A treatise[3] II 445) adversarii contendunt. Moderni in solo posterioris ecclesiae consensu acquiescunt. Contra hoc argumenti genus obicitur consensum ecclesiae nimis obnoxium esse documentis adulteratis, quibus primatum effici primi auctores sibi persuaserint, et neglegentiae episcoporum (H. CLAYTON l. c. 17). Nec enim certum argumentum e quovis consensu elici posse; cf. RSR VIII 1917, 150.

Romam primatu semper usam esse non videtur difficile probatu. A. v. HARNACK quidem, D. Mission u. Ausbr. I 1915, 455 dicit « Die römische Gemeinde besass seit dem Ende des I. Jhd. einen factischen Primat in der Christenheit ». Obicitur tamen Clementem dignitatis summae quae decreto vaticano papae vindicatur ignarum fuisse (W. E. BEET, The early roman episcopate 1913, 104); cleri romani epistula ad Cypr. (Ios. H. REINKENS, Üb. Einh. d. kath. Kirche 115) etc. DUCHESNE, Hist. a. de l'E. I 95 respondet potuisse primatum a Petro tradi collegio presbyterorum et episcoporum romano, a collegio autem in unum transferri. — De Zosimo cf. F. SAVIO, Il papa Zos., il conc. di Torino e le orig. del pr. pont. R. 1906; de Gelasio I : ThQ 1902 I 110-23 etc. — Obicitur autem, si primatus documenta antiqua saltem romana adfuissent, neminem falsa facturum fuisse; cf. [JANUS], D Papst. u. d. Conc. 1869, 100-62 (Cypr., Lib. pontif., Grat.); 283-8 (Clem. V, Tolomeo d. Lucca); etc.; P. BOTTALA, The Papacy and Schism 1869; 48-58; 100-3; P. BALLERINI, De pot. ecclesiast. s. p. 1850, 64; F. H. REUSCH, D. Fälschungen, in ABA, h. Cl. 18, 1889, 732-3; G. KRÜGER, The papacy 1909, 27 etc. — Facilius dubitatur de aliis ecclesiis.

Ecclesias Asiae auctoritatem Romae in controversia de paschate non agnovisse sed respuisse dicit A. XOMIAKOV, Polnoe sobr. soč.[8] VII 122; cf. ANTHIMUS VI § 13 ap Mansi 40, 399; quod falsum esse et iam ante concilium nicaenum eas paruisse probat L. DUCHESNE, Auton. eccl. — Égl. sép. 1896, 141-5; cf. RQH 1880 II 1-42; verum non ut romanus usus reciperetur, sed usus communis, adversarii Asianorum dabant operam. Cf. A. BERENDTS, D Verhalten d. röm. Kirche zu d. kleinas. v d. nic. Conc. in St GTh K L 1898, 6 ss.; F. W PULLER, The primitive saints[3] 1900, 14-9; Ham. Alibizatos, Tò aition tõn perì toũ Pãska erídon. A. 1911.

Irenaeum suo modo interpretantur S. SUŠKOV, Protiv lžeuč. o vsel. glavenstvě R. c. 1891, 207. 210.215-6; GERM. BLAKOS in E. P 4, 1909, 182-91; A. PICHLER, Gesch. d. kirchl. Trennung zw. d. Or. u. Occ. 1864 I 106; PILAR. BAPEIDES, Ekkl. hist. 1884 I 129. Cf. F. W. PULLER, The prim. saints[3] 1900, 19-35; E. DENNY, Pap. 1912, 233-59; 643-5; VÁGNER in AAV IX 1913, 1-22; G. B. ROBERTS, The papal Question 1914, 87-91.

De conc. nicaeno v. Kneller in StML 77, 1909, 503-22; ephes. Jugie in EO 1911, 136-46; chalced. Dosit., T. katall. 1692, 13-4; Anthimus VI § 15 ap. Mansi 40, 402-3 etc.

De appellationibus cf. Fr. A. Petricca a Sonnino, De appellationib. omnium ecclesiar., in Bibl. max. pontif. Io. Th. de Rocaberti de Prel. III 1698, 623-796; Launoius, Opp. t. V 1, 175-90; W. Grillparzer, V d. Appellation an d. röm. Stuhl 1785; Langen, Gesch. d. röm. K. {I} 1885, 452-3 (qui maxime urget Athan. Ap. c. Ar. n. 59 scriptum post sardicense); Duchesne, Aut. é. — E. sép. 1896, 201-4; 215-6; T. A Lacey, Appellatio Flaviani 1903; P. Bernardakis, Les appels au pape... EO VI 1903 30-42; 118-25; 249-57; Ottiger, Th. f. II 765-78; Denny, Pap., 350-71. Dicunt in controversiis Romam aditam esse non aliter quam Mediolanum — sedem imperatoris.

De Athanasio (Ep. ad Antioch.) cf. Muravjev, Pravda vsel. cerkvi.. 1849. 48-50; de Ambrosio Ans. Luc., C. Antipap. l. 2 p. 473; de Basil. D. Blondel, De la primauté en l'Egl. Gen. 1641, 150-81; Denny, Pap. 331-45; de Max. ab. Denny 326-31; de Cyr. Alx. P. A. Uccelli, S. Tho. Aq. in Is. proph... expositiones R. 1881, 425-9 etc. — Theodori Stud. (sicut Io. Chrys. Sl. l. th. III 276) epistulas Romam missas negant aliud probare quam eas quae patriarchis orientis missae sunt, nisi quod gratitudo et animi affectio erga Romam sentiatur; ep. II 86 nihil probari nisi eum voluisse imperatorem eripere de impulsu patriarchae; episcopum romanum ab eo non haberi nisi occidentis apostolicum (M. 99, 1397 A): Dobschütz in RE[3] 19, 607. Cf. Alb. Ehrhard, D. Orient. Kirchenfr. 71; Salaville, in AIICV 123-34; AAV VII 179-80. — De testimoniis orientis cf. Pargoire, L'égl. byz. de 527 à 847. 1905, 44-6; 189-93; 289-92.

Cf. N. Bēljaev, O Katolicizmē. Kaz. 1889, 107-36; 162-73. V Logginov, Popytka kat. bogoslovov najti v tvor. muž. apostolskix... in V i R. 1903 N. 24.

*b*. Argumentum sumptum ex unitate ecclesiae. Hoc argumento efficitur necessitas primatus saltem talis qualis penes praesidentem rei publicae sit. « Soll die Kirche in der apostolischen Succession des Episcopates bestehen auf Erden, so muss auch unter den Bischöfen einer in der Weise den Vorrang haben, der Primas sein, dass er die Einheit der Kirche repräsentiert {cf. P. Ja. Čaadaev, Œuvres choisies 1862, 85 = Geršenzon, 1908, 251}. Das ist eine unerlässliche Forderung... « Fr. Michelis, D. Organismus u. d. Kirche. Bern 1874, 36. Loisy autem, L'Evang. et l'Egl. p. 104 scripsit ecclesiam ad unitatem redactam et universalem gubernari sine potestate centrali non posse; centrum ideale sine vera potestate, quale Cyprianus concepisset inutile futurum fuisse. Id eo magis necessarium est quo abundiantior est vita ecclesiae; ecclesiam autem non ad quietem natam esse sed ad mundum docendum et educandum manifestum est. Cf. Döllinger, L'Egl. et les Egl. 1862 II

26-7 (1). Quamquam etiam contra hoc obicitur: « ecclesiam » seu coetum fidelium ante Christum etiam unum fuisse — sine primatu (cf. Straub, De eccl. Ch. 1912 I 173. 179); item ecclesiam antiquam (cf. Ch A. Briggs, Church Unity 1910, 209), ecclesiam orientalem ; ecclesiam catholicam unam fuisse etiam tempore schismatis occidentalis, ubi hoc centrum defuit.

Omnia tamen papae iura unitate ecclesiae posci probari posse non videtur; velut potestatem leges dandi. Vl. Solovjev quidem monarchiam unitate postulari existimat AAV VIII 186 infra ; cf. La Russie et l'Egl. univ. 157. Potius addita aliqua ratione argumentum confici potest: monarchiam esse optimam formam ; certamina enim in mente monarchae minus periculum ferunt divisionis quam certamina rempublicam administrantis; apes regem habent (cf. Donoso Cortès, Œuvres[2] III P. 1862, 61-70). Nectar., p. h., Confut. imperii papae 1702, 193-7 respondet : monarchicum regimen longe esse praestantissimum, quando optimus imperium administret; optimum autem semper est difficilius aut omnino impossibile... Difficilius decipiuntur aut pervertuntur qui ex aristocratia gubernant aut corrumpuntur vel per munera vel per affectus. Immo res publica securior est et ibi bonum est magis communicatum etc. J. N. Figgis, vero, Churches in the modern State L. 1913, 153 eam opinionem eodem modo falsam esse dicit quo opinionem de rei publicae « omnipotentia » It attempts to ignore the fact that the force of State action is a synthesis of living wills, no mere logical theory deduced from the notion of unity (154). A doctrine which denies reality and all self-developing life to the parts of the body politic is in religion yet more disastrous than in civil society, because in the long run it must destroy the springs of spiritual life in the individual conscience. Wherever blind obedience is preached, there is danger of moral corruption. Cf. de hoc argumento Fr. P. Kenrick, The primacy of the apostolic see[3] 1848 115-30 ; D. Palmieri, De Rom. Pont. 354-63 ; Gutberlet, Lehrb. d. Apologet.[2] III 116-7 ; aep. Antonïj {Xrapovickïj}, Prevosxodstvo pravoslavïja nad uč. papizma {c. Solovjev} in Polnoe Sobr. III 1900, 5-42 ; Morawski-Overmans, Abende am Genfer See[2] 1906, 222-4 ; A. Straub in AIICV 51-9.

*c.* Argumentum sumptum e libertate ecclesiae. Evg. Trubeckoj summam auctoritatem postulat, quae libera sit ab omni vi potestatis civilis, societatis laicae. Vl. Solovjev vero libertatem censet postulare auctoritatem internationalem (ib. 192. 193). A. Bajkov libertatem ecclesiae catholicae ab aucta romani episcopi auctoritate repetit, Sl. l. th. II

(1) « Sine quo supremo capite {patriarcha} episcopis agere velle quidecumque sic non est possibile quemadmodum membris sine principio vitali ordinarium cursum et motionem habere. » Episc. russ. resp. Sorb. ap. Gerdil, Animadversioni sul piano.. Opp. 4, 1847, 772.

181-2. Cf. DÖLLINGER, L'Egl. et les Egl. 1862, 27-8. Certe vix umquam ecclesiae catholicae exprobratum est quod serva esset (TONDINI, Le pape de Rome 1876, 272). Sed. T. G. TERNER in Pr. Ob. 1884 II 231 negat ecclesiae libertatem protegi summa potestatis ad unum papam delata (cf. TH. ENGERT, D. Sünden d. Päpste 1910, 47), verum « охранительнымъ началомъ авторитета вселенской церкви является самая ея экстерриторіальность ». Cf. Question religieuse d'Or. et d'Occ. Par. 1853, 30-1.

δ) *Quid de hac re ipsae ecclesiae* — non theologi — *doceant.*

Graeca communi consensu negat ius esse papae regendi ecclesiam graecam.

Romana ecclesia docet papam in ecclesia (romana) habere non solum officium inspectionis et directionis, sed plenam potestatem (DENZ[10] 1831); in capite vero dicit primatum esse de iure divino. Neque hoc referri posse videtur ad solam determinationem generalem primae enuntiationis, sed etiam ad addita particularia; etsi enim haec esse conclusionem e prima non sit dicendum esse definitum, utpote obiter dictum, tamen quo sensu illa intellecta sit, inde manifestum est; nisi defendis rem concludi ex institutione primatus divina, quae dumtaxat commemoretur. Ceterum cf. Rech Sc Rel VIII 1917, 143.

M. LUBIĆ.

## De infallibilitate ecclesiae.

A theologis orthodoxis non solum dogma vaticanum negatur sed multa quoque fundamenta quae in eo defendendo assumi solent. Quapropter ut res accurate tractetur aliquot controversiae particulares hic sunt commemorandae.

Quaestionis exponendae hic sit ordo :

§ 1. *Quid valeat rerum divinarum conceptio, quae, condicionibus ad vitam supernaturalem idoneis positis, e propriae mentis meditatione, ex experientia usu comparata, e traditione nascitur in singulis.*

In hoc capite enitendum est, ut cognoscamus quid orthodoxi intellegant, cum solos sanctos infallibiles esse dicunt, velut A. LEBEDEV, O glavenstvě papy. Spb. 1887, 67-70.

Omnis rerum indagatio eo nititur, quod persuasum nobis est homines singulos (non solum genus humanum) iusti ingenii aptos esse ad verum intellectualiter (non solum cognitione intuitiva vel pragmatica) (1) cognoscendum idque longe ultra vitae necessaria, etsi inda-

(1) Pragmatistae alii sunt individuales, velut W. R. INGE, Faith and its Psychology 1910; ali sociales ut D. S. MEREŽKOVSKÏJ (cf. N. BERDIAEV in RM 1916 VI 62). Cf. E. Y. MULLINS, Freedom and authority 1913.

gatio temporis et spatii finibus circumscribitur. Constat tamen non omnes homines ad veram fidem pervenire, quamvis magni momenti ad usum vitae singulorum sit religio; nec nos, qui credimus, sumere possumus fidem nostram a vero alienam esse aut verum a nobis non cognosci nisi casu. Cf. J. Didiot, Logique surnatur. objective 1892, 59. Concludendum igitur videtur esse, res veras quae pugnent cum iis quae homines vulgo seu naturaliter sentiant, cognosci saltem intellectualiter per se non posse, nisi certis quibusdam condicionibus, quibus veritatis studiosi (ὁδηγήσει; cf. A. C. Downer, The mission and ministration of the H. Sp. 1909, 194) a servitute huius mundi liberemur; познаніе истины требуетъ духовной жизни и слѣдовательно есть подвигъ. А подвигъ разсудка есть вѣра, т. е. самоотрѣшеніе. P. Florenskïj, Stolp i utv. ist. 1914, 147; cf. A. Vetuxov, Osnovy vĕry i znanïja 1915, 60; Ios. V. Mixajlovskïj, Očerki filosofïi prava I. Tomsk 1914, 29 (1). Res propterea eiusmodi condicionibus obnoxia esse potest quod cognitio impeditur obscuratione qua res huius mundi ob primum lapsum obvolvunt verum mundo adversum. Quae condiciones cum implentur, verum religionis cognoscitur saltem praecipuum; ut minora cognoscantur, rationis lumen adhibendum est diligenter ad haec vel illa cognoscenda (2). Cf. L. Laberthonnière, Le réal. chr.[3] 1904, 110. Hoc modo prophetae — philosophia historiae duce — redemptorem aliquem venturum esse cognoscere potuerunt; apostoli Christum verum redemptorem esse; homines omnes Deum esse, hominibus providere, homines religionis officiis obligari cognoscere possunt; christiani — religionem christianam esse veram. Michaëlis (AAV VIII 207) sententia eiusmodi condiciones sunt imprimis : ne in animo sit chaos, sententiarum plena incertitudo, affectionum levitas, infirmitas voluntatis. Quam animi praeparationem effici existimat proprietate naturae animi et eorum quae historia et condicio eius vitae ferunt.

Michaëlem eiusque socios in hac re stare a Blondelio, prout eius sententiam exposuit Bern. de Sailly in Ann. de philos. chr. 84, 1912-3, XV 140 ss. 364 ss. et maxime XVI 5-45; 150-90 manifestum est; eadem alii comprobarunt (P. Rousselot, Les yeux de la foi

(1) Религія исходитъ не отъ разума, она есть живое непосредственное общеніе съ Богомъ, Абсолютнымъ Источникомъ всей міровой жизни; тутъ всецѣло область вѣры, тутъ удовлетворяются запросы нашего сердца, нашей воли. Cf. etiam P. Gardner, Modernity and the Churches II Essential Nature of Faith 1909; E. A. Edgehill, Faith and Fact. L 1910; K. Ziesché, Verstand. u. Wille beim Glaubensact. 1909

(2) Devotion and acumen, insight and observation, reverence and logic must go hand in hand, and each contribute its own special offering to the temple of truth. J. Drummond, Studies in Christian Doctrine. L. 1908.

in RSR I 241-59; 444-75; cf. V 1 ss.; AUG. VALENSIN in D Apol.[4] II 579-93; ALB. VALENSIN ibid. 593-612 cum bibliogr.; cf. etiam T. A. LACEY, The two witnesses in JThSt 1909-10 XI 55-60; Thom. A., In l. 3 d. 35 q. 2). — Alii autem theologi catholici hanc opinionem reiciunt; cf. ST. HARENT in DThC VI 237-78 (contra Rousselot 260-78); KLEUTGEN, D. Theol. d. Vorz.[2] 1874 V 391 s.; S. SCHIFFINI, De vera relig. 1908, 481-6.

Verissimum est vera « supernaturalia » cognitione rerum, quae educatione huius mundi propria contineatur, esse subliniora; a Patre revelantur Mt 16, 17; saltem per se θεοδίδακτος διδασκαλία, ἥτις τοῖς καθαροῖς γίγνεται προσομιλητή, τοῖς δὲ ἀκαθάρτοις ἀνέπαφος. NIK. HO KERAMEUS ap. DOS., T. karas 1705, 18-9. Si enim sunt, qui condicionibus illis non impletis eadem cognoscunt et fideles appellandi sunt, non extrinsecus tantum cum fidelibus comparandi, per accidens id fieri dicendum est. Quodsi praeambula quaedam fidei sine illis condicionibus cognosci posse contenditur (cf. DThC VI 273) non est necesse nos contraire. Ceterum cf. de hac quaestione § 7.

Iam quaeritur de obiecto huius cognitionis, utrum ad usum tantum pertineat (cf. FILARET, Pravosl. dogm. bog. I 22 когда эти догматы предлагаютъ правила для жизни) nec sit nisi quasi quidam focus subiectivus studiorum moralium (contra hoc cf. H. PINARD in D Apol[4] I 1139-40; Io 4, 22 ὃ οἴδαμεν), an etiam ad rationem saltem eo modo quo experientia aesthetica de artis operibus iudicatur. Cf. CH. A. BRIGGS, Church Unity 1910, 225. Porro, si obiectum hoc verum rationis est, quaeritur, utrum totum certo cognoscatur an pars tantum, vera philosophiae propria dico vel etiam ea, quae, si occasio data est, de natura Christi et rebus ex ea concludendis (sive de persona Christi iudicatur ab aequalibus, sive ab iis quibus de eo a maioribus traditum est) ab homine iusto intelleguntur, non autem ea quae cum fide in Christum necessario conexa non sunt, etsi simul cum ceteris rebus fidelibus tradi solent (1).

(1) In hac opinione exponenda singula accuratissime persequitur W. G. WARD, The ideal of a Christian Church L. 1844), cuius sententias praecipuas rei conclusionibus illustrandae gratia exscribimus :

p. 517. I. Holy men are the great fountains, from which moral and religious truth flows to the world if a Revelation be given, they are its authorized interpreters; if there be a living authoritative tribunal, their spiritual experience furnishes materials for the decrees of that tribunal, if no special Revelation, on them must the task be imposed of collecting and discriminating the various scattered traditions, which are afloat in the current of human speculation.

II. In order however to apply the principles, which they originate, intellectual gifts of the highest and rarest kind must be called into exertion. As one instance out of many — it is necessary to appreciate rightly, 1. the circumstances under which they were placed when they gave expression to some concrete opinion, —

Praeterea rerum propter se cognoscendarum veritas alia est absoluta, i. e. idem plane obiectum menti cuivis in quavis condicione vel tempore constitutae se offerre debet; alia relativa, secundum illud quidquid recipitur, per modum recipientis recipitur; i. e. philosophus, physiologus, rusticus, civis patriae caelestis idem credunt, corpus nostrum ad vitam esse rediturum, diverso modo rem concipiunt; vel, ut N. Glubokovskïj, O vtorom posl. sv. Ap. Pavla k Tessal. PG 1915, 85, de revelatione dicit приспособляется въ своемъ

not only as to their external and more obvious features, — but (what is very far more important) as to the general habits of thought, action, and feeling then prevalent, which make up the very atmosphere. as it were, in which alone their words would carry to our ears their true sound; and 2. the circumstances under which we are placed, as to the same particulars. So difficult it may be, on some occasions, from their expressions to learn their opinions, and from their opinions their mora judgments.

p. 518. III. Their moral judgments are themselves authoritative, in proportion as the whole circumstances, bearing on the case, were fairly presented to them. Hence it is highest, and it may be truly said infallible, on subjects simply divine, contemplative, devotional; the Trinity; the Incarnation; the Eucharistic Presence; Grace; the immutable obligation of the Moral Law; the glory of celibacy; the preogative of St. Mary and other Saints; and many others.

IV. Next to such matters as these, their judgments deserve our submission, in proportion as they refer to a state of external things habitually present to their minds : while even on these, an inferiority on their part of intellectual 'power will most materially affect their authority; as making it less probable that the facts of the case have been brought before them, as it were for judgment, — in their true colours, and with all their mutual relations explained or understood.

V. On a state of things, in the midst of which they have not practically energized, unless they had a very high and unusual degree of genius and imagination, their judgments may be... even utterly baseless, mistaken, untrustworthy. For example, their judgment on the moral and religious character of some heretical body, living and acting in the midst of them, would probably be altogether final and decisive; while their judgment on a similar body, at a distance from their own experience and sphere of action might be of no real weight whatever.

VI. I have already mentioned one class of subjects, in which it frequently requires the highest intellectual power, to derive a knowledge of the moral judgment of Saints from their expressions or even from their opinions. Under quite a different head, the same difficulty is experienced; viz. in rightly understanding what those Heavenly Objects are on which their faith and spiritual life was fed, in the midst of the vague and sometimes discordant intellectual shapes into which they may have learned to throw their religious impression... I have said, that it is difficult... I should rather have said — impossible to those who have not in other ways (e. g. as being taught by the existing Church and having acted on her teaching) mastered the sacred ideas; but, on the other hand, not very difficult, if there be sufficient intellectual power, to those who in their measure have so done; etc. usque ad XVIII p. 532.

обнаруженіи къ уровню воспріятія; insuper alio tempore aliae doctrinae humanae florent (1).

Sed etsi sumitur homines iustos in rebus religionis purissimam posse attingere veritatem, ipsi tamen tuto discernere non possunt quid certo sciant quid opinentur, quippe cum multa « pie credi » possint quae vera non sint, multae opiniones praeiudicatae cum vero cognito coniungi (velut in ipsis apostolis; cf. GLADDEN ap. E. J. WIDDOWS in The Constr. Quart. 1915 III 402) sicut homines accuratissimi et rectissimi ingenii in rebus humanis erroribus obnoxii sunt. Veritas cognitionis religiosae hominum iustorum comparari potest cum veritate sensus communis (le bon sens) in rebus profanis; hunc A. TH. P. DE BROGLIE, Le positivisme et la science expérimentale I 1880, 30 dicit semper esse verum, sed modo imperfecto, numquam errare, sed veritati semper appropinquare; corrigi eius notiones posse methodo « approximationum successivarum » (31-2) (2).

Quomodo ad alios homines ea, quae iusti in rebus religionis sentiunt, pertinent? Eo modo quo ea quae viri docti in sua arte pro certo habent qui se rei operam non dedisse, cognoscendae rei viam se non iniisse sibi conscii sunt, opinioni suae, peritis contrariae, fidere non possunt. Ceterum ne peritissimi quidem alios aliter iuvare possunt nisi ut internuntii qui materiam suae cognitionis aliis suppeditent animis eorum cognoscendam, sicut illis ipsis traditio alia aperuit alia cognitu faciliora reddidit.

### § 2. *Quid valeat consensus fidelium christianorum in aliqua doctrina.*

Omnes theologi aliquam vim consensui fidelium tribuunt (cf. MAKARÏJ, Vvedenïe v pr. bog.[3] 1863, 412-4); ante concilia oecumenica hanc fuisse normam ait SINTHERN in AAV VII 32; sed quomodo haec vis explicanda sit, controvertitur.

Consensus distinguendus est *a*) si natura eius spectatur : *α*) firmus seu persuasivus *β*) infirmus seu opinionis; *b*) si obiectum eius spectatur : *α*) in agendo positus; et in hoc aestimando secernenda est ipsa usus excellentia vel aequitas (velut repetendi rationem mali quod ali-

(1) Non posse distingui inter terminologiam relative tantum veram et obiectum absolute verum vult Merchich in ThQ 92, 1910, 590. 601. — L. BURTON, The Renewing of Catholicism 1916, 29 hoc modo definit dogma the « metaphysical aspect » of « objective realities » given to the collective consciousness of a spirit-guided community.

(2) Fontes errorum in rebus religionis hos recenset J. DRUMMOND, Studies in Christian Doctrine 1908, 61-74 1) incapacity for intellectual formulation 61-2; 2) failures in the religious consciousness a) want of proper balance in its contents 62-4; b) absence of some of its constituents 64-5; c) reliance on a prejudice or idiosyncrasy 65-6.

quis prudens fecit) a veritate opinionis qua hic usus vel nititur vel niti videtur (liberi arbitrii). VASQUEZ quidem In III dp. 227 c. 3 dicit : Quod attinet ad essentiam et substantiam sacramentorum, ecclesia semper eam doctrinam dictis et factis probavit quae certa et indubitata est; at vero quod attinet ad alia accidentaria, non omnino indubitatam sed probabilem opinionem aliquando in praxi secuta aliquid fecit, tametsi non tamquam certum dogma fidei declaravit. — De usu (improbando?) haereticos reordinandi (conc. nic I cn 8, DENZ.[11] 55) et rebaptizandi (cn 19, DENZ.[11] 56; CYR. HIER., Procatech. n. 7 M. 33, 346) cf. HEFELE[2] I 407 ss.; STRAUB, De eccl. II 420-1; SALTET, Les réord. etc. — β) in cognoscendo positus sive in cognitione viva i. e. actionem nostram determinante sive inerte; illum solum ad fidem refert J. DRUMMOND, Studies in Christian Doctrine 1908, 39 (1).

1. de rebus profanis iisque vel simplicibus « phenomena », non « analysis and interpretation of phenomena » G. TYRRELL, Medievalism 1908, 82), velut de phaenomeno motus solis; vel subtilioribus; et in his — et idem dicendum de rebus subtilioribus non profanis — consentitur vel ante problema positum, ante reflexionem, velut cum motus solis qui videbatur verus haberetur, vel postea, consideratione rei a plurimis vel a clarissimis instituta, velut cum systema copernicanum passim verum habetur, vel cum obiectum sensationis cum ipsa re a vulgo confunditur. — 2. de rebus ad res religionis propius accedentibus, quae tamen nec ad « fidem » nec ad « mores » pertinent, sive philosophiae sive historiae debentur; velut notio temporis vel ea quae praeter res fidei et morum in scriptura sacra continentur. — 3. de rebus proprie ad religionem pertinentibus, sive earum cognitio ad extremum repetitur ab aliqua revelatione (per Christum facta) sive manat e fontibus humanis (philosophiae, historiae), sive partim ex his, partim ex illo fonte hausta est vel esse existimatur. — 4. de rebus mixtis, quarum pars religionis propria fortasse certitudine differt ab altera parte.

*c*) Si origo consensus spectatur : α) consensus qui efficitur oboedientia erga auctoritatem legitimam (velut in ecclesia romana erga congregationem decernentem); — β) qui efficitur una eademque instruendi ratione recepta in aliqua societate (velut cum systema s. Thomae in seminariis catholicis sequimur), vel vi quam multitudo in unum coacta in animos singulorum exercere solet (velut Leibnitz ait aliter homines sentire in unum congregatos, aliter dispersos; cf. PROMPSAULT, Discussion, ap. PALLAVICINI, Hist. du C. de Tr. III 1845 col.

(1) Doctrines may indeed be accepted on authority; but that doctrine is not believed, though it may not be denied, which is utterly inoperative in the life. It lies in the mind as a dead thing; and not till the soul recognize the doctrine as an answer to its own earnest cravings, is the lifeless assent changed into a kindling faith.

1001 n. 1020) vel modis similibus. Cf. TYRRELL, Mediev. 82. — γ) qui eiusmodi momentis obnoxius non est.

*d*) Si copia consentientium consideratur : absolute universalis omnibus temporibus et locis; absolute generalis certo temporis spatio; vere generalis, sed non sine exceptionibus, etiamsi soli homines sani considerantur; relative tantum generalis. Hic solus in disputationibus afferri potest.

Iam vis quaedam positiva consensui tribui potest, repetenda *a*) ab interventu proximo Dei extra naturae ordinem (μηχανικῶς K. ANDROUTSOS p. 291). Cf. CH. A. BRIGGS, Church Unity 1910, 235. — *b*) a providentia ordinaria, quatenus natura ipsa provisum est, ut homines sanae rationis nascantur et saltem ecclesiae institutione, ut iusti evadant. — *c*) ab interventu Dei particulari, sed interposita causa aliqua, qua proxime consensus efficitur. Hoc statuitur, cum discrimine inter ecclesiam docentem et discentem introducto, ecclesia docens subiectum immunitatis erroris proximum dicitur. Cf. MAKARÏJ, Vvedenïe v prav. bog.[3] 1863, 407. — *d*) a providentia Dei ordinaria, sed interposito magisterio ecclesiastico, non solum quatenus res gestae nisi per nuntios vel magistros cognosci non possunt (cf. 2 Tim 2, 2), sed etiam quatenus immunitas erroris in consensu fidelium ita pendeat ex immunitate magistrorum, ut nisi magistri cuncti errare non possent, fideles in errorem communem inducerentur saltem in aliquibus rebus. Res manifesta esset, si credere nihil esset nisi passive recipere res a catechistis propositas; sed constat fideles, qui ab arianis magistris abhorrebant, passivos in credendo non fuisse; quorum fides non erat contra magistros in universum sumptos, sed hoc non quaeritur (cf. BAINVEL, De magisterio vivo et traditione 1905, 98).

Ii qui solos homines sanctos erroris expertes esse aiunt, fieri posse negant, ut tota generis humani nobilitas, omnes qui in ecclesia sancti sunt seu per quos ecclesia vere vivit, qui « conscientiam christianam » (cf. ep. SILVESTR ap. A. PALMIERI, Il progr. dommatico 76) exhibent, in errore consentiant, de quibusdam rebus; et si certarum rerum cognitio e iustitia hominis non pendet sive fidem praecedunt sive eam logice sequuntur, eam etiam ipsam sanam plurimorum rationem praeterire non posse apparet. Sed in quibus rebus errari non potest? Solent theologi orthodoxi auctoritatem rerum a conciliis definitarum a consensu fidelium subsequenti repetere. Dicet TYRRELL, Medievalism 1908, 83 The metaphysical decisions arrived at by many of the great councils were certainly not such as could receive the slightest confirmation from the subsequent general consent of the Church. What could ordinary Christian experience witness as to the precise mode of the Eucharistic presence, or as to the curious problems about grace? Indeed, it is difficult to imagine how there could be any sort of significant acceptance of propositions that, when closely examined,

are often found to be mere collocations of words, to which even the theologians, if pressed, are unable to attach the slightest intelligible meaning. Cf. {LARROQUE}, Considérations sur la nature de l'Égl. Quév 1673, 256; JOHN HALES, Several Tracts 1716, 173-4 qui a guit ex e rore utriusque partis de paschate celebrando, etc.

Alii consensum quicquam probare negant, si non sua sponte nascatur Das christliche Volk soll über die Wahrheit einer theologischen Lehre entscheiden! Erst predigt man « dem christlichen Volk » einen bestimmten Satz Jahr aus Jahr ein vor; und wenn ihm dann endlich der Kopf davon voll ist, dann ruft man pathetisch aus Das christliche Volk glaubt dies und das, also muss es wahr sein! Wenn das nicht ein circulus vitiosus der schlimmsten Art ist, dann gibt es einen solchen überhaupt ni ht mehr » Das XX Jhd. IV 1904, 26. Similiter KENRICK (ap. SCHULTE, Der Altkathol. 267 s.) negavit eos qui ex oboedientia decretis se subiciant, vere ea agnoscere dici posse.

Si solum iudicium singulorum aliena opinione non imbutorum aliquid valet, sequi videtur veritatem obscurari decretis congregationum, nisi rei contrariae evidentia superet oboedientiam.

Utcumque res est, si in sola o r d i n a r i a providentia sistitur, tenendum est, in rebus religionis omnino propriis errorem firmum communem apud sanctos occurrere non posse; quod igitur Christum faciei suae lineamenta posteritati tradidisse crediderunt, aut rem ad religionem proprie pertinere aut eam firmiter creditam esse negandum est. Sin e x t r a o r d i n a r i u m auxilium sumitur, velut modo sub *c*) indicato, probandum est.

Multi orthodoxi simile discrimen N. T. proprium inter ecclesiam docentem et discentem statuunt (contra protestantes; cf. G. BUCANUS, Institutiones theologicae 1609, loc. 41 c. 33 p. 478 etc.) ac nostri theologi: potestatem docendi non esse datam toti fidelium coetui et apostolis deinde demandatam, sed a Christo proxime institutam esse inaequalitatem ecclesiae in docendo. Cf. Études de théol., de phil. et d'hist. 1859 I p. 75 (GAGARIN); MAKARÏJ, Vvedenïe v prav. bog.[3] 1863, 398 qui affert Eph 4, 11-5; Act 20, 28; Hebr 5, 4 13. 17; VL SOLOVIEV, Istorïia i buduščnosti eokr. I 1887, 386. 393; Anon., Dogmat. Erörterungen. Berl. 1893, 6; Sl. l th. V, 3-4 etc. Aliter sentiunt A. XOMIAKOV, Sočinenïia[3] 188. II 61-8. 140. 190-1 (cf. W J BIRKBECK, Russia and the Engl. Ch. 94-5; id. in The Russsian Church 1915, 37); ANTHIMUS VI (cf. Birkbeck in The Russ. Ch. 37). Etiam VL. TROICKÏJ, Očerki iz ist. dogm. o erkvi SPos. 1912, agnoscens p. 196 similiter ac FILARET, Pr. dog. bog. II 1864, 412-3 Christum episcopos ut veritatis magistros constituisse (cum alii negent primitus episcoporum aut diaconorum fuisse docere, sed potius presbyterorum; cf. H. LIETZMANN in ZwTh XX 1913, 99), dicit tamen p. 201: Какъ можно видѣть изъ пастырскихъ посланій, ап. Павелъ сохраненіе вѣры

въ чистотѣ и неповрежденности не считаетъ призваніемъ исключительно отдѣльныхъ лицъ или одной какой-либо церковной должности (срвн. V. MYŠCYN, Ustrojstvo xr. cerkvi str. 122). Вся церковь есть столпъ и утвержденіе истины (1 Tim 3, 15). Qui negant etiam medio aevo (aute HUGONEM DE S. CHARO ad 1 Tim 3, 15: Opp. t. VII Ven. 1754 f. 213[b]) ecclesiam in hierarchia positam esse (praeterquam a papis NICOLAO I ep. 86 et INNOC. III Reg. 7, 42), sed creditum esse, quaecumque ecclesiae promissa essent, societati clerum et fideles complectenti esse promissa, per clerum ecclesiam universam fidem suam enuntiasse et sua iudicia esse exsecutam (cf. JOS. LANGEN, D. Vatican. Dogma 1871 II 115-6; III 89, qui affert e. c. PETRUM VENER., C. Petrobrus. M. 189, 738; HAYMONEM HALB. ad Ps. 149 M, 116, 692 CD). Negant igitur episcopatum ius habere alteram partem docendi, sed solum officium doctrinam ecclesiae fideliter servandi eamque data occasione profitendi; errare theologos qui putent fideles primum sibi persuadere debere Christum collegium pastorum constituisse, qui certis quibusdam condicionibus servatis ab errore immunes essent, deinde cognoscere, quae sint condiciones illae, denique eruere in decretis quae ei proponantur illud collegium ab errore liberum fuisse. Cf. GUETTÉE in L'Un. chr. VI 329-30; XV 153. — Rei argumenta invenies ap. OTTIGER, Theol. fund. II 1911, 241-5.

DOSITHEI Conf. decr. 12 (KIMMEL, Monum. I, 444-5) contra non populum christianum sed praepositos erroris expertes esse statuitur. Rem A. PALMIERI, Il progr. d. c. IV 123-30 efficere conatur; sed etiam theologi catholici de ea disputant (cf. FR. MELCH. CANUS, De locis th. ed. Migne, Curs. th.[2] I 297-308, l. 4 c. 4 et 5).

Contra opinionem eorum qui ab ecclesia docente divinitus adiuta consensus fidelium auctoritatem repetunt rationis argumentum affertur hoc: notionem ecclesiae docentis non esse satis claram; iuvanturne catechistae docentes an episcopi a docendo abstinentes, an utrique? An auxilium extraordinarium Dei potius ad consecrandos clericos quam ad docendos fideles pertinet? An catechistarum munus divinitus institutum est? Haec non solent ab iis qui opinionem illam tenent, accurate explicari. Cf. tamen BAINVEL, De mag. vivo et trad. 1905 n. 15.103 p. 18-9. 106-7.

Argumentis historicis autem probari putant, discrimen inter ecclesiam docentem et discentem simul cum auctoritatis summa magistratibus, i. e. episcopis, delata, deberi to the legalist temper, increasingly operative as the Church at once conquered, and was conquered by, the Empire. The tendency to claim for the hierarchy the exclusive custody of revealed truth, and a plenary inspiration for the determination of disputed points of doctrine and practice, grew with the growth of their administrative authority. A. E. J. RAWLINSON, The Princ. of Auth.,

in Foundations 1912, 370. Cf. A. P. LEBEDEV, Sobr. X̌ Dux̌. 1905, 127-30 et A. J. CARLYLE, The Church in Contentio Veritatis 1907, 259. Insuper dicunt historiam testem esse negati ecclesiae docenti peculiaris charismatis; velut N. P. AKSAKOV, Dux̂a ne ugašajte. PG 1895, 48-58; 69-70; J. DRUMMOND, Studies in Christian Doctrine 1908, 105 What is the good of an infallible authority which leaves its subjects a prey to degrading superstitions and fiendish cruelty and has to wait on the progress of a freer religion and a wordly science to bring it to a better state of mind? — E scriptura affertur 1 Cor 16, 29 (AKSAKOV l. c. 71); 1 Thess 5, 9-11; Hebr 3, 12. 13 etc. (id. p. 28).

Qui discrimen inter ecclesiam docentem et discentem agnoscunt, non omnes, ut ex parte iam innuimus, eodem modo rem intellegunt. G. TYRREL quidem ecclesiae docentis esse dicit: interpretari, in formulas redigere, promulgare ecclesiae mentem collectivam, sicut iudicis non est ferre legem, sed interpretari; fidei et usus ecclesiae testes sunt, non auctores; non loquuntur ex cathedra, nisi quae ipsa dicit enuntiant (1).

Si constat omnes quandam rem credere et si consensus hic veritatis (saltem relativae) testis certus habetur, debent eam agnoscere et credere qui ita sentiunt; motivum credendi primario ac per se non erit auctoritas Dei revelantis nec ecclesiae docentis sed consensus sanctorum; sitne tum de fide loquendum necne (cf. S. DI BARTOLO, I Criteri theologici 1888, 69-70), v. § 7.

Restat, ut quaeratur, num praeter haec de quibus omnes fideles consentiunt, alia certo cognosci et ab auctoritate ecclesiastica ad credendum proponi possunt. Illud negandi ratio nulla est, hoc tamen statui posse non videtur, nisi de consensu omnium temporum quaeratur. Nam de quavis doctrina ab ecclesia ad credendum proposita « saltem una ex tribus notis canone lirinensi assignatis necessario verificatur: videlicet nisi simul ubique et semper et ab omnibus credita sit, saltem aut nunc ubique in ecclesia creditur aut in communi et indubitata antiquitatis {quoque} professione continetur aut communi et expresso consensu a probatis diversorum temporum et locorum magistris ecclesiae catholicae proposita est. » IOS. MÜLLER, De Verbo Dei Revelato. Oenip, 1912, 106-7 (contra FRANZELIN, Thes. 24 I). Cf. BAINVEL, De magist. v. 1905 n. 57.

### § 3. *Quid valeat christiana traditio.*

Notum est quosdam theologos orthodoxos olim vim traditionis reie-

(1) Medievalism 53 If you mean that the tradition lives exclusively in the collective episcopal conscience .., your meaning is repudiated by all the Churches of the East and was vehemently disputed in the West till, in 1870, it was apparently but not really approved by the Vatican Council. Cf. Ios. PICCIRELLI, De catholico dogmate universim. Neap. 1911, 24.

cisse (T. PROKOPOVIČ, vel potius SAM. MISLAVSKÏJ in illius Christianae orthodoxae theologiae t. I 1782, 12. 265 etc.; FALKOVSKÏJ, ep. Cigirinensis, Christiana orthod. th. M. 1802 I 34), vel saltem flocci fecisse (SILIVESTR {LEBEDINSKÏJ}, Compend. M. 1805, 69: principium primarium et apodicticum est scriptura, traditio solum secundarium et probabile; ep. IUVENAL, Xristïanskoe bogoslovïe I M. 1826, 104; FILARET, ap. W PALMER, Notes of a Visit 1882, 518); nunc autem disputari sitne eadem eius vis ac scripturae id quod in epistula orientalium patriarcharum ad Iniuratos decr. 2 MANSI 37, 543 statutum est; cf. FILEVSKÏJ, Uč. sv. Vik. Lir. o sviašč. pred. i ego značenïe. Spb. 1897; I. S. in Curkoven Vēstnik 1905 etc.; an traditio sit scriptura inferior. Etiam Makarïj loquitur nonnumquam acsi revelatio et scriptura idem sit (cf. A. PALMIERI, Theol. dogm. orth., Prol. I 21). De re exposuerunt Anon. in Xr. Čt. 1829 t. 34, 314-22; [EVGR. BENESKRIPTOV,] Ob istočnikax xrist. ispovēdanïia[2] Spb. 1861; PORF. USPENSKÏJ in Prib. k tvor. sv. otc. 1863, 1-94; FILARET, Istorič. uč. ob otcax c. I 1882 p. XVIII; P. PONOMAREV in Prav. Sobes. 1903; M. D MURETOV, Ərnest Renan i ego Žizni Iïs Spb. 1908, 139-56; VL. TROICKÏJ, Očerki iz ist. dogm. o c. 1912, 170-87 etc. Cf. {R. SIMON}, De l'inspir. des livres sacrés; H. SCHELL, Kath. Dogm. I 1889, 28-97 etc.

Mirum non est (etsi negas protestantes ad hoc quicquam contulisse), ab iis scripturae auctoritatem augeri, qui quicquam symbolo concilii — non apostolorum! — inseri posse negarunt. Ceterum quid de scriptura sentiant alio capite perstringendum est.

Saltem aliqua, quae christiani credunt, traduntur iis ab aliis. Haec actio vocatur traditio (1). Eius testes sunt testes fidei alicuius temporis et testes fidei sunt testes traditionis, si quidem ea, quae ab omnibus christianis aliquo tempore creduntur, eo tempore etiam tradi aliis sumendum est. Alia est quaestio: fuitne haec traditio necessario semper eadem et suntne omnia quae continet, tradita iam a Christo vel apostolis.

Testes fidei alicuius temporis possunt esse vel ii qui eo tempore aliquid ab omnibus creditum esse vel omnibus traditum esse testantur, vel etiam ii qui quid ipsi credant vel doceant memoriae tradunt. Hoc modo rem de qua omnes alicuius temporis episcopi consentiunt, veram esse probatur (cf. CYR. ALX., Ep. 17 M. 10, 108, D). Sed etiamsi solum aliquos testes habemus, idem efficere possunt, si certae quaedam condiciones implentur. Si enim eorum scripta a plurimis

(1) Vox traditionis vario modo accipitur. Alii traditionem appellant quod nos revelationem verbalem dicimus in opp. ad scripturam vel revelationem in scriptura non contentam. Alii ea voce ecclesiae docentis decreta vel consensum significant, alii revelationis olim factae testimonia vel etiam expositionem sensus scripturae ab ecclesia traditam.

leguntur, cognoscuntur etiam a viris qui veram fidem habent et simul verae fidei conservandae vel zelum (ut Hieronymi, Bernardi), vel etiam munus (ut Cyrilli, Augustini). Quapropter contra complurium auctoritate eminentium patrum errorem, si quando exstitisset, contradictores surrexissent. « Id enim necessarium fuisset, sive spectatur generatim novitatis et haereticae pravitatis horror qui in antiquitate vigebat, sive in specie consideratur obligatio et studium magistrorum authenticorum integre depositum fidei conservandi et assistentia divina, qua in hoc munere reguntur. » Ios. Müller, De Verbo Dei Rev. 1912, 141.

Quin etiamsi considerantur omissa quaestione sintne testes fidei suae aetatis, testimoniis eiusmodi scriptorum aliquid effici videtur, si convenientia sunt. Nam aliquo modo etiam hic illud valet : falsum non potest esse de quo homines indole, aetate, origine, animi disciplina inter se diversi consentiunt; causae enim erroris non sunt universales sed particulares; tamen de omni consensu id concedi non potest (cf. RSR 1917, 147-51).

Hoc modo vis traditionis ad vim consensus fidelium revocatur. Cf. Filaret, Prav. dogm. bog. I 21. Auctoritas eius impugnari solet argumentis e chiliasmo quondam credito (sed non ab omnibus; cf. Iust., Dial. c. Tr. c. 80 etc.) aliisque, quae examinari hic non iuvat (cf. Franzelin Th. 16; De San, De div. trad. n. 236 ss. etc.).

Quaeritur num praeterea aliqua vis traditioni tribuenda sit.

I. Si voce traditionis significatur traditio antiqua, fides primorum ecclesiae saeculorum, tribus modis aliunde accedere potest aliquid auctoritatis. 1° Michaëlis ep. sententia tempora prima cognoscendis rebus religionis aptiora erant « Optime parati erant animi Iudaeorum, tot saecula religione culti. Sed etiam ethnici illius temporis bene dispositi erant... Tempore procedente ob verae animorum dispositionis inopiam tutum iam non erat inspirationi personali confidere. Qua de causa traditio historica vivae vocis spiritus S. locum obtinuit, id quod ipsa fidelium conscientia poscebat, qui discrimen inter se et primos, qui regenerationis compotes facti erant, perspexerant. Hoc modo educatio christiana naturam historicam nacta atque externae auctoritati ecclesiae subiecta est ». AAV VIII 207-8. — 2° Quatenus in rebus quae a Christo vel apostolis traditae erant discendis primi christiani propter intermedios nuntios pauciores, minus erroribus patebant, eorum testimonium historicum magis valere potest. — 3° Si tenetur nihil aliud christianis credendum esse nisi quod ab apostolis iis traditum est, negativum primae ecclesiae testimonium decretorium est. Eo totam consensus ecclesiarum vim revocat A. v. Harnack, D. Miss. u. Ausbr. I 1915, 393-5.

II. Quaeritur, num traditio vel fides alicuius temporis omnia contineat, quae unquam ab omnibus christianis credi possint et debeant,

Cum hac quaestione aliae coniunguntur : *a*) num ea sola, quae Christus et apostoli ecclesiae tradiderunt, ad fidem christianorum pertineant (cf. e. c. Lépicier, De stabil. et progr. dogmatis[2] 1910, 75-86, 95-119); quod coniungitur cum quaestione num fides christiana sit necessario fides ob auctoritatem externam (Dei revelantis per Christum vel apostolos), qua de re cf. St. Harent in DThC VI 123-45, et quae sit « fides » necessaria ad salutem (cf. L. Capéran, Le problème du salut des infidèles. 1912, imprimis a p. 251 ss.); cf. hic § 7. — *b*) num ea omnia quae Christus vel apostoli ecclesiae tradiderunt, moraliter semper conservata sint per traditionem (num epistulae Pauli quae perierunt, aliquid novi continuerint etc ), an in cognitione aperienda, providentia divina sua consilia sequatur (cf. 1 Clem 41 ed. Lightf. II 1[illegible]7, et comment. in h. l. in JThS XIII 102-[illegible] 1 Cor 3, 1; Hebr 5, 11).

Hic iuvat solum ad Gal 1, 8 adno[illegible] affer[illegible] possit ad probandum nihil aliud credi debere [illegible] explicandum eum esse ac docendum ibi non vetari solum imponi nova praecepta (ex sententia iudaizantium), vel solum alias res tradi ut a Christo revelatas vel traditas; sane non vetatur ibi recipi Apocalypsis Ioannis vel similia. Cf. Doctr. XII App. 11, 12, ubi criterium veritatis in augmento iustitiae et cognitionis Domini ponitur.

§ 4. *Quid valeat decretum alicuius auctoritatis ecclesiasticae, quam legitimam esse certum est.*

Eiusmodi decretum 1. iniungit officium se ei subiciendi, nisi ad iudicem superiorem provocetur. Apparet autem magistratum vere legitimum non esse, si limites suae potestatis transgrediatur.

2. De decretis, quae ad doctrinam pertinent quaeritur α) utrum eorum quae ab auctoritate non suprema manant, sed ab ea, quae legitima sit vel habeatur (sive est congregatio romana, sive synodus petropolitana), vel ab auctoritate summa sed de rebus in quibus errare possit vel de quibus infallibiliter decernere nolit, ratio habenda sit etiam in cogitando an solum in agendo. Hoc plerique theologi tenent (etiam A. Palmieri, Theol. d. o., Prol. I 113-4); illud ab aliis, velut a Straub, De eccl. Chr. II 345 contenditur; etiam reici debere aliquando talia decreta statuitur S. di Bartolo, I criteri teologici. 1888, 196-7 (cf. Fénelon, Trois. instit. pastor. Toul. 1810 dévotion déréglée, indiscrète, superstitieuse). — β) utrum suprema auctoritas, quidquid in hac re decrevit , in omnibus legitima habenda sit an limitibus circumscribatur. Notum est a G. Tyrrell aliisque auctoritatem concilii vaticani in quibusdam rebus ea ratione detrectatam esse quod episcopi pugnantia cum sua auctoritate decreverint (1) I. de Turrecremata

(1) Medievalism 1908, 84 s. : There are things that men cannot do even if they would. They cannot make contradictories true at the same moment, or deny a prin-

vero scripserat, Tract. nobilis de potest. papae et conc. generalis 1871, 95 Si concilium aliquem articulum de novo conderet, qui esset contră s. scripturam, vel ex illa non posset elici, non teneremur illum pro articulo fidei suscipere. — γ) Quo sensu accipienda sint decreta supremae auctoritatis. Possunt enim accipi variis modis *a.* vetari solum doctrinam reiectam proponi ut obligandae ecclesiae vim habentem (ita Gal 1, 8. 9 a nonnullis explicatur); *b.* vetari doctrinam reiectam proponi ut veram; cf. PASSAGLIA ap. W. J. BIRKBECK, Russia a. the E. Ch. I 1895, 187; *c.* statui doctrinam quae comprobatur nihil offensionis vel periculi habere neque eos qui eam sequuntur reprehendendos esse, eamque — boni ordinis et unitatis causa — in ecclesia sequendam esse; *d.* doctrinam reiectam referri inter perniciosas vel minus utiles, ratione rerum vel temporum condicionis; *e.* iudicium ferri de veritate ipsa opinionis, sed, saltem quatenus iudicium certum est, solum de veritate relativa idque ita, ut ratio habeatur intellegentiae vulgi, copia cognitionis relative melioris (cf. GARDEIL, Le donné révélé 1910, 261) viris doctis non negata. Contra hoc cf. v. c. S. SCHIFFINI, De vera relig. Senis 1908, 514-39; L. BILLOT, De immutabilit. traditionis[2] R. 1907, 89-115; ROUSSELOT in D Apol.[4] II 1076-7. Significationem veritatis relativam habendam esse concedit PINARD in D Apol.[4] I 1147 et 1149-51. *f.* iudicium ferri de veritate, fortasse solum relativa sed ita, ut ratio habeatur captus humani, ut nemo rem melius cognoscere possit; idque de veritate totius decreti, si est de rebus fidei et morum (1); partis tantum revelatae, non eius quae addita

ciple in virtue of itself. The cannot in the very exercise of authority cut away the root of that authority. Such was the impossible task which the absolutists set before themselves; and the result is naturally a tangle of contradictions. When we find a document asserting or implying certain universal and fundamental principles, and at the same time making statements apparently or really in contradiction with the same, it is plain that our choice must be in favour of the more universal and fundamental principles; that ambiguous statements must be interpreted in agreement with them; that contradicting statements must be quietly ignored. Now, though it was the deepest desire of the absolutist majority to merge the episcopate into the papacy, to eliminate every vestige of power that might in any way act as a check on Rome's claim to the monopoly of ecclesiastical power, to juridical omnipotence and theological omniscience, yet for very shame they dared not define boldly what they desired. They were forced to speak of the bishops as of co-judges and co-definers; to give them an infallibility when « in union with the Pope ». As I have shown before (p. 56), this qualification of the utter nonentity of the episcopate is meaningless and merely verbal.. Still, it akcnowledges tacitly that the Council has no power to abolish the episcopate; that so far as it seems to do so, it may be ignored... p. 87 By such criticisms it is not hard to show, with Bishop STROSSMAYER, that... it is possible for a moderately honest man to subscribe to them without denying his Catholicism.

(1) Etiam in interpretanda scriptura hanc clausulam vim habere restringentem videbimus infra « De scr. s.

est ex investigatione humana, si res ex his duabus partibus coalescit. Cf. Salv. di Bartolo, I criteri teol. 1888, 19. 29. 55-63. 66. *g*. iudicium ferri de veritate absoluta i. e. ea quae rei cognoscibilitatem adaequat et eodem modo a mente perfectissima et liberrima cognoscitur (1).

Quae interpretatio decretorum conciliorum oecumenicorum (v. c. V.) est iusta? Responsum saltem aliquo modo pendet ex opinione de fonte auctoritatis decretorum. Nam theologi catholici statuere solent (2) duo vel tria charismata infallibilitatis ecclesiae inter se diversa consensus universalis, conciliorum oecumenicorum, papae. Ii qui dicunt consensum fidelium ad controversias quae tollendae sunt dirimendas satis idoneum esse, negant triplex illud charisma et unum agnoscunt moraliter permanens remedium errorum consensum fidelium. Dicunt enim : si controversia fit, reflexio instituitur, sive in conciliis, sive — quod nunc aeque bene fieri potest — extra concilia; et tum reflexione facta aliquid decernitur et consensu ecclesiae recipitur. Non est fingendum Christum particulare charisma dedisse conciliis oecumenicis, quorum oecumenicitatis elementa ignota sunt, ergo alicui institutioni indeterminatae et de qua nihil traditum erat in prima ecclesia et cuius auctoritas non potest aliunde probari nisi e consensu ecclesiae subsequenti. Qui consensus non fertur in concilia oecumenica antecedenter ad consensum ecclesiae infallibilia, sed in veritatem rerum a conciliis — cum consensu ecclesiae — definitarum ; unde examinabantur, antequam reciperentur. Si concilia oecumenica sine hoc respectu ab errore immunia fuissent, quomodo romani episcopi potuissent non agnoscere eorum decreta nisi post aliquot saecula vel alicui parti a concilio agnito definitae suum assensum negare? Erroris immunitas in consensu directo et reflexo una eademque est, differt solum per relationem ad reflexionem institutam.

Praeterea contra triplex charisma affertur Christum non distin-

(1) En quaedam orthodoxorum opinionis exempla : Défiez-vous des formules ; elles représentent toujours quelque chose d'incomplet, d'incertain, de conditionnel et de faux. Ce qui est infiniment au-dessus de moi, ce qui a été et ce qui est depuis des siècles, ce qui est invariable et infini, ce que je ne puis embrasser par la pensée, mais ce qui emplit et embrasse mon être, voilà l''objet de ma croyance, et on ne saurait emprisonner dans une formule de logique l'infini de l'univers et le principe de la vie Pobēdonoscev ap. G. Valbert in R D M 1898 t. 149, 223. — Тайны религіи... невыразимыя, несказанныя, неописуемыя, переживанія которыя не могутъ облечься въ слово иначе, какъ въ видѣ противорѣчія, которыя заразъ и « да » и « нѣтъ Дѣло православнаго, соборнаго разсудка собрать всѣ осколки, полноту ихъ, а еретическаго, сектантскаго выбрать осколки, какіе приглянутся » P. Florenskïj. Stolp i utv. ist. 1914 158. 161.

(2) Unum statuunt alii ecclesiae universae (Io. de Turrecr., Marsil. Pat., Guil. Occham), alii romani pontificis (Schaezler, D. Palmieri, A. Straub).

guere iudicia diversa : unam rationem eum nosse ac tradere omnium communem ubi duo congregati sint in nomine suo, ibi se esse in medio eorum Mt 18, 19. 20 (cf MAKARÏJ, Vved. v pr. b.[3] 1863, 408). Quae verba, ad auctoritatem iudicii ecclesiae firmandam dicta, nihil nisi providentiam ordinariam indicant. ZAHN quidem in h. l.[3] 574 hoc modo ea interpretatur Eine Vereinigung zweier Jünger genügt, um ihrem gemeinsamen und das gleiche Ziel anstrebenden Gebete die Macht zu verleihen, auf welcher alle Gewalt der Gemeinde über ihre einzelnen Glieder beruht. Die Sicherheit mit welcher sie auf Erhörung solcher Gebete rechnen dürfen, hängt nicht von der Grösse der Versammlung ab, beruht aber auch nicht auf einer selbsteigenen Fähigkeit oder Tugend der Versammelten, sondern darauf, dass, wo immer zwei oder drei auf den Namen Iesu hin versammelt sind, Jesus selbst in ihrer Mitte sich befindet. — Hinc concilio vaticano exprobratur quod decreto de infallibilitate providentia ordinaria, quae sit caput christianismi, negata sit. Cf. plura ap. J. FRIEDRICH, Documenta ad illustr. Conc. Vat. a. 1870 I 100-10; J. H. REINKENS, Üb. päpstl. Unfehlbarkeit 1870, 364-74; 389-96; T. I. MIŠČENKO in AAV VII 242 etc.

Eodem patres revocare immunitatem erroris dicunt. Velut CAELESTINUM I., Ep. ad conc. eph. (MANSI IV 1284), qui affert Mt 18, 19. 20. CYRILLUM ALX., Ep. 1 ad mon. Aeg. M. 77,15 afferre Mt 10, 20; atqui hunc locum intellegi non posse de inspiratione apostolorum propria aut nulli errori obnoxia (cf. 6, 25-34 ; 10, 29. 30). Alias patres tutam ecclesiae condicionem inde repetere, quod Dominus (Spiritus S.) eam inhabitet : AUG., In Ps Q n. 12 M. 36, 122 ; IREN. l. 3 c. 24; Conc. oecum. VII act. 7 (Denz [11] 302). Cf. XOMIAKOV ap. BIRKBECK, R. a. the E. Ch. I 198 et ap. A. C. HEADLAM, History authority and theology. L. 1909, 214. Qua ratione ecclesiae credentis consensum ab errore protegi. Cf. CH. A. BRIGGS, Church Unity 1910, 235. Quem effectum e spirituali gratia singulorum pendere (THEODORET., Eranist. dial. 1 M. 83, 79). Idem ex usu ecclesiae concluditur qui potest vim habere dogmatis non definiti ; semper enim concilia antiqua quid traditum esset inquisivisse, non quid docendum esset decrevisse.

Quodsi afferuntur Mt 28, 20 (cf. P. MURRAY, Tr. de eccl. Chr. II Dubl 1862, 195-214) et Io 14, 26 ; 16, 13 (MURRAY p. 214-23), frustra hos locos afferri dicunt adversarii. Apud Matthaeum promitti assistentiam apostolis ad id, ut faciant discipulos Christi (μαθητεύσατε), sive communem filiorum Dei sive extraordinariam, successoribus non communicandam, sive episcoporum propriam ; si cui tamen locus referendus esse videatur ad doctrinam sine errore proponendam, fingamus promitti assistentiam communem et in perpetuum duraturam, quatenus immunitas erroris contineri debet in auxilio providentiae, ut ecclesia bene sit; singularis autem negatur. Cf. LANGEN, D. Vatic. Dogma

II 119; Turmel, Hist. de la théol. pos. du Conc. de Tr. au Conc. d. Vatic. 1906 76-7. — Apud Ioannem promitti Paracletum i. e. eum qui Christi vices gerat non in revelandis doctrinis neque in convertendis hominibus, sed in exhortando, in fide confirmanda, in animis erigendis inflammandisque. Eatenus omnia docebit (14, 26) quae ad propriam eorum vitam ac munus utilia sunt. Omnibus viam monstrabit (16,13), si modo oculos aperuerint; iis autem qui lucem non accipiebant, ne Christus quidem lucebat. Est enim spiritus veritatis, non erroris (1 Io 4,6; 2,26; cf. 1 Tim 4,1; Apc 12,9; 20,10; 2 Clem 1,7 etc.). Statue autem agi de immunitate erroris in rebus credendis; aut singulis apostolis promissa erit aut ecclesiae universae; non autem episcopis singulis, qui apostolis non successerunt in omni munere, neque collegio episcoporum, de quo mentionis faciendae nulla fuit ratio.

Traditionis testimonia (velut « διδασκαλικὸν χάρισμα » : Leont. Byz., C. Nest. et Eut. l. 2 M. 86, 1355) non videntur adversariis maiorem vim habere.

Si urgetur difficultas controversias absolvendi, nisi auctoritas immunis sit ab errore, si enim non sit, fore ut protestantium more sine fine contendatur, cum quaestiones difficillimae sint nec unquam cognoscatur quid tenere debeamus (cf. W. Palmer, A treatise on the Ch.[3] II 74; St. Harent in DThC VI 153-4 etc.), orthodoxi respondent alia numquam cognitum iri, alia, si consensui sua vis tribuatur, mox agnosci; similiter Io. de Turrecremata, De potest. papae et c. g. 1871, 92 dicit: Quia [igitur] secundum concilium generale approbavit primum, et tertium approbavit primum et secundum et quartum approbavit I. II et III et 8 subsequentia conformiter senserunt 4 principalibus, ideo firmi et certi sumus quid tenere debeamus. Cf. {Larroque}, Considérations sur la nature de l'ég. et sur quelques-unes de ses propriétéz, Quév. 1673, 255 (qui affert Gelasium). Alii decreta disciplinaria sufficere videntur putare (cf. M. van Oppenbusch, Exercitatio historico-theol., qua religio Moscovitar... 1677, 7 controversia theologica orta si fuerit, patriarchae vel episcopo pro ipsorum spiritu definienda committitur).

Praeterea responsum ad quaestionem, quam supra proposuimus, pendet aliquatenus ex opinione de munere auctoritatis ecclesiasticae. Etsi dubium esse non videtur, quin aliqua auctoritas necessaria sit ad definiendum quid ecclesiae sit profitendum nec singulorum sit in credenda inquirere (cf. Arth. Balfour, The Foundations of Belief[8] 1901, 208-12; 241-3; Fr. W. Förster, Autorität u. Freih.[3] 1911, 67-75; P. T. Forsyth, The Princ. of author. 1913, 280-96; 306-9; J. N. Figgis, Churches in the modern state 1913, 160-1; E. Y. Mullins, Freedom and auth. in Religion 1913; Iu. A. Kolemin, Avtoritet v voprosax vēry in B Vēst. 1915 maj), consentiunt tamen etiam theologi catholici munus eius non esse exstinguere omnem controversiam (vouloir

étouffer toute controverse c'est la prudence de l'aveugle: ST. HARENT in Etudes 1913 t. 134, 738), sed potius studium veri cognoscendi fovere et urgere (J. DRUMMOND, Studies in the Christian Doctr. 1908, 392); sunt autem qui de munere ecclesiae principia statuant, quae longius ducunt; velut LABERTHONNIÈRE in Ann. de ph. chr. 84, 1913, t. XVI, 56: Le rôle de la tête n'est pas de se substituer aux autres fonctions pour dispenser les cellules composantes de toute initiative vitale; son rôle est de les coordonner; mais elle ne peut les coordonner qu'en ne se laissant pas faire par elles et qu'en introduisant en elles une fin supérieure à elles. Hac sententia propius acceditur ad Xomiakovianos. Cf. AAV VIII 187-8.

Si traditio de vi decretorum supremae auctoritatis consulitur, cavendum est ne quae ad hoc vel illud pertinent ad cuncta referantur. Ex una parte afferuntur decretum concilii apostolici obiective reprehendendum, a Paulo non receptum (S. H. HALFORD, Apostolic fallibility 1914, 30-2); Nicaeni decretum, quo milites christiani condemnantur, etiamsi legitime arma capiant; eiusdem error de aeternitate (J. O. W HAWELS, Is the Church Bound for Ever by the 4 First Oec. Conc.? 1870, 9); concilium ephesinum emendatum a chalcedonensi, quo Nestorii doctrina sit probata (cf. M. M. TARĒEV, Osnovy xrist. I 80-100; III 13-6; NAU in ROChr. 16, 1911, 1-54; DUCHESNE, Hist. anc. de l'E.[3] III 378; J. P. JUNGLAS, D. Irrl. des Nest. Tr. 1912; G. RAUSCHEN, in Th Rev. 11, 1912 N. 18 col. 545; M. JUGIE, Nest. et la controv. nestorienne 1912, 305-12; CHAPMAN in R Bén. 1914, 194; J. LABOURT in BALAChr. 1913, 143-7; LOOFS, Nestorius and his place in the Hist. of Chr. Doctr. 1914); quae res diserte agnita est etiam ab AUG., De bapt. c. Don. l. 2 c. 3 n. 4 M. 43, 128-9 (« ipsa plenaria saepe priora posterioribus emendari ») (1); cf. Io. DE TURRECR., De pot. p. 1871, 77; loci scripturae perperam intellecti a conc. VII. Ps 79, 4; 47, 9; Cant 8 (cf. G. SALMON, The infallib. of the ch. 1888, 314; Adr. I M. 98, 1257); error Constpl. de auctoritate decretalium (W. PALMER, A treat. on the Ch. II 103); illud GREG. NAZ., Ep. 130 ad Procop. M. 37, 226 : Nullius concilii finem laetum et faustum vidi; TERTULLIANI testimonium de ineptitudine iudicii auctoritatis ecclesiasticae ad convincendos haereticos; alia enim et difficiliora remedia proposuit.

Ex altera parte afferuntur GELASIUS I., DENZ., Ench.[11] n. 161; ATHAN., Ep. ad Afr. ep. n. 2 M. 26, 1031; 'APREM, De instaur. eccl. hymn. 2 n. 1, LAMY 3, 966; LEO M., Ep. 162 c. 3 M. 54, 1145. Qui loci non eandem omnes vim habent. Ceterum Tyrrellii (Mediev. 79) allatâ patrum de scripturae in rebus naturae et historiae auctoritate

(1) De hoc loco cf. TH. SPECHT, D. Lehre v. d. Kirche n. d. h. Aug. 1892, 321-5.

opinione firma et falsa, eorum de conciliorum auctoritate opinionem minimi faciunt.

Praeterea de vi additi decretis « anathematis » disputatur quo etiam particularia concilia sive iuste sive confidentius usa sunt. Constat saltem non semper ad errorem fidei anathematismum referri. Cf. conc. cp. IV cn. 21 DENZ.[11] 341 etc. Etiam de Trid. S. 21 cn. 2 et S. 22 cn. 6. 7 CHR. PESCH, Prael. dogm.[4] I 269 n. 454, negat ex anathemate addito posse concludi decretum ab errore liberum esse. BOGORODICKII sententia (ap. F. TERNOVSKIJ, Russkaja i inostr. bibliogr. po ist. viz. c. IV-X vv. 583) anathema non est separatio ab ecclesiastica communione, nullius ex verbis quibus epitimia ecclesiastica significatur vim habet, sed est genus peculiare epitimiae quod consistit solum interdicto colloquio cum haeretico de rebus fidei de quibus errat. Alii illud « sit tibi sicut ethnicus et publicanus » Mt 18, 17 anathemate significari putant. Certe etiam vita aeterna privari anathematizatos antiqui patres existimabant; velut [Io. CHRYSOST. : cf. CAVALLERA, Le schisme d'Ant. 1905, 15 ss.], De anath. M. 48, 950-1 (cf. MATTH. BLASTARES M. 144, 980); ARNOB. iun. In ps. 139 M. 53, 549. Nobis (cf. C. H. TURNER, The Hist. and Use of Cr. and Anath. 1906, 83) videtur anathematis voci ea vis esse tribuenda qua a Paulo Gal 1, 8. 9 usurpata est; hinc enim usum anathematizandi ortum esse censemus (cf. Athan., Apol. c. Ar. n. 49 M. 25, 336); ubi ḥerém quid significet e Rom 9, 3, 1 Cor 12, 3 colligendum est. Cf. MANSI 13, 408. Bibliogr de hac re v. in D Arch. chr. s. v. anathème; A. SEITZ, D. Heilsnotwendigkeit d. Kirche n. d. a. Lit. 1903, 116-25; A. A. BYSTROTOKOV, Anatema etc.

Ex ratione adversarii argumentantur 1): Verum est auctoritatem ecclesiasticam, pro munere suo divinitus adiutam nihil definire posse quod nocere possit, quod subiective non conveniat cum veritate obiectiva in bene dirigenda voluntate seu verum non sit relative. Sed dubium non est quin auctoritas rationem habere debeat scandali, multa autem vera esse, quibus simplices homines, etiam christiani, offendi possint. Si modo agnoscitur veritatem esse relativam et tenetur non mentiri eos qui captui alicuius se accommodantes aliquid veritati obiectivae substituunt, sequitur fieri omnino non posse ut quicquam ita definiatur, ut certum sit definitionem cum veritate obiectiva convenire, nisi constet, captus simplicium nullam esse rationem habendam. Hoc modo dicunt etiam explicari cur ecclesia a mutandis decretis antiquis sit aliena. Sed sunt qui negent unquam opus esse accommodatione facta per relativam veritatem, nec Deum decere ea uti (velut MERCHICH in Th Qu 92, 603-4; cf. supra p. 335 ann. 1). — 2) Concilia nationalia ab errotibus immunia esse nemo dixerit; atqui cum e sanctitate et prudentia patrum secundum providentiam ordinariam pendeat veritas consensus eorum, non origo varia sed numerus patrum fert cautionem idoneam.

§ 5. *Quae sit auctoritas certe legitima.*

Aliqua legitima potestas penes singulos episcopos est in rebus fidei, saltem si canonica praecepta observant. Multo magis tribuenda est conventui episcoporum, saltem si pars minor maiorem sequitur; sin pars dissentit, saltem e Mt 18, 19. 20 aliquid auctoritatis suffragiis conventus tribui potest. Cf. MANSI IV 516.

A theologis orthodoxis agnoscitur auctoritas synodi antiochenae (269 ?), ancyrensis, neocaesareensis, gangrensis, antiochenae a. 341, sardicensis, laodicaenae, carthaginiensis (418), constantinop. (448). Cf. KONST. HARMENOP., Epit. can. M. 150, 48; MANSI 37, 895 s.

Etiam huiusmodi synodis tanta nonnumquam tribuitur auctoritas, ut eorum decreta immutari non possint (LEO IV ap. MANSI 14, 1019: patres inviolabiliter statuerunt; conc. oec. VIII cn 1, DENZ.[11] n. 336: secunda eloquia Dei; cf. MANSI 37, 433) Tamen eam certam esse, nisi quatenus synodus ab universa ecclesia recepta sit, nemo dixerit. Quodsi P. GIDULIANOV in Sl. l. th. III 11 eandem fuisse dicit auctoritatem concilii oecumenici ac provincialis, utriusque decreta a quolibet episcopo vel communitate christiana respui potuisse existimat. NECTARIUS vero, p. h., Confut. imperii papae 1702, 205 hanc utrique ponit condicionem, ut patres congregati sint in nomine Domini; « quid autem sit in nomine Domini et in Spiritu S., facile est illis qui in scripturis versantur enarrare. 1° quidem, ut ex zelo veritatis, Spiritus enim veritatis vocatur; 2° ut pacifice, Christus enim est pax; 3° secundum canones et ordinem, promota per preces, et ex amore scripturae et doctorum..; 4° quae examinat sola sibi convenientia, non vero illa quae non convenientia sunt ».

Maxima auctoritas in ecclesia semper tributa est conciliis plenariis. Quaeritur *a*) qua ratione concilia oecumenica seu plenaria ab aliis differant; *b*) unde auctoritatem suam in rebus fidei habeant; *c*) quae concilia plenaria fuerint.

*a*) Opinio prima eorum est qui plenaria concilia ea esse contendunt, quorum definitiones ab universa ecclesia vel a maiore ecclesiae parte recipiantur, unde auctoritatem propriam habeant. Igitur non compositione aut structura ab aliis differunt, sed receptione. Ariminense 600 episcoporum non fuit oecumenicum, cp. 150 episcoporum fuit, because the one misrepresented and the other expressed the collective consciousness of Christendom: W. J. SP. SIMPSON, The Catholic Conception of the Ch., 209; cf. H. J CLAYTON, Studies in the Roman controversy 1914, 15; {LARROQUE}, Consid. s. la nat. de l'é. 1673, 255; L. M. DE BARRAL, Défense des Libertés de l'Égl. Gallic. 1817, 283-5; A. XOMIAKOV, Sočin.[3] II 48. 71-2. 102; N AKSAKOV in Sl. l. th. III 242; P. GIDULIANOV III 11; B. ZAVITNEVIČ III 328; Bēliaev, O katolic. 1889, 220. Contra hos scripsit GAGARIN in Ét 1859 I 76. Quid necessarium sit,

ut receptio sit iusta (singulas ecclesias *uti* debere iis quae decreta sunt, recipienda ea esse non by a blind impulse, sine examine, etc.) v. ap. W. PALMER, A. treat. on the Ch.[3] II 79-80.

Opinio altera differt a prima quatenus ipsum concilium sententiam populi enuntiare existimatur. vel saltem, ut a W. PALMER l. c. II 120, admittitur posse cogi concilium quod eam enuntiet, si vere omnes episcopi adsint; ex eius receptione solum apparere id oecumenicum fuisse. Cf. L. ELLIES-DUPIN, Traité de la doctr. chrét. et orthod. P. 1703, 319-35. BOSSUET, Def. Decl. Cl. Gall. l. 8 c. 9. Sumitur enim oecumenica concilia esse ea, quibus ecclesia universa legitime repraesentetur; hac opinione continetur sententia orthodoxorum, qui post schisma concilium oecumenicum fieri posse negant (FILARET ap. SOLOVEV, La Russie et l'Egl. Univ. 1889, 20-1). Repraesentari autem ecclesia putatur vel solum praesumptive (the ecumenicity of a council is to some degree always a fiction — though a necessary fiction in the interests of order and unity: TYRRELL, Mediev. 54) vel re ipsa, quatenus saltem capita provinciarum vel ecclesiae autocephalae repraesentantur (ZAPRUDSKÏJ in Sl. l. th. III 306). Repraesentandae autem sunt singulae ecclesiae vel a patriarchis et metropolitis (ZAPRUDSKÏJ; cf. A. P. LEBEDEV, Sobr. X 1905, 244; contra hoc V SAMUILOV affert conc. cp. I: Cerk. Vēd. 1906, 3103), vel generatim ab episcopis (negat hoc factum esse in conciliis oecumenicis N. AKSAKOV in Sl. l. th. III 242) vel etiam ab aliis (N. POPOV in Sl. l. th. III 241). In hac repraesentatione universae ecclesiae vel partis minoris congregatorum ratio habenda non est, vel (DÖLLINGER ap. GRANDERATH, G. d. V. C. II 630; contra: GRANDERATH III 69-89) necessarium est eam sua sponte cedere maiori, idque — LANGENII sententiâ, D. Vatic. D. 1871 I 113; cf. Katholik I 1872, 7 — confitendo se de fide ecclesiae perperam testimonium dixisse Cf. F. M. ZINELLI, Della unanimità dei suffr. Tor. 1870; Civ. C. 1870 X 100. 450. 657; Ios. PENNACCHI, De suffragior. pluralitate in conc. generalib., contra: L'unanimité dans les conc. oec. R. 1870. Insuper variae condiciones statuuntur, sine quibus ecclesiam a concilio repraesentari negandum sit: imprimis libertas, quacum metus incussus, minae, suspiciones, calumniae, caeca oboedientia, impetus animi pugnent; cf. H. TOURNELY, Prael. theol. de eccl. Chr.[2] 1749 I q. 3 a. 3 p. 384-5; GENTILLET ap. PROMPSAULT, Discussion des raisons in PALLAVIC., Hist. du C. de Tr. III 1845 col. 834-6 (n. 377-88); W. PALMER, A treat. on the Ch.[3] II 79; DARBOY ap. GRANDERATH II 554; REY ib. II 553-4; DÖLLINGER ib II 633; cf. declar. 13 viror. 26/VIII Norimb. ap. SCHULTE, D. Altkatholic. 14 ss.; HEFELE ap. GRANDER. III 561 STROSSMAYER, Ep. ad Reinkens ap. GRANDER. III 581 = SCHULTE 251-2; ad Dupanloup. ap. SCHULTE 258-9 (1); J. REINKENS, D. Unregel-

(1) « Concilium vaticanum manifestissime liberum non fuit nec proinde iure instructum dogmata condendi, quibus universi orbis conscientia obligaretur ».

mäss. u. Unfreih. d. vatic. Conc. Mü. 1871 ; E. DE PRESSENSÉ, Le concile du Vatican. 1872, 295 (1) etc. Propter hoc nec ephesinum concilium a. 449 nec vaticanum oecumenicum fuisse (DÖLLINGER ap. GRANDER. III 625 ; J. FRIEDRICH, D. Irrl. v. d. päpstl. Unfehlb. 1873, 11 ; de trid. cf. JANUS, D. Papst u. d. Conc. 1869, 391). Notandum est frustra afferri necessarium esse constitutum ad maturandas res (GRANDER. II 554) ; quaeritur enim, cuius sit eiusmodi legem constituere, qua tempora disputandi distribuantur.

Tertia opinio est catholicorum theologorum qui ad concilia oecumenica docent vocandos esse omnes episcopos et decreta eorum assensu romani episcopi, ut supremi ecclesiae magistratus, esse comprobanda (sive antecedenter, sive concomitanter, sive consequenter), ita ut oecumenica esse possint etsi patriarchae orientales dissentiant, esse non possint, si romanus dissentiat. In demonstranda hac opinione cavendum est, ne obici possit peculiare ecclesiae romanae momentum contineri magnitudine occidentis, cui praesidebat, vel etiam eo quod Constantinus M. occidentalis fuit (cf. KNELLER in St ML 75, 1909, 503-22), vel integritate fidei quam sive ob Petri institutionem sive ob Pauli testimonium sive ob res orientis arianismo perturbatas ecclesia romana habere credebatur, vel auctoritate romani episcopi quem in suas partes adducturi adulari non dubitaverint. Cf. P. LAPIN in Prav. Sob. 1906 II 275; ANTHIMUS VI § 13 MANSI 40, 397 (2).

Efficere hanc opinionem conantur : α. ex eo, quod promissio infallibilitatis facta sit soli magisterio universali, i.e. ei, cui tota ecclesia necessario parere debeat. Atqui magisterium postulans fidem ab universa ecclesia esse actum iurisdictionis in universam ecclesiam ; potestatem autem supremam iurisdictionis non esse penes collegium episcoporum, sed penes episcopum romanum. Cf. D. PALMIERI, Tr. de rom. pont. R. 1877, 556-8. — β. e Lc 22, 32 : Magisterium enim eorum, qui e Christi institutione confirmatione indigeant, non posse esse ex eadem institutione firmum et peremptorium. Sed orthodoxi negant veram esse, patrum auctoritate confirmari hanc loci interpretationem. — γ. ex eorum, quae a concilio iam decreta erant, comprobatione

(1) De deux choses l'une ou le débat conciliaire est une pure fiction, ou la question débattue doit être considérée comme libre et ouverte, tant qu'elle n'a pas été tranchée par un vote. Si l'un des partis s'efforce d'empêcher par des coups d'autorité la discussion des points soumis à l'examen de la haute assemblée, celle-ci n'a plus aucun prétexte à prétendre représenter l'Eglise.

(2) Sunt aliae quoque opiniones minoris momenti; velut ea, quae indicatur ap. ZAPRUDSKIJ l. c. : concilia oecumenica sunt ea, in quibus res ad universam ecclesiam pertinentes definiuntur; vel eorum qui patriarcharum consensum sufficere censent ad concilium oecumenicum constituendum, velut KUTNEVIČ ap. W. PALMER, Notes of a Visit 1882, 155-7.266.

romana non solum in rebus disciplinae seu in « materia morum » (Io. DE TURRECR., De pot. papae et c. g. 1871, 95-6) sed etiam in rebus fidei, sine qua nullum ex primis conciliis habitum sit oecumenicum. Cf. D. PALMIERI, Tr. de rom. p. 533-40; MAZZELLA, De religione et eccl.[3] n. 1302, 807; CHR. PESCH, Prael. theol.[2] I n. 455 etc. Sed FUNK, Kirchengesch. Abhandlungen u. Unters. I 94-121; 489-98; H. LECLERCQ in HEFELE, Hist. d. Conc.[2] I 61-2 alii satis ostendunt hoc de omnibus conciliis probari non posse. — δ. ex assensu romani episcopi, sine quo nullum concilium oecumenicum habitum est. Cf. OTTIGER, Th. f. II p. 709-16. Sed cf. LAPIN l. c. 275. — ε. ex eo quod concilia quae sine romano episcopo habita sunt, erroribus obnoxia erant. Cf. FABULOTTI c. 8 ap. MANSI, Introd. 660.

Adversarii haec potissimum afferunt: α) Concilia, etsi iis romanus pontifex non intererat, sibi tribuebant auctoritatem ab eo disiunctam, qua fieret, ut eorum decreta retractari non possent. Id etiam romana ecclesia agnovit. Cf. FUNK, Kirchengesch. Abh. I 61. 118-9; LAPIN l. c. 271 etc. — β) Concilia oecumenica erant et habebantur, etiamsi iis papa per legatum non interfuit. Cf. de concilio V LEBEDEV in Sl. l. th. II 281; de conc. II cui aequale romanum nullam vim nactum sit {A. N. MURAVIEV}, Slovo katolič. pravoslaviia M. 1853, 11; F. W. PULLER, The primitive saints[3] 1900, 353-61. — γ) Etiam conciliis, quae non erant oecumenica, sine interventu romani episcopi vis obligandi tribuebatur; velut antiocheno a. 341. — δ) Conciliorum, quibus romani episcopi interfuerant, auctoritas non ab eorum assensu repetebatur sed inde, quod Deus haec « universae fraternitatis irretractabili firmavit assensu », LEO, Ep. 120 c. 1 M. 54, 1047; seu ex « universali consensu » GREG. M. Ep. l. 1, 25 M. 77, 478. — ε) Etiam quae contra suffragia romanorum pontificum vel legatorum decreta erant a conciliis oecumenicis, legitima habebantur. LAPIN l. c. 276. Quod enim Roma rogata est, ut cn. 28 chalcedonensem comprobaret, propter urbanitatem seu honoris causa (M. 54, 980) factum est, vel etiam, ut ex consensu plurium maior nasceretur auctoritas (M. 54, 955). Cf. LAPIN p. 275.

De hac (*a*) quaestione cf. DOSITEOS, T. katall. 1692, 187-95; NECTAR., p. h., Confut. imp. p. 1702, 109-23; TEOF. PROKOPOVIČ, Christianae orth. theol... 1782 I c. 13, 261-70; FILARET in Čt. ob. liub. dux. pr. 1872 III 21; M. E. MICHAUD, Discussion sur les 7 conc. oec. 1878; IARMOLOVIČ in Rukov. dlia selis. past. 1890 I 284-93; E. DENNY, Papalism 1912, 523-33 etc. — B. CARANZA, 4 controversiar. de authorit. pont. et concilior. expl. Contr. IV, MANSI, Introd. 692-706; A. VACCA, De conc. generali. Alg. 1891; STRAUB, De eccl. II 164-87; FORGET in D Th C. etc.

*b*) De fontibus auctoritatis conciliorum oecumenicorum prima opinio est eorum, qui eam a populi assensu repetunt, sive populus concilii decreta comprobat, sive concilium decernens populi dumtaxat vices

gerit. Cf. ANTHIMUS VI, § 17 MANSI 40, 407; T. G. TERNER in Pr. Ob. 1884 II 218; SEREDINSKÏJ, Papa rimskïj i sobor vsel. Riga 1897, 276; MAKARÏJ, Vvedenïe v. prav. bog.[6] Spb. 1897, 377; ex occidentalibus v. c. SPEIL, D. Lehren d. kath. Kirche 1864; alios v. ap. HÖTZL, Ist Döllinger Häretiker?[3] M. 1870. — Pro hac opinione inter alia afferuntur negatus a romanis episcopis assensus quibusdam decretis conciliorum oecumenicorum; provocatio haereticorum ad assensum negatum canoni 28. concilii chalcedonensis patrumque huius provocationis aestimatio; negatus a concilio francofordiensi assensus concilio Nicaeno II (de quo cf. OTTIGER, Theol. f. II 889-91); COLUMBANI Ep. 5 n. 12 M. 80, 281 etc.

Qui alteram opinionem sequuntur, auctoritate ecclesiae docentis universae auctoritatem conciliorum contineri existimant.

Tertia pars peculiarem conciliorum oecumenicorum auctoritatem ad romani episcopi auctoritatem revocant. Adversarii negant, si hoc sumatur, episcopos in conciliis posse subscribere « definientes », quod tamen faciebant. Cf. HEFELE, Concilieng. I 18.

*c*) Quae concilia agnoscenda sint plenaria inter nos et orthodoxos disputatur: α — de synodo trullana, quae a Iustiniano convocata est ut oecumenica et ab orthodoxis sexto concilio oecumenico inseritur. Cf. DOSIT., T. katall. 1692, 60-3. — β — de concilio VIII a. 869 quod, cur ab orthodoxis (CONSTANTINO HARMENOP. M. 150, 48, MATTHAEO BLAST. M. 144, 992, GERM. p. cp.; cf. ep. synodicam patriarchar. Cp. et ceterorum episcoporum post ordinationem scribi solitam) oecumenicum non habeatur non apparere JUGIE notat. Cf. MANSI XVI 7. 8. Oecumenicum iudicatum est a NICETA PAPHL. et ANASTASIO BIBL. Ne Latini quidem omnes (HADRIAN. Ep. 34 ad Car. Calv.; card. HUMBERTUS) aut uniti (Io. PLUSIADENUS, postea Ios. ep. Metōnes, qui florentinum VIII esse dicit; J. PASINUS, Codices mscr. bibl. regii taurin. Athenaei. Taur. 1749, 273) id pro oecumenico habuerunt. Ceterum etiam a. 1626 concilium florentinum VIII. appellatum est JANUS, D. Papst u. d. C. 1869, 346; LAUNOIUS, Ep. XI. Cf. etiam MARTENE et DURAND, Anecd. III 527; LEO ALL., De perp. cons. p. 790. — γ — de synodo a. 879 quam nonnulli orthodoxi oecumenicam putarunt (MARCUS EPH. ap. MANSI 36 A, 551; BALSAMON etc.; contra: CONSTANTINUS HARMENOP., MATTH. BLAST., OSTROUMOV etc. — δ — de conciliis habitis vel habendis ab orthodoxis post schisma. Sunt enim qui oecumenica ea esse posse dicant, velut Anon., Dogmat. Erörterungen... 1893 p. 6; GUETTÉE in L'Un. chr. 21, 1880, 351; MAKARÏJ, Vved. 1897, 19; MALINOVSKÏJ I 28; GUSEV, MESOLORAS, MILAŠ, Z. ROSES, ep. SERGÏJ, I. SOKOLOV; alii tamen id negant: ANTIMOS VII, ANDROUTSOS, BĚLIAEV, BOLOTOV, DAMALAS, FILARET, KIRĚEV, DIOM. KURIAKOS, MPALANOS, KRUS. PAPADOP., SVĚTLOV etc. — ε — de conc. lugdunensi (oec. XIV) et florentino (oec. XVII). Cf. J. v. DÖLLINGER, Briefe u.

Erkl. 1890, 37-8 (ALLAT., De perp. cons. 3, 1. 4); Sl. l. th. I 270-1; NECTAR., Conf. i. p. 1702, 59, 263-85. — ζ — de conciliis habitis vel habendis a catholicis post schisma (1). In his autem maior vis tribuitur ab orthodoxis conciliis constantiensi et basileensi quam posterioribus (2). Quatenus cum doctrina eorum de forma ecclesiae consentiunt rata habentur. Catholici fere negant ea in omnibus decretis oecumenica fuisse (cf. A. BAUDRILLART in DThC III 1220-3 cum bibliogr. 1224 ⊢ ALMAIN, COURTECUISSE, SCHELSTRATE, ARNAULD, BOSSUET, BALLERINI, BOUIX, KNEER ⊣; ORSI, De rom. pont. in synodos oec. et ear. canones potest. R. 1771, 93-5; 112-24 etc.); DÖLLINGER (31/III: Granderath III 625), DARBOY (ibid. III 236), TOURNELY (Prael. de ec.[2] 1749 II 299-300), LAUNOIUS (Opp. V 1, 114-33), J. FRIEDRICH (Docum. ad illust. Conc. Vat. I 77-88) etiam quatenus cum vaticano pugnent oecumenica ea esse aiunt. Certe quod Martinus V ea sola confirmavisse fertur, quae conciliariter in materiis fidei decreta essent, errore contineri videtur; cf. FUNK, Kircheng. Abh. I 489-97; TURMEL, Hist. de la th. pos. du C. de Tr. au C. du V. 1906, 376-7; contra: BAUDRILLART 1222. Praeterea modus quo concilium tridentinum et vaticanum habita sunt reprehenditur. Cf. J. H. R. PROMPSAULT, Discussion des raisons qu'allèguent les prot... in PALLAV., Hist. du Conc. de Tr. III 1845, imprimis s. IV: Le conc. de Tr. fut-il oec.? 778-90; W. PALMER, A treat. on the Ch.[3] II 79; TH. v. SICKEL in Jos. ŠUSTA, D. röm. Curie u. d. Conc. v. Tr. p. VII; — J. FRIEDRICH, Docum. ad ill. C. Vat. I, 129-86; Ios. PLAZOTTA, D. Dogma v. d. persönl. Unfehlb. Klag. 1873, 44-5; H. MÜNTER, D. Vatic. Konzil; E. A. ROLOFF, D. « röm. Briefe vom Konzil » in ZKG 1914, 241-5.

Praeter concilia oecumenica controvertitur de auctoritate episcopi romani in rebus fidei, seu de dogmate vaticano.

A catholicis creditur romanum episcopum falli non posse, cum ex cathedra loquatur, i. e. cum omnium christianorum pastoris et doctoris munere fungens pro suprema sua auctoritate doctrinam de fide vel de moribus ab universa ecclesia tenendam definiat. Definire autem censetur solum tum, cum definitive decidit cum intentione formali tollendi omnem disputationem, non autem cum simpliciter postulat, ut aliqua doctrina ab omnibus agnoscatur. Cf. de hoc WILL. MASKELL, What is the meaning of the late defin. on the Inf. of the P. 1871, 9-12; P. VIOLLET, L'infaillibilité du P. et le Syll. 1904, 67-75;

(1) Anon., Dogmat. Erört... p. 6 Da die abendländische Hälfte der einzigen ungeteilten Kirche geschichtlich nachweisbar irrte, so erweist sich die orientalische Kirche als allein orthodox, da sie niemals mit ihrer eigenen Vergangenheit brach. — De conc. trid. cf. MAXIMOS PELOPONN., P. t. eukaristias. L. 1715 p. 15 etc.

(2) De concilio pisano cf. HARNACK, Lehrb. d. Dogmengesch. [4] III 349.

L. CHOUPIN, Valeur des Décisions Doctrinales et Disc. du S.-Siège[2] 1913, 19-37.

Definita est haec doctrina a conc. vaticano, cuius decreta a theologis catholicis intelleguntur non de infallibilitate papae quae pendeat ex consensu aliorum episcoporum (non enim esset doctor omnium christianorum eodem modo ac pastor esse creditur) nec de interiore irreformabilitate eius decretorum tali, ut ea reformari non possint solum quamdiu ecclesia consentiat, verum de tali qua etiam infallibilitatem ipsam e consensu ecclesiae pendere negatur. Praeterea non agitur de sola potestate loquendi ut os magisterii ecclesiastici vel mandandi, ut res aliqua ab universa ecclesia credatur, quam revelatam esse satis constet ex manifesta concilii alicuius auctoritate.

Hoc dogma « novum » esse orthodoxi clamant. Nec soli sunt. FR. VERONIUS, De regula fidei cath. c. I § 4, Migne, Curs. th. I 1321, scribit : « Papa quocumque modo loquens, etiam ex cathedra, non est universalis ecclesia; ergo quod ab eo proponitur, non proponitur ab ecclesia universali; ergo non est doctrina fidei catholicae. Addo conclusionem hanc tam certam esse inter doctores omnes, ut si quis contrarium doceret, novator ipse foret et censura percellendus, quippe novi dogmatis inventor. « Re ipsa multi catholici olim conclusionem illam defenderunt; cf. TOURNELY, De eccl.[2] II p. 179-82; sed tantum abest, ut omnes consenserint, ut e Societate Iesu unus QUARELLA (GRANDERATH-KIRCH III 36-7) illis adnumerandus esse videatur.

Catholicis in probanda hac auctoritate eadem cavenda sunt quae in probanda conciliorum sine romani episcopi voto infirmitate cavenda esse indicavimus. De hyperbolico usu vocabulorum KIRĒEV quidem loquitur, O papskoj nepogr. M. 1892, 81.

Argumenta catholicorum sunt

a) e scriptura : Mt 16, 18 (cf. THEOD. STUD., Ep. l. 2, 63; A. KIRĒEV in Xr. Čt. 1896 I 199) (1). Cf. MAZZELLA, De relig. et eccl.[4] 826-31; TURMEL, Hist. de la th. pos. 1906, 297-301; contra NECTARIUS, Conf. i. p. 1702, 152-66; LAUNOIUS, Opp. 1731 V 2 99-124; H. TOURNELY, Prael. th. de eccl.[2] 1749 II 210-3; J. FRIEDRICH, Documenta ad illustr. Conc. Vat. I 5-31 (2) etc. — Lc 22, 32 (cf. THEOD. ABU-

(1) Адъ означающій заблужденіе и нечестіе... всегда будетъ твердо стоять какъ непогрѣшимая руководительница въ ученіи и нравственности. — De Mt 16, 19 cf. J. P. VAL D'EREMAO, The Keys of Peter their number and meaning. 1891.

(2) p. 6 : Quid ergo magis toti contextui consonum, quam ut credamus Christum quoque in Petro respondisse omnibus, et in Petro fidei communis praemium omnibus promisisse; omnes praedicasse beatos, quia ex inspiratione Spiritus sancti hanc fidem acceperant omnes pronuntiasse petram, quia fidei confessionem ediderant, quae ecclesiae immobile fundamentum futurum erat; et quia super ipsis omnibus, in Petro veluti in summo vertice et coryphaeo comprehensis, aedificaturus erat eccle-

CARA ap. G. GRAF in FchrLDG X 1910, 113). Cf. MAZZELLA l. c. 832-41; TURMEL l. c. 289-96; contra : NECTAR., Conf. i. p. 1702, 136-44; LAUNOIUS, Opp. V 2, 71-99; TOURNELY II 200-10; ANTHIMUS VI § 12 MANSI 40, 393; {DÖLLINGER} Considérations prop. aux év. du Conc... Oct. 1869, 6-9; J. FRIEDRICH, Docum. ad illustr. Conc. V. I 227. 199-200 (P. R. KENRICK); J. H. REINKENS. Üb. päpstl. Unfehlb. 1870, 405-36; LANGEN, D. Vatic. Dog. 1871 I 16-20; G. SALMON. The infallib. of the Ch. 1888, 337 (1). — Io 21, 17; Cf. BALLERINI, De vi ac ratione prim., in Migne, Curs. th. III 1008-11; P. BOTTALA, De la souver. et inf. aut. du P. I 1877, 53-7; D. PALMIERI, Tr. de r. pont. 1877, 521-2; HEINRICH, Dogm. Theol.[2] II 275-8; contra NECTAR., 167-71; LAUNOIUS V 2, 125-47; TOURNELY[2] II 213-5. — De vi Petri in conc. apostolorum cf. W. GUETTÉE in L'Un. Chr. 1880, 24-30, etc.

b) e conciliis. Cf. D. PALMIERI, Tr. de r. pont. 544-8; BILLOT, De eccl. Chr.[3] 663-70; contra TOURNELY[2] II 215-34; J. FRIEDRICH, Docum. I 43-100 (48-57 de conc. chalced.) etc.

c) e patrum doctrina. Cf. BALLERINI, De vi ac rat. pr. c. 13 in M, C. th. III 1014-119; TEPE, Instit. theol. I 1894 n. 513-38 p. 388-408; contra TOURNELY[2] II 235-50 etc. De Irenaeo AAV IX 1-22 (2); LANGEN, Gesch. d. röm. K. {I} 1881, 171; de Athanasio: GUETTÉE in L'Un. chr. XX 1879, 106-21; 151-4; de Augustino LAUNOIUS, Opp. V 2, 1-25; GFRÖRE in Sl. l. th. IV 26; E. DENNY, Pap. 1912, 293-325; de Hilario GUETTÉE in L'Un. chr. XIX 545-53; de Hieronymo GUETTÉE l. c. XX 12-23; LANGEN, Gesch. d. r. K. {I} 853-7; de Optato ibid. 857-9; de Cyrillo Alx. : LAUNOIUS V 1, 1-18; RAICH in Katholik 1870; UCCELLI ibid. 1871 (51 II 218-21); de P. Chrysol. SOLOVJEV, La Russ. et l'Egl. univ. 182 s; FRIEDRICH in Th Ltbl 1870, 372; de Maximo L. ANDRIEUX, La primauté romaine et le clergé or. au VII s. Le Puy 1903.

d) e testimonio episcoporum romanorum (Zosimi, Leonis, Gelasii, Agathonis, Bonifatii I, Hormisdae etc.). Cf. {LA TOUR D'AUVERGNE-LAURAGAIS}, La tradition cathol. sur l'infaill. pont. I 1875 228-35;

siam, ipsis omnibus tamquam membris in Petro summo capite reassumptis promisisse se daturum claves regni caelorum.

(1) No one who interpreted Scripture according to its obvious meaning could suspect that the passage contains a revelation concerning the Church's appointed guide to truth in all time.

(2) Illud in qua redditur a F. R. M. HITCHCOCK, The Treatise of Iren. of Lugd. ag. her. vol. I 1916, 85 verbis inasmuch as (sequitur in hac re W. W. HARVEY); convenire a VL. TROICKIJ, Očerki iz ist. dogm. o Cerkvi S. Pos. 1912, 160-5 intellegitur convenire in unum locum. Cf. etiam FRIEDRICH in Th. Ltbl. 1870, 370.

325-57; 517-65; II 1877 47-8 etc.; P. BOTTALA, De la souver. et inf. aut. du p. 1877 I s. 4, 91-115; HEINRICH, Dogm. Th.[2] II 346-73; contra: TOURNELY[2] II 250-9; LANGEN, Gesch. d. r. K. II 1885, 199 (de Gelasio) etc.

e) e ratione: e fine primatus: si enim romanus pontifex errorem docere posset et toti ecclesiae proponere, fideles aut in errorem inducerentur, aut inoboedientes essent; — e necessitate regulae viventis, qua doctrina revelata ecclesiae infallibiliter applicetur. Cf. SCHEEBEN, D. ökum. Concil II 1870, 425; DE SAN, Tr. de eccl. et rom. pont. II n. 116, 150-1; contra: TOURNELY[2] II 283-94 etc.

Adversarii primum monent doctrinam, ad quam ceterae revocentur, quae habeatur regula fidei, debere manifestissime enuntiari in fontibus revelationis, non secundariis tantum testimoniis dubiae traditionis contineri. Cf. de hoc (contra Conringium) A et P. WALENBURCH, Tract. speciales de controv. fidei II 1671, 140-4; J. v. DÖLLINGER, Briefe u. Erkl. 1890, 89 etc.

Deinde arguunt ipsi a. e scriptura Christum non dicere: si quis ecclesiam vel summum eius praefectum (vel Petrum) non audierit habendum eum esse pro ethnico et publicano; solus igitur non habet Petrus ius anathematizandi, decreta eius non valent plus quam decreta aliorum episcoporum vel congregationum romanarum. Praeterea ne indefinita quidem verba usquam inveniuntur, quibus Petro ut Christi legato fides fiat; indefinita autem verba satis non esse ad legatum constituendum inter omnes constat. Nefas igitur est Christo tribuere talem institutionem et imprudentiam documenti negati qua tot tantosque errores genuisset. Cf. WALENBURCH l. c. 149-50; MEL. PEGAS ap. DOSIT., Tom. kar. 578 etc. — « Scripturae respiciunt Petrum ut est historice, i. e. caput collegii apostolici, centrum cui omnia membra communicant, Patrem, ad quem omnes conveniunt, ideoque omnia privilegia, quae a scripturis conferuntur Petro, conferuntur ut capiti unito membris, ut centro, ad quod omnes conveniunt; male ergo infertur, cum dicitur: haec privilegia conferri Petro soli, separato a fratribus, considerato ut principi qui independenter a tota Ecclesia agit » J. FRIEDRICH, Docum. I p. 4.

b. e contraria traditione: Frequentissima synodus africana (Mansi IV 516 = Migne 50, 425) implicite saltem infallibilitatem romani episcopi certam esse negavit. P. LAPIN in Pr. Sob. 1906 II 272; ANTHIME VII, Lettre encycl. patriarc. et synodale. Cp. 1895, 14-5 (deest in ed. gr.); LAUNOIUS Opp. V 2 p. 22 etc. — In ecclesia antiqua a Roma ad plenarium ecclesiae universae concilium provocari potuit; hoc erat supremum tribunal. AUG., Ep. 43 c. 7 n. 19 M. 33, 168 s Cf. A. KIRĒEV, O papskoj nepogrěšim. 80; TURMEL, Hist. de la th. pos. 1906, 364-5; 370-1. — Concilia retractabant novoque examini ac iudicio subiciebant romanorum episcoporum de fide ac reli-

gione iudicia. Cf. TOURNELY[2] II q. 5. a. 3, 148-54; ANTHIMUS VI § 15 Mansi 40, 401; W J. SP. SIMPSON, Roman Catholic Opposition to Papal Infall. 1909, 365. — De SAN, Tr. de eccl. et r. p. II n. 118-9, p. 151-4 et n. 124-131 p. 157-65 H. HURTER, Theol. dogm. comp.[11] I 1903 n. 433 p. 457-9. — Contra romani episcopi infallibilitatem praeterea afferuntur testimonia Pauli IV (TOURNELY[2] II 197), Eugenii IV (MANSI 29, 88, B), Adriani II (MANSI 16, 126; cf. MUZZARELLI, De auct. rom. pont. in conc. gener. II Gand. p. 264; E. DENNY, Papal. 1912, 463-6); Innoc. III (M. 217, 665; cf. TOURN.[2] II 257-8; KIRĒEV, O papsk. nep. 1892, 37*; 91*); Greg. XI (D'ACHERY, Spicileg vet.[2] ed. DE LA BARRE III 738 ⊢[1] VI 676 ⊣); Leonis II (M. 96, 408 B); Clementis IV. (MARTENE, Thes. anecd. II 218 N° 172); Adriani VI (cf. Laun. Opp. V 2, 378-80; Tourn.[2] II 196); magis negativa (saltem ignorantium se falli non posse): Caelestini (LANGEN, Gesch. {I} 1881, 824-5); Gelasii (Ep. ad Euphem. THIEL 312; cf. LANGEN, Gesch. {II} 1885, 161. 199); Pelagii (MANSI 9, 433. 732; cf. JANUS, D. Papst u. d. Conc. 1869, 95); Greg. I (Dial 1, 4); Zachariae (cf. LANGEN, D. Vatic. Dog. II 125) etc. — Gregorius M. titulum episcopi episcoporum reiecit ut stolidum et impium; iustus esset, si romani episcopi doctores ceterorum episcoporum essent. Cf. TYRRELL, Mediev. p. 85. — E conc. constantiensi et basileensi constat de traditione occidentali et communi episcoporum illius temporis doctrina. Cf. THYRS. GONZ. DE SANT., De infallib. rom. pontificis R. 1689, 640-705; J. FRIEDRICH, Docum. I 75-100; DARBOY ap. GRANDERATH III 236. Etiam vaticani patres testati sunt rem non ut revelatam eo tempore traditam esse: cf. J. FRIEDRICH, D. Irrl. v. d. päpstl. Unf. 1873, 7.

c. ex ignorata romani pontificis docentis immunitate ab errore (Cf. de vi argumenti traditionis negativi RSR 1917, 150-1) Ignorata ab ipsis episcopis romanis: Prima enim epistula ad universam ecclesiam a. 1303 scripta est (« Unam sanctam » Bonif. VIII). Cf. DUCHESNE, Egl. sép.[2] 139 (« auctoritates praedecessorum » TERT., Adv. Prax. 1; « ad universum orbem » PROSPER, C. Collatorem c. 5 M. 51, 228 A; cf. DOBSCHÜTZ, D. Decretum Gelas. 1912, 269-71). — Idem apparet e neglecto iudicio de rebus magni momenti. Cf. G. SALMON, The infallib. of the Ch. 1888, 188-225; C. P. STEWART, Vatican Influence 33 etc. Velut de vi indulgentiarum, de interpretatione scripturae (bene meruissent de Galileo), de essentia sacramenti ordinis, de corporis humani origine etc. Cum hoc conveniunt testimonia paparum supra allata, quibus se falli posse aiunt. — Ignorata ab ecclesia romana, quae suos episcopos cogebat ad iurandum se decreta superiorum episcoporum quae synodaliter facta essent et agnita essent esse servaturos. Cf. J. LANGEN, D. Vatic. Dog. II 131. — Ignorata ab universa ecclesia; quod in hoc dogmate capitale est So far as the Vatican Council seems to suppose that the very rule of faith itself... was unknown

or disputed till it was defined in 1870, it is in patent contradiction with first principles G. TYRRELL, Mediev. 85. Nullus scripturae interpres, nullum catholicae fidei enchiridion nullus orator sacer hoc docuerunt; nemo Honorii crimen propterea in dubium vocavit; aut Petri causam (cf. AGAPET. ap. MANSI VIII 850) melius interpretatus est (cf. LANGEN, D. Vatic. D. I 102 ss.), aut Cyprianum haereticum dixit (ibid. II 125). — Inter haereseon remedia saepe ardua hoc simplicissimum numquam commemoratur : IREN., Haer. l. 3 c. 4; AUG., De bapt. l. 2 c. 4; CAELESTIN., Ep ad Nest. M. 50, 469-85; IO. DIAC., Ep. ad senat. Senar. M. 59, 399; MARTINUS I Ep. ad Amandum Traiect. M. 87, 135-8. Cf. TOURN., De eccl.[2] II 154-8; FRIEDR., Docum. I 34-8; G. SALMON, The infall. 1888, 281. Idem dic de exhortationibus, quibus errantes ad resipiscendum movebantur (cf. AUG., C. Donat. JANUS, D. Papst u. d. Conc. 1869, 94). — Gnostici, Montanistae, Chiliastae, Paulus Samosat., Theodotus, Artemon, Noëtus, Sabellius, Beryllus, Lucianus Antioch. etc. sine romano episcopo reiecti sunt. Ajoutez à cela qu'on ne dit pas d'un seul des anciens hérétiques qu'il ait commencé par rejeter l'autorité des Papes en matière de foi ou qu'il ait été emporté jusqu'à renier cette autorité, ce qui prouve qu'on ne reconnaissait pas dans les Papes cette autorité infaillible, que personne ne croyait à cette prérogative et que personne n'y avait recours ». {DÖLLINGER}, Considérations proposées aux év... 1869 Ratisb. p. 2. — In tribus quaestionibus, ubi Roma intervenit de paschate, de rebaptizando, de paenitentia concedenda, nihil efficere potuit. — Quantopere differt a vaticano modo res concipiendi modus quo Victoris decretum exceptum est! Cf. TOURN.[2] II 167-9. — Decreti quod Stephanus edidit, nulla ratio habita est (conc. arel. I cn. 8 DENZ.[11] n. 53; BASIL. M. Ep. 188 cn. 1 M. 32, 663. 667; TIMOTH. PRESB. cp. M. 86, 14. 70; conc. trull. cn. 95; THEOD. STUD., Ep. l. 1, 40 M. 99, 1051 etc.). Cf. BOTTALA, De la souv... I 1877, 155-70; STRAUB, De eccl. II 404-10 (contra {Döllinger}, Considér... 1869, 11 etc.). — Paparum decreta non ob eorum auctoritatem sed ob rei veritatem examinatam probabantur : CONST. ad Leon. II. ep. 1 : LANGEN, D. Vatic. D. 1871, 109; conc. ephes. G. B. ROBERTS, The Papal Question 1914, 130-1 — Item magna vis est repulsae Vigilii in Italia acceptae; quem errare non posse concilio V persuasum non erat. Cf. LANGEN, Gesch. {II} 1885, 379 (cf. I 826 de conc. III.). — Idem apparet e modo quo Adriano I. restitit conc. parisiense a. 825. Cf. JUNGMANN, In hist. eccl. dissert. 13 n. 71 ss., HEFELE, Conciliengesch.[2] 4, 41 ss. — Nonnumquam Roma de fide consulta est; sed ne tum quidem quid episcopus romanus universo orbi ad credendum proposuisset, verum quid a Romanis crederetur quaerebatur. Cf. CYPR. Ep. 30, 2; HIERON. Ep. 63 ad Theophil. n. 2; C. Rufin. 1 n. 4; 2, 12; THEODORET. CYR., Ep. 93 c. 5; MAXIMUS, Opusc. M. 91, 137 etc.

De Aug. cf. J. LANGEN, Gesch. {I} 864. Quare INNOC. III. M. 217, 662 D ecclesiam romanam ut ab eo distincta est pro magistra habet. Cf. COLUMBAN. Ep. 5 n. 10 M. 80, 280; MANSI IX 367 BC. — Item non episcopus romanus, sed ecclesia romana olim decernebat, velut quartodecimanos excommunicavit. IGNATIUS M. dignitatem ecclesiae romanae noverat, episcopum ignorabat; v. Ep. ad Rom. inscr. et 3, 1 Similiter Irenaeus. Quae dignitas tanta non fuit, ut Basilius ecclesiae antiochenae maius momentum tribuere non posset; cf. ANTHIMUS VI MANSI 40, 391. — Adde quod aliae ecclesiae minime sollicitae erant de cognoscendo legitimo episcopo romano etiam cum competitores alter alterum pro haeretico habebat, velut Hippolytus et Callistus. — Denique ante conc. tridentinum nemo decreto romani pontificis vim peremptoriam tribuit. Cf. LANGEN, D. Vatic. D. IV 42. 72.

d. e factis : Saepe enim interrogati (ut papae), ergo ex cathedra loquentes (cf. [JANUS] D. P. u. d. C. 427-8 falsa respondere. De Zephyrino cf. Straub, De eccl. II 403-4. De Callisti modalismo cf. ANT. DUPIN in RHLR XI 1906, 524. De Iulio, qui Marcellum Ancyr. absolvit cf. LOOFS in RE[3] XII 262; FETISOV, Dïodor Tarskïj 1915, 206; MARKOS DASKALAKES autem in EP 1910 eum solum pro « terminologico » haeretico habet. De Stephani errore de tradito de baptismo praecepto, de confirmatione (Ep. 74) cf. H. ACHELIS, D. Christentum in d. erst. 3 Jhd. II 1912, 225. De Liberio qui arianam formulam anni 357 subscripsit cf. ANTIMOS, Egkukl. patr... Kp. 1895 n. 18 p. 15; A. XOMIAKOV. Polnoe sobr. soč.[3] II 71*; N. BĚLIAEV, O katolicizmě. Kaz. 1889, 179-81; KRÜGER in Th. Lit. 1914 N. 2 (1); contra DE SAN, Tr. de eccl. et r. p. II n. 132-6; J. Turmel in R Cath. d. Egl. III 1906, 593-685; Sl. l. th. IV 137-85; A. D'ALÈS in DA; BATIFFOL in Le Cathol. et la p. c.; J. ZEILLER in Bull. d'a. lit. 1913, 20-51. De Damaso qui (DENZ [11] 84) Io. Ap. scriptorem 1 Io. a Io. presb. scriptore 2 et 3 Io distinguit cf. H. HOWORTH in JThSt 14, 321-37. De Innocentio I. et Gelasio I. (Ep. ad Picen. 1/XI 493 THIEL 325) cf. HERGENRÖTHER, Anti-Janus 1870, 50-1: ROUX, Le Pape Gélase I 1880, 120; LANGEN, Gesch. d. r. K. {II} 1885, 163. De Zosimo qui formulam negantem peccatum originale comprobavit cf. ANTHIMUS VIII l. c.; BOSSUET, Defensio declar. l. 9 c. 35; [JANUS], D. Papst u. d. C. 74; contra N. ALEXANDRE ap. ZACCARIA, Thes. VII 1355-60; B. JUNGMANN, Dissert. sel. in hist. eccl. II 213-6; STRAUB, De eccl. II 429. De Hormisda (Ep. 70) cf. STRAUB, De eccl. II 429. De Vigilio qui a conc. V condemnatus est propter errorem fidei cf. A. A. KIRĚEV, O p. nepogr. 1892, 102; BOTTALA, De la souv. et inf. au. I 310-28; LA TOUR D'AUV.-LAUR., La trad. cath. II 1877, 126-44. De Honorio, qui ut monotheleta condemnatus est a

(1) Das verdammende ὤκλασε des ATHANASIUS ist nicht aus der Welt zu schaffen.

conc. VI. cf. A. P. Lebedev, Vselenskïe sobory VI. VII i VIII vv.[3] 1904, 86; E. F. Willis, Pope Honorius L. 1879; E. Ruckgaber, D. Irrlehre d. Hon. 1871; P. Lepage Renouf, The Condemn. of Pope Hon. L. 1868; W J. Sp. Simpson, Roman Cath. Oppos. to P. Inf. 1909, 31-47; contra Sinthern in Sl. l. th. III 147-214; de San, Tr. de eccl. et r. p. II n. 137-54 = p. 177-200; Tepe, Instit. theol. I 422-32; J. Chapman. The Condemn. of Pope Hon. L. 1907 etc; bibliogr. v. ap. Gla, Repertor I. Bd. 2. Abt. 1904 § 74 p. 604-9. De Zacharia qui antipodas sustulit cf. J. Français, L'Egl. et la Sc. Par. 1908 60. De Stephano III qui episcopos consecratos a Constantino II. reordinavit cf. J. Friedrich, Docum. I 39-43; Straub, De eccl. II 440-1. De Nicolao I. (bapt. in nom. Chr.) cf. Salmon, The infall. 431-2; Straub II 435-8. De Sergio III. qui reordinavit ordinatos a Formoso, de Theodoro II et Ioanne IX qui Stephani VII. eiusque concilii decretum pro errore habuerunt cf. I. I. Overbek in Xr. Čt. 1882 II 391; [Janus], D. Papst.. 1869, 54-7; 298-300; Hergenröther, Anti-J. 1870, 55-6; Hefele, Conciliengesch.[2] IV 577. De Leone IX. et Urbano II. cf. Straub II 442-53. De Nicolao II. (de euchar.) cf. Hergenröther, Anti-J. 1870, 56. De Innocentio III. (de lege deuteron.; de infallibili papa ut haeretico deiciendo a concilio) cf. Hergenr., Anti-J. 56-7. De Bonifatio VIII (Unam Sanctam) cf. Baronius ad ann. 1053, 14 et ad ann. 1073, 13; Suarez, Defensio fid. cath. l. 6 c. 8; Tourn.[2] II 191; Döllinger ap. Granderath III 626; Rauscher ibid III 23 (Observationes quaedam de infallib. subiecto 1870. 61-71), Schulte, D. Gesch. d. Quellen u. Lit. d. canon. Rechts I, 1880 5; J. Berchthold, D. Bulle Unam Sanctam. M. 1888 (contra quem scripsit Grauert in Hist. Jb Görr. IX, 1888, 137-51); W. Joos, D. Bulle U. S 1897; Fr. Ehrmann, D. B. U. S. 1896; B. Jungmann, Dissert. sel. in h. e. VI 48-67; Funk, Kgesch. Abh. I 484; S. di Bartolo, I criteri teol. 1888, 21-2; L'Ami du Clergé 27, 1905, 869-73; Pohle in KL[2] XII 229-40; Hemmer in DThC II 999-1003 etc. Cf. Gla I2 § 75. De Ioanne XXII. cf. J. Friedrich, Docum. I 112-6; B. Jungmann, Diss. sel. VI 1886, 159-63; Gonzalez de Sant., De infallib. R. P. 1689, 731-6. De Eugenio IV cf. [Janus], D. Papst u. d. C. 63-5; Straub, De eccl. II 456-7; De Innoc. VIII. (et Alex. VI. Leone X, Iul. II, Hadr. VI.) qui de sagis erravit (bulla: Summis desiderantes affectibus) cf. [Janus] 277-9; A. Koch, Lehrb. d Moraltheol.[2] 1907, 411. De Leone X. qui omnes bullas infallibiles putavit (similiter atque Greg. XIII et XIV. infallibilitatem nimiam sibi adscripsere) cf. Langen, D. Vatic. D. IV 97; de eiusdem errore de thesauro meritorum cf. ZkTh 37, 1913, 394-400. De Paulo IV. et Pio V. cf. [Janus], 405-6; 408-9; Hergenröther, Anti-J. 168-9. De Sixto V. cf. Gretser ap. Le Bachelet, Bellarmin et la Bible Sixto-Clém. P. 1911, 155-67; Reusch in Th Ltbl. V 1870, 413-4; Langen, D. Vatic. D. IV

96; Th. Gonzalez de S., De inf. R. P. 737-44; P. M. Baumgarten in Köln. Volksz. 1911 N. 306. De Pio IX. (de statu ecclesiastico) cf. Muzzarelli, Domaine temporel du pape (Opusc. t. II n. 14) Av. 1841; D. Palmieri, Tr. de r. pont. 493-507; Hoensbroech, D. Kirchenstaat i. s. dogm u. hist. Bed. 1889, 74; Straub, De ec. II 545-53. — De erroribus in disciplina et ritu (velut de Pii VI. decretis Denz. Ench.[11] 1566, 1531, de erroribus historicis in breviario, reliquiis falsis, impedimento affinitatis etc. cf. A. N. Muravjev, Slovo katolič. pravoslavïja M. 1853, 42-54; Hase, Handbuch der protest. Polem.[4] 458; Anon., La question relig. en Orient P. 1854, 117-36; Straub, De ec. II 272. 274-80. 283-326.

e. e ratione: Non est romanorum episcoporum, sed ecclesiae, creare eos qui sibi succedant. Ergo non possunt esse privilegia alligata Romae (seu loco 41° 53′ 54″ versus septemtriones et 12° 59′ 53″ versus orientem sito) sed quidquid illi habent, habent ab ecclesia. Quid fiet, si Roma destruetur? Папы не избираютъ себѣ преемниковъ, а избираются церковью. Разъ это такъ, почему же церковь не можетъ избирать въ папу какого-угодно епископа и оставить его пребывать въ томъ мѣстѣ, въ которомъ онъ былъ ранѣе, или сообразно условіямъ измѣнять мѣсто резиденціи папы? S. Glagolev, Sverxestestvennoe otkrovenïe i estestvennoe bogopozn. vnē istinnoj cerkvi. Xarjkov 1900, 427. Cf. Mazzella, De relig. et eccl.[2] 1880 n. 946 p. 738-9. — — Non apparet unde papa infallibilitatem accipere possit. Nam omnis potestas supernaturalis sacerdotis et summi sacerdotis (священническія и первосвященническія полномочія) sacramento ordinis confertur (A. P. Malįcev in Xrist. Čt. 1894 II 276). Cf. D. Palmieri, Tr. de r. p. 352-3. Accedit quod libertas ab errore in hac re non videtur separari posse a libertate a peccato (непогрѣшимость); si cui Deus vult cognitionem sanctorum propriam dare, sanctum eum faciet; nec enim evangelium in gnosticis quaestionibus aut in vitae praeceptis consistit (M. M. Tarēev ap. A. Smirnov, Immanentnaja filosofija xristïanstva PG 1914, 7. Atqui papas a peccatis liberos non fuisse constat. Cf. Joh. H. Hottingerus, Historiae ecclesiasticae N. T. Enneas I 1651, 615. — — Illud quo dogma vaticanum nititur: fideles debere esse passivos, falsum est; auctoritas aliter intellegenda est: механизмъ и юридизмъ, или номизмъ оттиснулъ собою живое органическое церковное начало. D. I. Bogdaševskïj in Tr. KDA 1904, 177. — — Infallibilistae in locum principii Mt 18, 19. 20 enuntiati substituunt principium novum; atqui illud est fundamentale christianismi: providentiae divinae Christus fidi etiam atque etiam iubebat. — — Illud ex cathedra obscurum est; condiciones habendae doctrinae propositae pro certa incertae sunt. Cf. I. A. in V. i R. 1904 II otd. cerk. 25; Malinovskïj, Pravosl. dogm. bogoslovïe III 756 (cf. Očerk II 305;

Sl. l. th. IV 342); F. LOOFS, Symbolik I 1902, 213; G. TYRRELL, Mediev. 1908, 86 The Council tells us that the infallibility of the Pope is not other than that which belongs to the whole Church. This may mean either that the Church is said to be infallible only because she possesses an infallible Pope — much as a flock of sheep in union with its shepherd might be called intelligent. Or it may mean that the Pope — like the Council — speaks ex cathedra and infallibly only when and so far as he truly represents and utters the general mind of the Church, — when he gives a judgment that is infallible, just because he speaks in union mith the whole Church — not as over it or under it, but as organically one with it. The former meaning is that of the party which convoked and engineered the Council; the latter is that which they desired to but dared not openly exclude (1). Cf. J. REINKENS, Ueb. päpstl. Unfehlbarkeit 1870, 378-85 (= 54-61); Luc. CHOUPIN, Valeur des Décisions Doctr. et Disc. 1913, 6-9; 19-21; 24-37. — — Si episcopus romanus immunis est ab errore, arrogantiae est et non legitimae potestatis, congregari episcopos ad dogma definiendum. W A. CURTIS in HAST. ERE VII 271. Cf. TYRRELL, Med. 56. — — Si concilia sine papa ab errore immunia non sunt, inania sunt. PEROV, Rukov. k oblič. bog. 1900, 71; FRIEDBERG, Sammlung d. Actenstücke zum ersten Vatic. Conc. 130. Cf. DE SAN, Tr. de eccl. II n. 120-3; STRAUB, D. eccl. Chr. II 470-8.

De subiecto infallibilitatis cf. A. XOMIAKOV, Polnoe sobr. sočinenïj[3] II 239-40; 189-91; 108-9; IASTREBOV, Katoličeskïj dogmat o nepogr. p. in TrKDA 1881 III 289-328; N. BĒLIAEV, O katolicizmē. Kaz. 1889, 191-4; M.L., Razbor ïezuitskago tezisa, papskaia nepogr. in ViR 1889 II 676-96; ARSENIEV, Falsifikacïia rimsko-katolič. katixizisov v uč. o papskoj nepogr. in Dušep. Čt. 1890 I 423-8; II 69-74; E. USPENSKÏJ. Oblič. bogosl. Ufa 1891, 85-8; SVĒTLOV, Papskaia nepogr. v svētē istorïi in Pr. Ob. 1892 I 94-110; arxim. AVGUSTIN, Rukov. k osnovn. bogosl.[4] M. 1898, 251-3; BULGAKOV, K vopr. o papskoj nepogr. in TrKDA 1902 I 468-513. — PETRUS ARCUD., De purgatorio igne adv. Barlaam 1637, 148-357; L. ALLACCI, De ecclesiae occid. a. or. p. c. 1648 l. 1 c. 23. 26; L. CZEPAŃSKI, Controversiae orientalis et occid. ecclesiae de subiecto potestatis ecclesiasticae... Vars. 1699; O cerkvi. Istorič. očerk. Berl. 1888, 255-331. — THO. AQ. II II q. 1 a. 2; Io. DRIEDO, De ecclesiasticis dogm. l. 4 p. 3 c. 3; EKIUS, De primatu Petri l. 1 c. 18; Io. A LOVANIO, De perpetua cathedra Petri c. 11; MELCH. CANUS, De locis theol. l. 8 c. 7; E. RICHER, Vindiciae doctrinae maio-

(1) Ab hac obiectione distinguenda sunt quae manifesto errore in dogmate intellegendo continentur; velut cum privata enuntiatio cum publica confunditur, cum veritatem eandem esse sive decem christianis sive sescentiens centenis milibus annuntietur obicitur (A. KIRĒEV, O papskoj nepogrēšimosti M. 1892, 68-71; 95-100,

rum scholae Parisiensis de auct. et inf. eccl. 1683; B. Desirant, De rom. pontificis infallib. 1687; Th. Gonz. de Santalla, De inf. r. p. 1689; F. J. Elinga, Summa totius doctr. de r. p. auct. et inf. 1690; J. la Placette, Vetus ecclesiae sententia circa auct. r. p... 1691; Andr. Duvalii, De infall. r. p. in Bibl. Max. Pontif. (Rocaberti) III 1698, 465-94; L. Ellies-Dupin, Traité de la doctr. chr. et orth. 1703, 347-67; V. Pichler, Papatus numquam errans... 1709; M. Petitdidier, De infallib. r. p. 1727; G. Cartier, Auctoritas et inf. sum. pontificum 1738; B. Ganser, Auctoritas r. p. 1759; Io. Rupp, De inf. r. p. extra conc. gen. 1763; Ios. Orsi, De irreformabili R. P. in def. f. contr. auct. 1771; Tho. Mayer, De romani p. et concilior. g. auct. 1779; L. Veith, De prim. et inf. R. P. 1781; C. Brancadero, L'infallibilità del Papa 1788; Car. Plowden, Considerationes 1790 etc. Cf. Gla, Repert. I 2 § 72-3, 562-604; P. J. Toner in CE VII 790 etc.

### § 6. *De officiis quae ecclesiae e copia cognoscendi (sive revelatione sive ratione) vera religionis nascuntur.*

Ecclesiam universam debere conservare et ab erroribus defendere quidquid credendum est ab omnibus christianis et in eo intellegendo progredi haud scio an ab omnibus concedatur. Verum suspicor a nonnullis hoc existimari impleri eo, quod singuli vitam vivant supernaturalem, impleri dico non ex parte tantum, sed omnino.

Magistratus ecclesiastici certe est eas res cognoscere et in iis cognoscendis proficere studere; praeterea debent per se vel per alios viros idoneos instituere ceteros saltem quaestionibus diligenter digestis, plena ecclesiae auctoritate firmatis » Aug. Serm. 294 M. 38, 1348; ex opinione de vi formularum dogmaticarum pendet, utrum hoc munus sit positivum an negativum tantum, protegendi. Cf. Pobēdonoscev in RDM 1898, 149, 223). Qua in re omnibus modis utendum esse apparet, quibus ad persuadendum de rebus credendis opus esse potest.

Quaeritur sintne poenae decernendae quibus ii qui dogmata ecclesiae negent afficiantur. Hoc ecclesia facere non consuevit, nisi iam sunt qui rem impugnent multosque seducturi videantur, quibus poena proposita non sit.

Cum dubium fit, utrum aliqua res certa et explorata sit ex iis quae ab omnibus credendae sunt necne, vel cum res aliqua, quae ad religionem pertinere videtur adeo obscura est, ut etiam dubitetur sitne neganda an tenenda, omnes consentiunt ecclesiam debere rem secum reputare ac perpendere, quando tamen quid verum sit inveniri possit, ex variis condicionibus pendere. Constat praeterea posse in ecclesia etiam de rebus magni momenti dissentiri neque consensum examine instituto nasciturum idoneum esse ad dubium inde ab initio tollendum. Sed certe ne apud latinos quidem theologos regula vulgo agnita occurrit, qua statuatur, quibus in rebus et condicionibus auctoritas

ecclesiastica aliquid decernere debeat, verum ipsi, ut videat quando id expediat, committi solet. Tridentinum quidem a compluribus rebus decidendis abstinuisse constat; romani episcopi nondum molinismum aut bannezianismum condemnarunt, et diu passi sunt negari Mariam inde ab initio a peccato originali liberam fuisse (cf. SCHWARZENBERG ap. GRANDERATH III 224-5). Maxime cum non de re revelata agitur sed sive de conclusione theologica sive de facto ratione cognoscendo, theologi a decreto a magistratu ecclesiastico postulando alieni sunt. Cf. OTTIGER, Theol. f. II 847-8 (contra FROHSCHAMMER, qui romanis episcopis exprobravit quod in talibus erroribus impugnandis neglegentes fuissent). Cf. de tractandis controversiis theologicis LAUN., Opp. t. V 2 p. 696-734.

Illud quoque conceditur, non esse postulandum, ut ab auctoritate ecclesiastica omnes controversiae religionis sine periculo erroris dirimi possint. Jn tali re num saltem interim aliquid statuendum sit, velut ob scandalum pusillorum, nostra non interest.

Theologi latini autem passim dicunt necesse esse auctoritatem ecclesiasticam tum, cum controversiae dirimi possint, copiam habere rem prompte ac secure decidendi; cf. TANQUEREY, Synopsis theol. dogm. fundamentalis[14] 1911 n. 761[b]; quod cum dicunt, negant fieri posse, ut numquam eiusmodi condicio se offerat, ut a decreto abstinere non liceat; neque enim frustra postulari potest, ut decerni possit.

De ecclesia orthodoxa cum quaeritur, num in se ipsa (i. e. nulla ratione habita consensus ecclesiae romanae, auctoritatem habeat qua controversiae ita divimi possint, ut quaestio plane decidatur seu num dogmati condendo ipsa sufficiat, theologi orthodoxi dissentiunt. Cf. W PALMER ap. W. J. BIRKBECK, Russia and the E. Ch. I 1895, 43-51. Aiunt : anonymus, qui scripsit Dogmatische Erörterungen zur Einf... 1893, 6 ; MAKARÏJ, Vvedenïe[6] 1897, 19 ; MALINOVSKÏJ I 28; Z. ROSES 103-4; MESOLORAS; MILAŠ; GUSEV; I. SOKOLOV; ep. SERGÏJ etc.; negant : FILARET, BOLOTOV, BĚLAIEV, KIRĚEV, SVĚTLOV, ANTIMOS VII, ANDROUTSOS, DAMALAS, DIOM. KURIAKOS, MPALANOS, KRUS. PAPADOPOULOS ; illi sibi constant cum Petri Mogilae et Dosithei confessiones pro documentis erroris expertibus habent ; hi solum quatenus cum fide nostra catholica conveniunt eandem auctoritatem iis tribuere possunt. Theologos catholicos non illis sed his assentiri planum est. Cf. TONDINI, Le Pape de R. 1876, 216-21 ; M. M{ALATAKES}, Réponse à la lettre patriarcale et synodale. Cp. 1896, 172-3.

Opinione negantium usi multi polemistae hoc modo orthodoxos arguunt : Ecclesia septem conciliorum sibi tribuebat ius et officium (cf. MANSI VII 456-7) proponendi authentice quid sit credendum, quid non sit, obortis controversiis de fide. Quodsi ecclesia orthodoxa in se ipsa hoc iure caret, essentialiter differt ab ecclesia septem conciliorum, ergo non est vera ecclesia. Addunt contra eos qui hoc ius ecclesiae

orthodoxae tribuunt, fatendum iis esse vel eam suo officio deesse (novum symbolum necessarium esse ipsi orthodoxi ⊢ GLAGOLEV in Bog. V. 1905 III ⊣ sentiunt) vel dogmatum suorum (si confessiones quas commemoravimus habentur lex credendi) observationem non urgere (cum earum vim in dubium vocari sinat). Nec enim negari posse novis decretis opus esse contra novos errores aut duci satis esse ritus antiquos integre conservari; nam, ut exemplum afferatur, qui cum Calvino de baptismo infantium sentit, etiamsi priscos ritus retinet, sacramentum saepe male administrabit. Cf. A. PALMIERI, Theol. dog. orth. Prol. I 24. Quod argumentum comparatione illustratur : « Homo qui loquendi facultate destituitur ac membris perfractis et praepeditis, haud aliter atque immobile iacet cadaver, impar habetur suis muneribus obeundis suoque operi perficiendo. Hoc idem de ecclesia asserendum est, si eam numquam locuturam statuamus, ut Dei verbum, Deum sitientibus profundat. » A. PALMIERI l. c. I 426; cf. 428. 429. « Ducem imitaretur, qui permultis ductis triumphis moenia suae arcis, quae tempore pacis asylum praebent, vetustate iam fatiscentia, quominus instaurarentur, vetaret » p. 433 etc.

Falsum illud quidem est quod PALMIERI contra dicentibus (cf. A. LEBEDEV, Vzgliad Grafa L. N. Tolstago... SPos. 1904, 40-4) respondet I 660: « Non adest ratio, cur orthodoxi Russi teneantur minorem fidem adhibere placitis Tolstoianis quam sententiis synodi petropolitanae ». Nam magistratus ecclesiasticus, ab errore non immunis, si modo legitimus bona fide habetur, plus valet in rebus religionis quam philosophi auctoritas. Sed certum est ecclesiam antiquam ad controversias tum ortas exstinguendas non id satis habuisse sed plerumque firmiora praesidia adhibuisse.

Tamen neglegenda non sunt quae orthodoxi respondent: alii censent antiquis temporibus nihil aliud aptius fuisse ad cognoscendam veritatem quam episcoporum omnium ecclesiarum conventus; alii tum acta esse ipsa theologiae christianae fundamenta annotant; alii volunt ingenio Graecorum proprio tali modo indulgendum fuisse; aliis videtur cuidam aequalitati confessionis consulendum fuisse ordinis et concordiae et unitatis causa, eatenus tamen quatenus providentiae Dei, prudentissimi rerum existimatoris, placuerit; alii inde discrimen repetunt quod tum inspirationi personali tuto fidi potuerit, postea iam soli traditionis fidei omnia committenda fuerint, decreta igitur ex eius quod traditum est indagatione sua sponte nascantur; alii denique officium perseverare haud scio an non negaverint, officii impediti ream facientes ecclesiae partem nocentem.

Restat, ut quaedam de singulorum christianorum officiis exponantur. Varia sunt, velut ea quae Christus vel apostoli docuerunt, vel aliunde vera religionis praecepta esse cognoscuntur, observandi, ea quae magistratus ecclesiae sive ab errore immunis sive errori obnoxius,

statuerit, pro regula habendi ad quam actiones dirigantur, saltem nisi de ipsa eius auctoritate bona fide dubitatur (cf. W PALMER, A. treat. on the Ch[3] II 107). Sed ne quaestiones repetamus quas iam supra commemoravimus, hic solum illud videtur quaerendum esse, debeantne ii qui in ecclesia sunt, se separare a communione eorum quos vera religionis negare, de fide errare, haereticos esse credunt sive propria ratione (cf. NECTAR. p. h., Confut. imp. p. 1702, 100) sive auctoritatis ecclesiasticae iudicio freti, modo ne superioris auctoritatis decreto prohibeantur.

Communicari cum haereticis videtur vetare scriptura : 2 Cor 6, 14 ; 1 Tim 6, 3 ; 2 Thess 3, 6 ; 2 Io 11 ; Apc 18, 4 ; doctrina patrum : HERM., Mand. 4, 1, 5 ; CYPR., Ep. 67, 9 etc. ; kanōn ekklēsias : EUSEB., H. e. VI 2 ; usus ecclesiae : exempla Polycarpi qui a Cerintho (EUS., H. e. 4, 14), Moysis M. qui a Novatiano (EUS., H. e. 6, 43), Hieronymi qui a Ioanne ep. hierosol. se separarunt. Haeretici autem appellantur quicumque in errore perseverant non solum qui rem definitam aut revelatam negant (cf. ADRIAN. I. Apolog. M. 98, 1292).

Officium hoc non videtur urgeri posse nisi in quaestionibus plena ecclesiae auctoritate firmatis ; alias enim error « ferendus » est (AUG., Serm. 294 M. 38, 1348). Qui tamen ob eiusmodi errorem ab altero quem errare putat, se separat, is proprie videtur schismaticus vocandus esse. Porro quaeritur, quae auctoritas idonea sit ad schisma a culpa eximendum et ad separationem imperandam. Qua quaestione soluta emerget, num Graeci, nullius concilii oecumenici auctoritate freti, a Latinis quos haereticos ducebant, iure separare se potuerint ; item num Latinos pro schismaticis habere possint ideo quod ab iis se separarunt.

L. MACH et JUL. DAVID.

## § 7. *De notione dogmatis.*

Ut a concessis proficiscamur neve cogitationi praecurrat impressa iam ante opinio, dogma latius conceptum definimus : verum religionis quod ut ab omnibus alicuius aetatis hominibus verum firmo animi assensu agnoscatur, lege naturali postulatur. Vera religionis sunt vera morum et fidei i. e. quae ad cognitionem debitae hominis ad Deum relationis eiusque principiorum pertinent. Hanc quam dicimus latiorem dogmatis notionem constat esse notionem quae proprio nomine significanda sit, nec aliud nomen aptum inveniri videtur. Aptum autem est hoc, si analogia perfecta est inter dogma strictius acceptum et notionem expositam. Itaque dogma strictius acceptum definimus doctrinam, cuius professio saltem externa est officium fidelium nascens ex mandato auctoritatis ecclesiasticae. Haec notio certe satis magni momenti est, ut ei nomen peculiare reservetur ; ea convenit omni

doctrinae quae vulgo verum dogma appellatur ab orthodoxis et a catholicis, etsi non omnem dogmatis essentiam exprimere videri potest. Convenit etiam soli doctrinae infallibiliter enuntiatae et imperatae; nam rerum, quibus error subesse possit, professionem ecclesia ab omnibus christianis postulare non potest. Quapropter ut dogma fiat, obiective interventus ecclesiae ab errore immunis necessarius est; quaeri solum potest, utrum conciliis (vel auctoritate romani pontificis) opus sit (MALINOVSKÏJ, Pr. d. b. I 8-9), an consensus ecclesiae (docentis vel discentis) sufficiat (XOMIAKOV, Polnoe sobr. soč.[3] II 1886, 190-1) ad obligandos christianos ad confessionem externam atque ad dogma strictius acceptum. Hinc pendet, utrum dicendum sit an negandum, ecclesiam primam dogmata habuisse (cf. L. MURILLO, El progresso en la revelación cristiana. R. 1913, 293).

Sunt tamen res, quae etsi fide catholica credenda existimantur (cf. S. SCHIFFINI, Tract. de virtutibus infusis 1904, 213-31), tamen dogmata a catholicis theologis non vocantur; conclusiones dico ab ecclesia definitas. Sed duae res in dubitationem vocari possunt, quibus hic usus continetur sitne notio clara, qua dogmata a conclusionibus separantur et, si clara est et per se dogmatis strictissime accepti nomine digna, num ecclesia ab errore immunis sit in conclusionibus definiendis. Hic iuvat solum de priore quaestione quaedam annotare (cf. supra p. 342-3).

Conclusiones dogmaticae distingui possunt a suis principiis, si dogma strictissime sumptum vel est illud, quod a Deo revelatum est et ab ecclesia credi iubetur, vel illud quod per Christum vel apostolos a Deo revelatum ab ecclesia credi iubetur. Si posteriore modo dogma strictissimum definitur, quaeritur 1) cur nihil aliud omnibus fidelibus ad credendum proponi possit nisi quod in praedicatione Christi et apostolorum vel formaliter vel virtualiter contineatur ; 2) quomodo distingui possit inter dogma ab ecclesia definitum et dogma nondum definitum. Si quidem quod a Deo per Christum et apostolos revelatum est, ab iis ad credendum propositum videtur esse, quos ecclesiae auctoritatem supremam fuisse negari non potest. Si priore modo dogma strictissimum definitur, tota quaestio in notione revelationis versari videtur; solum, ut doctrina (non iam ipsa notio dogmatis) theologorum catholicorum habeatur, addenda est quaestio, utrum omnia quorum professio ab ecclesia praecipi potest, per Christum et apostolos revelata sint necne.

Quaedam notionis revelationis obscuritas ab ipsis theologis catholicis sentitur, cum de fide ad salutem necessaria (Hebr 11, 6) quaerunt. Nimia enim difficultate premuntur. Aliter GUTBERLET de hac re sentit, qui satis esse censet cognitionem Dei via naturali acquisitam et gratia ornatam (Lehrb. d. Apologetik[3] II 1904, 87; cf. RIPALDA, De ente supernat. dp. 20). Aliter eius adversarii F. SCHMID, D. ausserord. Heils-

wege f. d. gefall. Menschh. 1899, 85-112, RAIM. MARTIN O. Pr., De necessit. credendi et credendorum etc. Melius his doctrinam de necessitate interventus auctoritatis divinae ad fidem habendam salvat Ios. KERN, qui Deum per mundum aeque bene loqui ac per figuram aliquam hominis loquentis dicit; et si minus directa esset haec loquela, tamen directiorem necessariam non esse; honestatem enim credendi potius augeri. Itaque qui credit Deum esse et esse suum finem, quia ex naturae consideratione cognovit Deum hoc sibi dicere eumque velle ut hoc agnoscatur (rem enim non esse eiusdem momenti ac formulas mathematicas, quas neglegere liceat), Dei revelantis auctoritatem motivum suae fidei habet. Ne illustratio quidem extraordinaria necessaria est qua obscure et sine reflexione cognoscat Deum hoc sibi dicere, quod ex naturae contemplatione cognovit. Haec consideratio, qua « salvatur » doctrina de motivo fidei, eodem intellectualismo nititur, quo analysis actus fidei contineri solet et quo mens Deo adhaerens ad intellegentiam auctoritate Dei loquentis determinatam revocatur, ac vera censenda est, si fides intellectualistice est sumenda. Sed de quaestione hac supra quaedam commemorata sunt (§ 1). — Praeterea sunt scholastici (velut Salmantic., De fide dp. I dub.4 § 1. 2) qui ne revelationes quidem privatas fide divina credi posse contenderunt; sed cur non possint omnino non apparet.

Itaque dicendum videtur *1*. Ad supernaturalitatem actus, quo vera religiosa creduntur, non est necessarium supernaturale motivum, non magis quam ad supernaturalitatem actus paenitentiae. Cf. Sl. l. th. VI 166-7; 169-71. — *2*. Nec ad certitudinem omni errore vel dubio superiorem aut ad perseverantiam in assensu (W. LIESE, Der heilsnotw. Glaube 1902, 126 ex AUG.) est necessarius interventus auctoritatis divinae. — *3*. Ad vera religiosa saltem actu libero amplectenda ita necessarius est quidam Dei interventus, ut sola ratio humana (i. e. mens determinata rebus huius mundi) ad id non sufficiat. Sed quaeritur, qualis haec inclinatio esse debeat vel quomodo effici. Qui Dei interventus, sive est voluntatis inclinatio (cf. Mt 16, 17), sive veritatis ostensio, potest sensu vero revelatio appellari, quatenus ab incognito ducit ad cognitum. Cf. THO. AQ. II. II. q. 173 a. 2.

Potest autem cogitari varia huiusmodi revelatio a) per epiphaniam Dei in figura hominis; b) per sermonem Dei humano modo conceptum, humana voce editum; c) per communicationem interiorem notionum a mente passive receptarum; d) per cognitionem determinatam miraculo physico; e) per cognitionem determinatam desiderio animi a mundo aversi et in Deum intenti, vel alia qualibet condicione divinae illustrationis; f) disiunctive : per cognitionem quovis modo supernaturali acquisitam.

Quae opinio e propositis eligatur, maxime pendet α) ex interpretatione Rom 10,17 (cf. Trid. S.6 cp 6 DENZ., Ench.[11] n. 798) et β) e

notione fidei. Fr. Schmid quidem, D. ausserord. Heilsw. 1899, 173-91 hunc locum significare existimat ea, quae fere ac publice fiant, nec putat eo negari exceptiones.

In actu fidei tria distingui solent auctoritas divina ut motivum assensus, cognitio Deum aliquid revelavisse, motus voluntatis ad dandum assensum. Ratio autem formalis, qua actus fidei constituitur, haberi solet auctoritas divina. Cf. J. V. Bainvel, La foi[2] 1908, 82 ss. Sed 1) haec sententia non est veterum scholasticorum. S. Thomas A., ubi ex professo fidei notionem exponit, aliter eam definit: In l. 3 d. 23 q.2 a.1 et 2; De verit. q. 14 a. 1 et 2: S. th. II II q.2 a.1 est firmus assensus qui non interiore rei evidentia sed voluntatis opera fit —, cum agitur de fidei virtute — pio affectu voluntatis, honesto eius actu. Praeterea diserte dicit In l. 3 d. 24 q. 1 a. 3: et ad hoc { Deum esse etc. } etiam sufficienter fides inclinat, ut qui rationem ad hoc habere non potest, fide iis assentiat; S. th. II II q.1 a.5 ad 3: oportet ea saltem per fidem praesupponi ab his, qui eorum demonstrationem non habent. Wenn es also möglich ist, ja für manche ungebildete Christen notwendig ist, an Gottes Dasein und Wahrhaftigkeit zu glauben, dieser Glaube aber nicht formell auf einer Offenbarung Gottes fussen kann, wie fast alle Theologen gegen Suarez behaupten, so ist es doch klar, dass der habitus des Glaubens, der den eigentlichen Inhalt der Offenbarung auf Grund des wahrhaftigen Zeugnisses Gottes hin umfasst, auch einer anderen Tätigkeit fähig ist, welche auf die Grundlagen und Prinzipien des Glaubens gerichtet ist; auch diese ist, weil sie dem habitus des Glaubens angehört, als fides stricte dicta zu bezeichnen. Mausbach in Katholik 80, 1900 I, 412.

2) Nata est haec opinio inde, quod solum eius fidei, qua mysteria revelata creduntur, ratio habebatur vel quod actus fidei intellectualistice explicabatur et actus cognitionis fides appellabatur non propter virtutem sed propter motivi differentiam, propterea, dico, quod auctoritate alterius continebatur. « Puto enim cum s. Thoma, fideles non habere evidentiam, articulos esse a Deo, sed hoc etiam credunt. Quodsi evidens esset Deum revelasse, non ob id evidentes essent articuli in se prima evidentia, sed obscuri; sed esset evidentia tertia in evidenti signo veritatis, puta testimonio divino. Unde non proprie esset fides, quamvis id velit Caietanus, sed potius scientia a signo, et a posteriori. » Fr. Toletus, In Summ. enarr. t. II 1869 q.1 a.4 p.33.

3) Fides est habitus inclinans ad credendum. Atqui ad credenda ea quae manifesta sunt, non est necessaria inclinatio peculiaris; iam vero difficultas a credentibus superanda ac meritum fidei non consistit formaliter in agnoscenda auctoritate divina sed vel in facto revelationis admittendo vel in conclusione quae e praemissis: quidquid Deus revelat verum est, atqui hoc Deus revelavit, effici dicitur. Maior enim necessario a mente, etiamsi gratia a concursu distincta adiuta non sit, admittitur.

4) Vox credendi multis scripturae locis adhiberi videtur ad significandum assensum liberum sine auctoritatis divinae interventu; velut Mt 8, 13; 15, 28; Lc 18, 42 etc. Cf. 'APREM, De fide adv. scrut. S. 7 (ed. Caillau III 199). Unde effici videtur determinatum genus motivi assensus in notione fidei aut omnino non contineri aut ut aliquid accessorium. — De augustiniana fidei notione cf. LABERTHONNIÈRE, Essais de philos. religieuse 174 (1).

Demum solutis his quaestionibus quaeri potest, quid significetur notione dogmatis implicite revelati (cf. DThC V 1870). Qua notione theologi orthodoxi offenduntur. Cf. MAKARÏJ, Vvedenïe v prav. bog.[2] 1863, 390.

Si nihil revelatum est nisi quod auctoritate divina interposita creditur, non videtur posse appellari revelata cognitio vel cognitio fidei, quae ex vero revelato fluit, cuiusque motivum iam non est auctoritas divina, sed interior rei evidentia, ut voluerunt CANO L. th. l. 6 c. 8 ad 10 (Migne, C. th. I 1837, 356; 1839, 454), VASQUEZ, In I dp. 5 c. 3 (1609 p. 21 s.). Cf. S. DI BARTOLO, I criteri teol. 1888, 63-4; P. FINLAY, Divine Faith 1917, 46-7. Parum enim interest, utrum illatio sit immediata, syllogismus sit pure expositorius necne. Sequitur, ut ea quae implicite revelata dicuntur, eatenus tantum ut revelata definiri possint, quatenus sub anathema cadat negatio rei explicite revelatae, quae ab eo, qui illationem concedit vel concedere censetur, in dubium vocetur vel negetur. Dogma stricte dictum evolvi dici non potest nisi per denominationem externam a cognitionibus quae dogmati adiunguntur. Cf. 1 Cor 3, 10 ss. et ad hoc L. ELLIES-DUPIN, Traité de la doctr. chrét. et orth. 1703, 289-91. VACANT, Etudes théol. sur le Conc. du Vatican II 293 conclusionem hanc evitare conatus est eo, quod Deum intendisse dixit revelare simul cum eo quod explicite revelavit, omnes conclusiones inde faciendas. At quis non videt hoc modo res ad notiones praeconceptas trahi et non res explicari! Unde probabitur orthodoxis Deum interponendo suam auctoritatem in praemissa docenda, etiam in conclusione deducenda suam auctoritatem interponere voluisse? (2) Si enim voluit, ut conclusiones inde deducerentur, sicut voluit ut ratione naturali ea cognosceremus

(1) Ne quis hanc s. THOMAE, MAUSBACHII etc. doctrinam a Vaticano reiectam esse putet, attendat velim illud qua Dei inspirante et adiuvante gratia ab eo revelata vera esse credimus cap. 3, Denz.[11] 1789, non apponi ad fidei munus exhauriendum; et in cn. 2 de fide, n. 1811, contradictorium non esse ad fidem divinam requiritur propterea..., sed haec non est ratio negandi, ad fidem divinam requiri...

(2) Cf. J. DRUMMOND, Studies in Christian Doctrine 1908, 101 If it had been Christ's purpose... he would have followed... a different plan, and have written down his dogmas once for all, and handed them in this imperishable form to his Apostles.

quae cognoscere possumus, nondum dici potest ea ob auctoritatem Dei revelantis admitti. « Haec enim non proprie dicuntur a Deo ». A. Malvy, Theses ex univ. theol. Torn. 1905 p. 24 n. 43. Cf. Pinard in D Apol. I 1144-5. Aliud respondere conatus est P. Rousselot Si depositum fidei consisteret solum in ideis, circumscriptum sane esset ac novam ideam vel sententiam statuere, augere esset depositum. At depositum esse vitam Christi et vitam ecclesiae, cuius conscientia sit penes magisterium ecclesiae. Toute la dogmatique de l'Eglise, même quant à ses concepts et à ses jugements les plus abstraits, n'est pas autre chose que l'explicitation de la connaissance concrète et personnelle que les apôtres ont eue de l'homme Jésus, en tant que cette connaissance connotait en eux la foi infuse. Sed hoc responsum singulare nihil aliud docet nisi quantas difficultates paret notio illa — praeconcepta.

Praeterea notio explicitationis dogmatum quam nonnulli theologi catholici introducunt, tam late patet, ut ea recepta quidquid his temporibus inventum est, a cognitionibus antiquorum repeti possit; nec tamen quisquam haec nova inventa explicitationem vocabit.

Sed de hac quaestione plura non dicemus, verum ad quaestionem illam revertimur de fundamento sententiae negantium ecclesiam aliud quicquam posse ad credendum omnibus proponere quam quod per Christum vel apostolos revelatum est. Quae sententia non efficitur eo, quod ecclesia talibus finibus dogmata sua contineat, quales theologis explicitatione eius quod a Christo et apostolis traditum est, absolvi videantur. Nam haec res aliter quoque explicari potest, etiamsi nulla ratio habeatur obscuritatis notionis explicitationis : nova revelatio, quae non sit intrinsecus conexa cum revelatione Christi, non potest consensu fidelium cognosci ut revelatio, nisi miraculis sensu stricto confirmetur; quod non fit. Neque plus concludere licet e reiecta a Pio X. prop. XX. (Denz.[11] n. 2021); nam in « explicitatione » intervenire non posse revelationem, quali Pater Petro Filium revelavit, certe numquam definietur (1).

Praeterea niti videtur eadem sententia opinione qua cognitionem supernaturalem fieri posse negatur nisi revelatione stricte miraculosa et quodammodo magice. Non tamen re ipsa Spiritus S. ita agere solet,

(1) Ex iis quae ap Denz [11] 1836 a Vaticano obiter commemorantur concludere licet promissum non esse papas infallibiliter posse declarare aliquid esse revelatum quod cum revelatis a Christo rebus non cohaereat aut quod novum sit, i. e. differat ab eo quod traditum est neque credendum sit etiamsi ab angelo nuntietur; sed posse declarare aliquid esse alienum aut non alienum ab eo quod a Christo revelatum est (« fideliter exponerent »). Fortasse ne illud quidem promissum est eos posse declarare aliquid revelatum esse quod antea non credebatur, etsi iudicium de re ad fidelem expositionem pertineat, sed tantum id verum esse; unde tamen eo ipso constare potest rem aliqua revelationis specie cognitam esse.

non mechanice, sed organice illuminat, gratia sequitur naturam. Cf. A. GARDEIL, Le donné révélé. 1910 p. 175; J. M. WILSON, The Idea of Revelation, in the light of Modern knowledge and Research ap. H. B. SWEETE, Essays on some Theol. Qu. p. 239-40.

Locus scripturae, quo FRANZELIN, Tr. de div. trad. et scr.[2] 1875 th. 22 II p. 271-7, praecipue nititur (cf. supra p. 343 de Gal 1, 8. 9 etc.) est Io 16, 12-5; sumit enim haec verba solis apostolis dicta esse; rem tamen minime efficit. Cf. 1 Io 2, 27 et TH. ZAHN (1908 p. 583) et alios in Io 16, 12-5.

E locis traditionis qui afferri solent, nonnulli prout iacent non solum novam revelationem sed omnem etiam theologicam reflexionem proscribunt (velut BASIL., Ep. 175; BARNABAS n. 19; TERTULL., Praescr. c 8. 9). Ut aliquid efficiant necesse est locos stricte pertinere ad dogmata et non etiam ad conclusiones vel speculationem theologicam; nimium enim probaretur. ATHANASIUS quidem, De synodo n. 6 afferri fortasse potest, tamen ne eo quidem loco efficitur, non posse rem proponi omnibus credendam, quae antea ab ecclesia credita non sit.

E posterioribus theologis cf. P. LOMB., Sent. l. 4 d. 23 c. 3; BONAVENT., In l. 4, d. 7, a. 1, q. 1 etc.

J. DAVID.

## De evolutione dogmatis.

Licet haec quaestio omnino conectatur cum iis quae modo exposita sunt, separatim eam attingemus, JUGIE sequentes.

Exemplo est haec quaestio quanti momenti sit vel ad ipsam controversiam intellegendam in controversiarum causas inquirere. M. JUGIE bene vidit theologos orthodoxos (cf. A. PALMIERI, Il progresso dommatico, Fir. 1910, 67-90 de Macario, Silvestro, Ioanne {Sokolov} ep. Smolenscensi, Androutso) vix differre a catholicis, cum de dogmatis incrementis disputent. Idem ex modo apparet quo dogmata nostra propria aggrediuntur. Et tamen nostros pro adversariis habent.

Caput enim rei est, quod plus circumspectionis et moderationis postulant in dogmatis eruendis ac theologos nostros rationalismi accusant. Et certe sunt theologi catholici qui in hac re peccaverunt.

Itaque exprobrant nostris 1. quod consensum fidelium indiscriminatim infallibilem esse putent, dum piam opinionem pro argumento habeant quo rem revelatam esse probetur. Videlicet eos petunt qui divisiones neglegunt quae supra p. 335-7 allatae sunt. Hanc malam de nobis opinionem etiam theologi protestantes hauserunt cum dicunt piam opinionem nostra sententia « prope accedere ad vim dogmatis impliciti, i. e. veritatis revelatae atque ad dogma materiale pertinentis, nondum tamen clare cognitae » (F. LOOFS, Symbolik I 1902, 210).

Docendum igitur est non omnem piam opinionem infallibililem a catholicis haberi et concedendum errare eos qui sibi licere existiment eiusmodi argumenta premere. Locutiones enim illae pia fides (= non videtur incredibile PHILIPPUS abb. M. 203, 488), pium est credere ([ILDEPHONS.], Hom. 6 M. 96, 266), credit christiana pietas (FULB. CARNOT., S. 5. M. 141, 325 B), pie creditur (SICARDUS M. 213, 420) minime errorem excludunt. Cf. ABSALON M. 211, 255 etsi erravero, ipse error est mihi gratissimus; GUIBERTUS M. 156, 623 credere quidem de ipsa etsi tacite possumus, neutiquam vero approbare valemus etc.

Huc pertinet etiam eorum error qui locorum congeriem ad dogma efficiendum sufficere opinantur (cf. de hoc H. PINARD in D Apol.[4] I 1151); vel qui patrum singulorum auctoritatem, quae omnis ex ecclesiae assensu pendet, exaggerant.

2. quod testimonia liturgica nimii faciant. Eos sane accusant, qui locos liturgicos minoris momenti premunt, alios ex arbitrio interpretantur, alios minus commodos neglegunt nec quicquam in liturgia occurrere posse opinantur quod falsum sit, acsi nihil ex apocryphis hauriri potuerit ad succurrendum aliarum narrationum defectui (Cf. TILLEMONT, Mém. I 372-4), acsi ecclesia opinionem probabilem sequi non possit. Cf. de hac quaestione PETR. CANTOR ap. Io. MORIN., Comment. hist. de discipl. 1651, 769; G. VASQUEZ, In III. p. dp. 227 c. 3; D. BOUIX, Instit. iuris can. Tract. de iure liturgico[4]. P. 1886, 15-88 etc.

3. quod consensum scholasticorum qui saepe in philosophia praeiudicatis opinionibus (ex Aristotele, Proclo, Boëthio, Dionysio haustis) imbuti fuerint, pro veritatis revelatae testimonio habeant, licet eos de solis motu, de sacramenti ordinis materia, aliis rebus errasse cunctos constet. Cf. GRISAR, Galileistudien 1882, 252.

4. quod in explicitatione quam dicunt (de qua notione ab orthodoxis, qui eius originem a protestantium difficultate socinianos, pelagianos etc. scripturae testimoniis expressis refutandi repetunt, reprehensa v. quae supra dicta sunt § 7, etsi non omnia nobis probentur) veritatum implicite revelatarum rationi humanae nimis fidant, opinionibus praeiudicatis saepe obscuratae, ad dubitandum non satis promptae (cf. A. PALMIERI, Il progresso dommatico 1910, 184 etc.). Et certe « sunt quae olim passim reputabantur cum fide plus minusve coniuncta (v. g. locus inferni, immobilitas terrae, recens origo mundi), nunc autem inter indifferentia aut etiam antiquata optimo iure referuntur. Quod facile intellegitur, si attenditur, veritates fidei et opiniones hominum iisdem intellectibus recipi, ideoque fieri non posse, quin artissimis vinculis inter se colligentur unde ea interdum proponuntur tamquam cum fide conexa aut ex fide evidenter deducta, quae cum re vera praeiudiciis aut nimis praecipiti ratiocinio nitantur, postea proce-

dente tempore a fide melius secernuntur ». A. MALVY, Theses ex univ. theol. p. 24 n. 45. — Idem peccatum in interpretandis scripturae locis occurrere censent velut cum ex solo Mt 16, 18 ratiociniis explicato is gradus et ea natura primatus romani pontificis erui tentetur quam traditio non suppeditet.

5. quod sine necessitate dogmata definiantur. Cf. EL. MENIATES, Petra skandalou. Ath. 1863, 115. Quod dicunt adversari canonum verecundiae; cf. BAS., Adv. Eunom. l. 1 p. 213 s. M. 29, 513 C.

Hoc dilucidato capite controversia facile, credo, evanescet. Quod enim theologi orthodoxi dicere solent conscientiam nostram esse immutabilem (ŠOSTIN ap. A. PALMIERI, Th. d. o., Prol. I 76) vel dogmata augeri non posse, Vincentii Lirin. auctoritate nobis opposita, cuius praeceptum exaggerare videri possunt, — ex argumentis quae afferunt et ex rebus quas ultro concedunt, colligi potest quid velint. Si qui sunt qui modum excedunt, velut I. Artinskïj in V. i C. 1903, qui contra rerum evidentiam plus affirmare audent, a ceteris immunes ab errore non habentur. Ceterum memores simus oportet, inter nostros theologos rem inde ab initio exploratam non fuisse; quot et quibus conatibus nonnulli efficere voluerunt sententiam suam iam apud patres explicitam occurrere, ut eam dogma esse probarent! Cf. TURMEL in RHLR 1900, 289-92; LAMBERTINI V, II l. 4 c. 30 etc.

Itaque immutabilitas significare potest : 1 — Deum sanctis omnium temporum revelare omnia, quae in his citimis revelare possit. Vix quisquam id serio defendet; quocumque modo intellegitur 2 Cor 12, 4. — 2 — Saltem consensum sanctorum, « conscientiam christianam » eo sensu immutabilem esse, unde etsi sancti alii aliis plura videant, tamen eodem tempore non plus videri a cunctis quam alio tempore. At, cum conscientia ecclesiae sit notio relativa et pendeat ex numero sanctorum eorumque ingenio ac virtute, patet absolutam immutabilitatem ad eam non pertinere. — 3 — Saltem ea dogmata, quae in omnium alicuius temporis usum destinata sint, seu ad quae credenda aliquo tempore christiani obligentur, eodem modo ad alia omnia tempora pertinere, ut voluit TERTULLIANUS (cf. K. ADAM, D. Kirchenbegriff Tert. P. 1907, 38. 43), cuius opinionem usque ad Tridentinum floruisse HARNACK dicit, Lehrb. d. D.[4] III 349. Itaque Deum iam primis christianis revelasse omnia, quae ut in terris unquam ecclesia profiteretur voluerit, nec ullo tempore haec dogmata oblivioni tradita esse; idque intellegitur de explicita dogmatum professione. Cf. P. R. KENRICK ap. J. FRIEDRICH, Documenta ad illustr. Conc. Vat. a. 1870, I p. 212. At liquet hanc sententiam cum historia dogmatum pugnare (1).

(1) Hoc modo W. PALMER contra orthodoxos arguebat (Dissertations L. 1853, 149) : si invocationem sanctorum, cultum imaginum pro dogmate haberent, conce-

Ceterum dogmata obscurari posse et solum in usu contineri, etiam orthodoxi concedunt, velut P. Leporskïj in Zap. Spb-ix rel. filos. sobranïj 1906, 423-4. Cf. W. Palmer, Notes of a Visit 1882, 310-1. — P. Ia Světlov canonem Vincentii Lir., quem nimis stricte interpretatur (cf. supra p. 340 et C. Tondini de Quar., Change in Faith, or Development? L. 1881, 12), quemque antea comprobaverat (Xr. Čt. 1895 p. 426; Kurs apologet. bogosl.[3] K. 1905, 22; cf. N. P. Aksakov, Duxa ne ugašajte PG 1895, 69) iam improbat (Xrist. vērouč. v apologetič. izloženïi[3] I K. 1910; cf. Sl. l. th. II 234). — 4 — idem quod sub 3 — commemoravimus, sed ita, ut solum obscura vel implicita rei cognitio poscatur. Cf. Fortunatov ap. W. Palmer, Notes of a Visit 326. Quae opinio admitti sane potest. — 5 — Deum initio omnia explicite revelavisse, quae unquam credenda essent, non tamen omni aetate ea explicite credita esse; vel quod idem fere est, nihil necessario credendum esse, dogma fieri posse, nisi quod a prima ecclesia cognitum sit. Cf. N. Malinovskïj, Pravosl. dogm. bog. I Xar. 1895 p. 5 то что называется догматами открыто самимъ Богомъ сполна и однажды навсегда. Quin quaedam humana (velut ritus dogmata significantes) etiam ab apostolis addita esse nec ad fidem pertinere (Filevskïj). Anathema dici ab apostolo ei soli, qui spiritu Christi non contentus fidelibus alia praecipiat (Gal 1, 8 de quo loco cf. supra p. 343); Christum solum praestare potuisse nihil erroris inesse in sua doctrina; nullum consensum ad id sufficere sed sufficere solum ad testandum aliquid cum sanctitate convenire et esse doctrinam alicuius sancti vel ad testandum Christum hoc vel illud docuisse. Si ecclesia docens vi charismatis (non naturali communis consensus certitudine) esset infallibilis, etiam in ratiociniis quae dogmati superstruuntur, i. e. in parte non dogmatica conclusionis theologicae, non esset ratio, cur solum ea definiret quae iam vulgo crederentur seu ea quae e dogmate et eius vestimento temporis captui accommodato constarent, et cur positive non doceret, quomodo disciplinae naturales cum divinis componendae essent; cf. s. p. 340. Si enim quicquam menti humanae relinquendum sit, esse investigationem iuris ecclesiae quo praecipere et docere possit. — Sententia admitti potest, sive ob condicionum opportunitatem (cf. Mixail supra p. 342; Ponomarev in Bess. 1912, 255) sive ob alias rationes (cf. Tho. Aq. II II q. 1 a 7 ad 4); praesertim si Christi hominis ratio habetur. Ceterum Světlov, ut opinor, ne hoc quidem concedit. — 6 — Saltem mysteria, quae humana ratione cognosci non possunt, non posse humana ratione amplius explicari. Hoc sane verissimum est, quatenus humana ratio opponitur omni generi revelationis. Cf. Hilarius, De Trin. l. 2 § 2; Tho. Aq. I

dendum iis esse dogma fieri posse aliquid quod antea creditum non esset. Cf. H. J. Clayton, Studies in the Roman controversy 1914, 22 (de transsubstantiatione).

q. 32 a. 4; RÉGNON, Études de théol. pos. sur la S. Trinité II 1892, 127. — 7 — Nihil definiri amplius ab ecclesia posse inde a X. saec.; quippe omnia iam esse definita, quae definienda fuerint. Cf. IEREMIAS III ap. M. GEDEON, Kanonikaì diatàxeis Cp. 1889 II 429. Patet nihil inveniri posse, unde hoc probetur, etsi HARNACK contendat hanc opinionem ante Tridentinum etiam in catholica ecclesia divulgatam fuisse (L. d. Dogmeng.[4] III 349). — 8 — Saltem re ipsa nihil post VII. concilium definitum esse. Hoc ab orthodoxis teneri posse facile intellegitur. — 9 — Nihil ducendum esse dogma quod definitum nondum sit. Dogma stricte dictum non est. — 10 — Non licere dicere dogma quod humana ratione cognitum sit; cf. ad 6 — — 11 — Veritatem obiectivam, sive sit naturalis sive supernaturalis, mutari non posse; dogmata autem esse vera obiective. Verissimum est. — 12 — Nullam fieri novam revelationem post apostolos. Si revelatio nova intellegitur res nova quae reveletur, non est controversia cum catholicis, sed solum cum quibusdam theologis. Si intellegitur omnis omnino revelatio, falsissimum est; cf. Constit. ap. VIII 15, 3 : τὰ ἀγνοούμενα ἀποκάλυψον etc.

Ex iis quae de hac controversia scripta sunt, a JUGIE in D Apol. non commemoratur nisi opus A. PALMIERI. Commode afferri potuerunt sane etiam {VOLKONSKA} O cerkvi 1888 p. 231-54; J. URBAN, Nepokalane poczęcie 1914; Anon., La question relig. en Or. 1854, 13-54 etc. Verum est ab A PALMIERI orthodoxorum de hac re litteras recensitas satis copiose esse (velut Th d. orth., Prol. I 60. 71); partim etiam in Trudy III Vel. bog. sъězda. Pr. 1914, 99 commemorantur, complenda sane recentioribus velut A. I. ČEKANOVSKIJ, Stepenį neizměnnosti dogmata. K. 1914 etc.; verum item occidentis litteras a H. PINARD, D Apol.[4] I 1183 magna ex parte afferri (exceptis Germanorum libris quos in KL[2] III Dogmenentw. et ap. KIHN, Encyklop. 1892, 376 quaeri vult); afferuntur enim KLEUTGEN IV[2] n. 580 ss., RÉGNON 1892 I 113-28; VACANT 1895; GRANDMAISON Et 1898; RPA 1908; DE LA TAILLE Et. 1904; GARDEIL RTh 1904; BAINVEL 1905; LEBRETON RPA 1907; BILLOT[2] 1907; FONTAINE[2] 1907; ALLO 1908, GARRIGOU-LAGRANGE 1909; GARDEIL 1910; RSPhTh 1909. — E. DUBLANCHY DThC IV 1650 commemorat etiam FEI 1906, LÉPICIER 1910. Sed ne haec quidem omnia sunt; deest BREMOND 1905 DE LABRIOLLE 1906 (Ann Ph Chr 152, 49-62), BATIFFOL 1907, LE GUICHAOUA (R Thom 18) 1910; ex antiquioribus DE BROGLIE 1890 etc. Certe etiam W. S. REILLY, Quod ubique.. 1903, SCHANZ, Apol.d.Chr. III c. 1; OTTIGER, Th. fund. I 1897; O'DWYER, Card. Newman and the Encyclical Pascendi L. 1908; MURILLO, El progresso en la revelación cristiana R 1913 etc. commemorari possunt. Ad recentiorum opinionum initia consideranda nominandi erant AMBR. CATHERINUS, Adv. M. Lutheri dogmata l. 3, 5 f. 74[b], 88-9; FR. BAADER, Sämtl. Werke VIII 202-4; IV 261 ss. etc. Ex acatholicorum litteris e. c. commemorentur; W. J. IRONS, The Theory of Development Examined.. L. 1846; WILL. PALMER (Worc. Coll.), The Doctr. of Devel. and Conscience. L. 1846; J. B. MOZLEY, The Theory

of Development[2] 1878; F. W. PULLER, The primitive saints[3] 1900, 424-33; J. ORR, The progress of Dogma 1901; TYRRELL, Through Scylla and Charybdis L. 1907.

E. CAMPE.

## De scriptura sacra.

Prima quaestio quam solam M. JUGIE in summa controversiarum commemorat, est de libris deuterocanonicis. In hac re doctrina nova (cf. ČISTOVIČ, Rēšilovskoe dēlo 1861, 47) Theophanis Prokopovičii publicam auctoritatem nacta est in Russia (catech. Philareti); s. synodus russica in confessione Dosithei supprimendum curavit locum, quo contra Cyrillum Lucarin libros deuterocanonicos canonicos esse enuntiatur Sunt tamen etiam nunc, qui eos libros existimant inspiratos esse, saltem in ecclesia graeca, ubi Dositheus, Meletius Syrigus, Constantinus Oeconomus, alii Cyrilli Luc., Metroph. Critopuli, Zach. Gergani, Corais (Koraē), Eugenii Bulgaris, Theocleti Polyidae etc. adversarii exstiterunt.

Certum est libros deuterocanonicos etiam apud Byzantinos in liturgia et in usu adhibitos esse; et a compluribus ad sacram scripturam pertinere existimatos esse; cf. Io. FABER ap. W. Palmer, Dissertations 1853, 43. Multos affert JUGIE, in libro Histoire du Canon de l'Ancien Testament dans l'Egl. Grecque et l'Egl. Russe. P. 1909, locos quibus eorum auctoritas in ecclesia graeca confirmatur. Commemoremus aliquot qui ibi desunt et in Les Questions Ecclés. 1910 I 60-5; 1909 II 223-44 collecti sunt: Ut θεία γραφή affertur Sap 3, 1 a Io. DAM. M. 96, 705 B; ut ἁγία γραφή Eccli 24, 21 a Michaele Glyca (ed. EUSTRATIADES Ath. 1906 I 134) ut γραφή Sap 11, 17 a Georgio Mon. M. 110, 325 C; Eccli 16, 12 ab eodem 185 D; 1 Mach 1, 1-10 ab eod.; Tobias a Dem. Chomatiano (PITRA, Anal.s. 1891 VII 702-3; ut γέγραπται affertur Eccli 2, 41 a Niceta Byz. M. 105, 749; ut effatum divinum affertur Sap 5, 21 a Mac. Chrysocephalo M. 150, 193; ut scripturae testimonium adhibetur Sap 9, 1 a Simeone Thessal. M. 155, 808; Eccli 24, 45 et Sap 6, 7 a Simeone Minore M. 120, 368 D; 601 A; Dan 13, 42 a Io. Cyparissiota M. 152, 905; pro inspiratis locis habet Euthymius Zigab. Eccli 1, 33 M. 128, 57 C; Sap 1, 15; 12, 1; 1, 7 M. 130, 716 D; 717 C; 733 A; 776 D); Dan 13, 42 M. 128, 1249 C; Baruch 2, 35; 3, 38 M. 128, 1096 B; 676 C; argumentatur e Dan 13, 42 Germanus II M. 140, 696; cf. Theodul. Thess. M. 144, 229; Greg. Palamas M. 150, 1100. Praeterea saepe commemorantur libri deuterocanonici, velut a Theod. Stud. M. 99, 740; Georg. Nicomed. M. 100, 1432 C; Io. Euchait. M. 120, 1096 B; Theoriano M. 133, 180 D.

Sap 3, 1 etiam a conc. nic. II sess. 3 affertur. Tamen deest in cata-

logo s. ATHANASII et in catalogo 60 librorum quem ALEXIUS ARISTENUS noverat. ATHANASIUS, Ep. heort.39 libros Sap, Sirach, Esther, Iudith, Tobiae non habet pro canonicis, quibus solis veritatis magisterium traditur M. 26, 1437; cf. de hoc T. LEFORT in Muséon XI 1910, 205-16; AMPHILOCHIUS, Iambi ad Seleucum, solum (proto)canonicos appellat θεόπνευστα, Gregor. Naz., Carm. 33 eos solos adnumerat γνησίαις (cf. LEONT. BYZ., De sectis II 1. Insuper cf. MELITO SARD. ap. EUS., H. e. 4, 26: CYR. HIER., Cat. 4, 35; et ex occidentalibus Hieron.,Praef. in libr. Sal.; Hilar., Tract. s. Ps. prol. 15. A Io. DAM., De f. o. non idem utrisque tribuitur momentum. ARISTENUS M. 133, 69; BALSAMON M. 138, 956; BLASTARES M. 144, 1144 secuti sunt canonem 85. apostolorum: deuterocanonicos reiecerunt exceptis tribus Machab. libris. Conc. trullanum et conc. nic. II. canonem 47 carthag. sanxerunt, unde JUGIE (ZONARAM secutus) colligebat theologorum Russorum opinionem pugnare cum decreto dogmatico concilii oecumenici. MANGENOT autem docet (Les Qu. Eccl. 1910 I 66-81) decretum hoc disciplinare fuisse et alios quoque, discrepantes cum illo, canones a conc. trullano receptos esse: Athanasii, Greg. Naz., Amphilochii, Can. apost. 85, laodic. 59 vel 60; quos in concordiam redigendi, catalogos aliorum aliis complendo, Trullanum consilium non habuit.

Altius rem repetenti occurrit liber scriptus a L. DENNEFELD, D. alttestamentl. Kanon d. antiochenischen Schule. Fr. 1909. Is docet antiochenae scholae canonem praeter nostros libros omnes continuisse etiam 3 Machab et 3 Esdr; solum Theodorum Mops. e protocanonicis reiecisse Iob, Cant., Chron., Esdr.-Nehem., Esther, deuterocanonicos vero omnes exceptis Sir, Bar, Dan (p. 90). Alexandrinos autem, Iudaeorum exegesi imbutos, canonem Iudaeorum servavisse, tamen deuterocanonicos libros pro inspiratis habuisse (p. 91).

Ipsi apostoli non videntur discrimen inter utrosque libros fecisse. Cf. TH. MAINAGE in RScPhTh III 1909, 290 (de 1 Cor 6, 2: Sap 3, 8; Dan 7, 22) et 292 (de Heb 11, 34-5 2 Mach 6, 18 ss.). Item eorum discipuli (cf. 1 Clem 55, 4-5 Iudith; 2 Clem 16, 4: Tob 12, 8-9 etc.). Sed etiam non canonicis libris aliquid auctoritatis eos tribuisse (Iuda; Heb; 1 Cor 2, 9; Eph 5, 14) dicent. Quos canonicos esse habitos hoc modo non probatur. Cf. FR. BLEEK in ThStK 1853, 267-354.

Quae scripta de his sunt (post antiquiores, velut STAPLETON, Controvers. 5 Opp. P. 1620 I, 309-33; BOSSUET, Lettre LII à Leibniz 17 août 1701 Œuvres compl. 1872 XVIII, 329-50) recensentur in DAp's. v. Canon: BIANCHINI; VINCENZI; MALOU 1846; VIEUSSE 1847; VIGOUROUX in DB II 134-84; MANGENOT in DThC II 1550-605; FRACASSINI in RH 1909, 81-99. 249; MAGNIER 1882; LOISY 1890; et in DThC sub eadem voce: GAUSSEN 1860; DAVIDSON 1877.[3] 1880; WILDEBOER 1889 {[4]1908}; BUHL 1891; RYLE 1892; MULLAN 1893; PREUSCHEN 1893; VAN KASTEREN in RB 1896; BEECHER in J. Bibl. Lit. 1896;

DAGAEV 1899; BUDDE 1900; JULIUS 1901; DOMBROWSKI in RB 1901; GUIDI in RB 1901. Quae Russi (inde a TH. PROKOPOWICZ, Christ. orth. theol.. L. 1782 I c. 11, 164-236) scripserunt, a JAŠEK (in Sl. l. th. III 264 etc.; cf. etiam JUGIE) recensentur; possunt tamen quaedam minoris momenti addi velut M. ŠAVROV, O tretiej knigē Ezdry 1861; A. A. ŽDANOV in Prib. k tv. sv. o. 1888 kn. IV 441-66 (de ep. Ieremiae); N. DAGAEV, Vopros o velikoj sinagogē v ego otnoš. k ist. vetxoz. kanona in Xr. Čt. 1895 II 522-35; arxim. MEĪODĪJ {VELIKANOV}, K voprosu o podlinnosti XIV gl. knigi sv. pror. Danïila in Xr. Čt. 1897 II 468-73; Anon. in Pravoslavno-Russkoe Slovo g. 3, 1904, I 9, 830-1 (Počemu čisto istor. knigi, napr. Rut, Estir priznany bogovdoxn.? I voobšče kakïe priznaki kanon. knig?); DIM. LĒONARDOV, Teorïja bogovdoxnovennosti Biblïi v Aleks. školē in V. i R. 1906, 1-16; 70-94; 132-50; 375-404; etc. De libro Jugie v. BRUDERS in ZKG 1909, 731-5; VAN KASTEREN in Studien 1910, 136-42; SCHLÖGL in ALB 1911, 101-3 etc. Cf. etiam H. F. B. COMPSTON, The Apocrypha in the Gr. a. Russ. churches in Intern. J. of Apocr. 1910 Jul. Praeterea nominemus L. DE SAN, De div. trad. et scr. 1903, 329-506; P. GAUCHER, S. Jerôme et l'inspir. des deutérocan. in Science Cath. XVIII 1904, 193-210; 334 etc.; G. HÖLSCHER, Kanonisch u. Apokryph 1905; G. AICHER, D. A. T., in der Mischna 1906; Jos. FELTEN, Neutest. Zeitgeschichte II 1-27; BAINVEL, De script. s. 1910, 159-77; A. EBERHARTER, Der Kanon des AT zur Z. des Ben Sira 1911; S. COLLETT, The Scripture[7] 1912; G. F. MOORE in Essays on mod. theol. N.Y. 1911; H. H. HOWORTH in JThSt VII 343-54 (contra quem: H. POPE JThSt VIII 218-32); X 481-96; XI 321-47; XIII 1-18; TURNER in JThSt XIII 77-82; A. RABBATH in Al-Mašrik 1909, 801-30; 1910, 376-9; 436-47; 668-76; ISRAEL in ZNW X 239-45 etc.

Sed iam quaeramus de vi huius controversiae. Non omnes theologi conveniunt rem a Tridentino definitam esse. M. CANO, De locis theol. II c. 9 M. I 104-5, errorem esse putat in negandis libris deuterocanonicis, non haeresin. Etiam post Tridentinum nonnulli theologi discrimen inter protocanonicorum et deuterocanonicorum librorum auctoritatem statuerunt; velut LAMY, Apparatus biblicus 1723 l. 2 c. 5 p. 238-41; JAHN, Einleitung[2] I 240. VACANT, Études théologiques sur les constitutions du Concile du Vatican I 1895, 433 existimat canonicitatem saltem quarundam partium (velut Dan 13) definitam non esse, quatenus ipsa vulgata per annotationes Hieronymi dicentis se eos locos in Hebraeo non repperisse, insinuet eorum canonicitatem in disceptationem cadere: En proclamant qu'on doit recevoir pour sacrées et canoniques, toutes les parties des livres saints, selon qu'ils se trouvent dans l'ancienne Vulgate latine, les décrets de Trente et du Vatican déclarent, à notre avis, qu'on doit accepter ces passages comme canoniques; car c'est le sens du mot latin: prout ...Or ce texte présente ces passages comme canoniques, mais sans affirmer que cette canonicité est au-dessus de toute contestation ».

Res pendet maxime inde, utrum canonicitas libri ad dogmata an ad facta dogmatica pertineat.

Ceterum maioris momenti videtur esse quaestio de inspiratione eorum librorum quam de canonicitate; non enim hae duae res necessario simul negantur.

Mea quidem sententia illud potissimum in hac premendum est controversia, protestantes (et qui eos sequuntur) errare, cum Spiritus S. actionem, spirantis ubi vult, limitibus circumscribant (contra Sap 7, 27; Act 15, 28; cf. W. N. Clarke, The use of the Scriptures in Theol., E. 1906, 42-3) et scripturam s. solam pro — magico quodam Dei sermone habeant et providentiam disponentem omnia suaviter, violenta scribentium oppressione commutent. Ea enim de causa libri deuterocanonici ab iis reiecti sunt quod inspiratione carerent. Idem discrimen inter utrosque libros orthodoxi statuunt: alteros esse inspiratos, alteros non esse, idque arbitrarium (cf. A. S. Peake, The Bible 1913, 70). Hoc modo genus librorum constituitur proposito divino ac natura determinatum quo miraculose interposito intellegentia humana divinam attingat; id quod vel inde refutatur, quod desunt nobis scripta, quae si exstarent, certe ad canonem pertinerent (Cf. F. Michelis, Kath. Dogm. 298). Primae ecclesiae religioni non fuit accurate secernere (« démarcations précises ») a scriptura sacra alios libros pietatis plenos et ab errore fidei alienos, ut essentia ipsa ab ea distinctos (L. Duchesne, Hist.[5]I 152; cf. G. B. Smith, Testing the doctrine of inspir., in The Biblical World XXXVI 152-65; W N. Clarke, The use of the Scr. 1906 157; E. v. Dobschütz in AJTh 19, 1915, 421-2), graeca vero ecclesia ne ob utilitatem quidem forensem sibi visa est opus habere catalogo definitivo librorum sacrorum (cf. RB 1909, 467). Quin, si A. Harnack (Lehrb. d. Dogmeng.[4]I 110) credendum est, in prima ecclesia konnte jeder erprobte christliche Prophet und Apostel und Lehrer beanspruchen, dass man seine feierlichen Worte als Gottes Worte achte und annehme.

Sed hic videtur interponenda esse altera de scriptura s. controversia iisdem — ex parte saltem — argumentis disceptanda, dico de eius aestimatione. Saltem nonnulli recentiores theologi Russi nimia aestimatione peccant, velut cum eam pro criterio traditionis habent (Filevskij et Ponomarev in Bess. 1912, 255) (1). De antiquioribus disputatur; cf. J. P. Kohl, Ecclesia graeca lutheranizans 1723 p. 49 (Nicomedes Macarius 1451); 80; I. Čistovič, Rukovodjaščie dějateli duxovnago prosv. v Rossii 1894, 338; de singulorum opinionibus cf. supra p. 341.

Quae nimia scripturae aestimatio dictis patrum generatim et abso-

(1) Aliter A. Xomjakov ap. W. J. Birkbeck, Russia and the E. Ch. I 1895, 200: there are no limits to scripture; for every writing which the Church acknowledges as hers is Holy Scripture.

lute loquentium probari non potest; velut cum solius scripturae rationem habendam esse dicunt (cf. EUSEB., H. e. 3, 39; HIPPOL. ap. d'ALÈS 118 etc.), scripturam sufficere ad veritatem docendam (ATHAN., De doct. chr. l. 2 c. 9 n. 14), quaecumque necessaria sint de fide et moribus, in scriptura contineri (1) (AUG., De doctr. chr. 137 etc.). Cf. D. PETAV., Theol. dogm. Proleg. c. I n. 7-10, 1864, 5-7; L. DUTENS, De l'Egl. du Pape[2] 1790, 147-56; AUG. VARENIUS, Dissert. theol. de canali traditionis. Rost. 1664 (de CYPR. 13-32; BAS. 33-83 etc.); W. PALMER, A treat. on the Ch. of Chr.[3] II 8-11; L. DE SAN, Tract. de div. tr. Br. 1903, 65-79 etc.

Si antiquitas consulitur, maioris momenti ad scripturae vim cognoscendam est libertas, qua non solum apostoli (1 Cor 2,9 — Is 64,4; Eph 4,8-11 — Ps 67, 19; Mt 27,9.10 — Zachar 11,13) sed etiam primi christiani utebantur (Did. 10,6; TATIANUS, Diatess.; etsi HARNACK rem exaggeravit (cf. M. MAHER, Recent Evidence... L. 1893, 52).

Si Spiritum S. in ecclesia usque operari creditur neque cum protestantibus theologiae antiquiori exprobratur quod die Annahme einer Fortdauer auch der Gabe der Inspiration liess die Inspiration der h. Schrift trotz des ihr eingeräumten Vorzuges nicht sehr aus dem Rahmen der allgemein möglichen Erfahrung von der Wirksamkeit des Geistes heraustreten (CREMER in RE[3] IX 190), scriptura sacra ut talis et per se (non propter aliquas partes, quae res maximi momenti continent, mysteria maxima revelant, a Christi discipulis scriptae sunt etc.) traditione theologice superior existimari ob aliud vix potest nisi vel *1*) quod consideretur ut l'écho vibrant des témoins primitifs (E. DE PRESSENSÉ, Le conc. du Vatic. P. 1872, 455) ita, ut veritas ibi naturaliter melius conservata sit quam in traditione (cf. L. IHMELS, Aus d. Kirche, ihrem Lehren u. Leben 1914, 103); sed si ab humana ratione auctoritas scripturae repetitur, inferior multo erit profanis libris; nec nisi ad minimam scripturae partem hoc pertinere potest; vel *2*) quod consideretur ut nova revelatio pro animi illuminati dispositione cognoscenda, ita ut ipsi scriptores et sancti qui in eadem felici dispositione, temporum priscorum dono, fuerunt, melius rem cognoverint, quam posteriores qui ab iis didicere (cf. MIXAIL supra p. 342); sed, ut hoc statuatur, eiusmodi praestantia nobis omnino inutilis esset, cum ea quae posteriores, qui maiores nostri fuere, cognoscere iam non potuerunt eo quod epigoni essent, nos ipsi eo minus cognosci turi essemus.

Facile autem intellegitur, unde eiusmodi de scripturae auctoritate opinio oriri potuerit. Scripturae sacrae maior aestimatio debetur, qua-

(1) Hoc quidem reiectum ab ecclesia non est, sed defendi non potest nisi opinione explicitationis. Ceterum negatur id a N. P. AKSAKOV, Duxa ne ugašajte! PG 1895, 63-4 etc.

tenus priscorum temporum reliquias in ea tenemus, utpote quae a Christo sit pervolutata, ab apostolis conscripta. Praeterea pro varia de inspiratione sententia maior dignitas scripturae tribui potest, velut quatenus in decretis conciliorum homines minus instrumenta sint Spiritus S. quam in scribendis libris sacris; qua in ratione liber naturae rursus praestare videtur scripturae sacrae; ceterum negare hoc discrimen videntur patriarchae orientales 1718 ap. MANSI 37, 425 A; 433 A-C. Quod autem quidam theologi orthodoxi hanc piam aestimationem in suam provinciam transtulerunt et etiam theologice scripturam praeferendam esse censuerunt, pietatis errorem commiserunt, qualis in hominibus etiam doctioribus, pietate tamen magis quam doctrina excellentibus, facile occurrere potest.

Cum theologi orthodoxi nimia scripturae aestimatione peccent, nobis utilissimum videtur consilium eos cogendi ad probandas priores partes quas ei deferunt nec aliud concedendi nisi quod omnino necessarium esse videatur.

Itaque ponamus I. (cum HOLDEN, ROHLING, FR. LENORMANT, J. JUSTUS, S. DI BARTOLO etc.; cf. R. SEEBERG, Offenbarung u. Inspir. 1908; A. E. WATHAM, The Bible in the new light BW. 36, 49-54) auctoritatem librorum sacrorum eo contineri quod a) in rebus fidei et morum (et intelleguntur res quae stricte eo pertinent) ab errore liberi sint, et addamus b) hanc eorum auctoritatem praestari ab apostolis. Hoc additum (quo explicatur cur quidquid apostoli scripserint pro scriptura sacra habeatur) necessarium est (contra SIXTUM SENENSEM aliosque) propter conc. vat. s. 3 cp. 2, DENZ.[11] 1787 atque ut tales ipsi ecclesiae traditi sunt. Auctoritatem scripturae ultra res fidei et morum extendi definitum non est, etsi contraria sententia proscripta est a LEONE XIII, DENZ.[11] 1950, et a PIO X., DENZ.[11] 2011. Argumentum praecipuum quo haec sententia nititur est ecclesiam non posse interpretari quae obiter tantum in scriptura sacra dicantur nec ad fidem moresve pertineant (cf. AEMIL. SCHÖPFER, Bib. u. Wissensch. 1896, 92-116; G. BONACCORSI, Questioni bibliche 1904, 161-9. 194-5); frustra igitur inspirationem aliarum rerum statui (cf. J. DIDIOT, Logique surnatur. subjective 1891, 103; D'HULST in Le Corresp. 170, 1893, 222; AAV VIII 204). Nos quidem hanc opinionem veram esse non existimamus (etsi argumentum admittimus), sed, si theologi orthodoxi nostram propriam improbent, saltem onus refutandi illam iis incumbet (1).

(1) Ceterum similem opinionem enuntiavit P. LEPORSKĬJ in Prav. bog. эnc. II 1903, 745 : Водительство Божіе не допускало несовершенствъ въ той лишь мѣрѣ, въ какой они могли вредить дѣлу человѣческаго спасенія. Тамъ же, гдѣ для этой цѣли вполнѣ достаточно было и несовершеннаго человѣческаго познанія, Богъ оставлялъ писателя съ его несовершенствами.

II. Auctoritatem librorum sacrorum — ab apostolis praestitam — eo contineri quod ab omni errore liberi sint, sed ita, ut quaedam falsa ibi inveniri possint, si alia veritas ibi quaeratur quam ea quae intenta sit. Cf. S. T. COLERIDGE, Confessions of an Inquiring Spirit 1886 l. VI p. 57. Solum enim de rebus religionis, sensu stricto et lato, eos scriptos esse, quemadmodum AUGUSTINUS doceat (cf. LEO XIII ap. DENZ.[11] 1947); latiore sensu omnia ea ad religionem pertinere, « quibus veritas religiosa demonstretur vel explicetur vel quibus aliquid exponatur, quod ad theocratiam Iudaeorum referatur » (RYBÁK, Pouč. o hlavních ctnostech 1912, 42). Errorem autem non esse omnem aequationis inter rem et signum defectum ; falsum enim etiam illud esset Christum dixisse Tu es Petrus, quippe cum neque latine neque graece id dixisset. In rebus autem religionis maxime propriis aequationis perfectionem etiam minorem posci quam in rebus humanis : sicut medicus homini hypocondrico vel melius sicut parentes infantibus veritatem actionum moderatricem ea forma serio insinuare debeant, quae mendacium esset, si infantium loco sani adulti essent, similiter Deum erga homines se gerere posse. Hoc discrimen inter rem obiectivam et id quod eius locum in nostra mente suppleat, non solum condicione generis humani rudiore contineri posse (velut cum Deum irasci dicatur ; cf. Io. CHRYS., In Gen. M. 53, 29. 34. 103. 109. 121 etc.; BAS. M. 29, 13 etc.; E. LEFRANC, Les conflits de la science et de la bible. P. 1906, 315 etc.), sed etiam statu ipso hominis lapsi (velut cum gloria caelestis describatur imaginibus ex hoc mundo sumptis ; cf. 1 Cor 2,9 ; AUG. In Io. tr. 1, 1 ut est). Porro in rebus quae oblique ut vehiculum doctrinae (BAINVEL, De script. s. 1910, 155) vel sensu latiore ad religionem pertineant, opiniones quas scriptor ex vulgi traditione vel aliunde sumpserit, si extra earum ad religionem relationem considerentur, falsas esse posse, sive scriptor ipse veritati earum cognoscendae studuit, sive (ut L. LABERTHONNIÈRE, Le réal. chr.[2] 1904, 51-2 sumit) eius neglegens erat. Veritatem enim librorum Machabaeorum, ut exemplum afferam, ad pietatem augendam scriptorum, religiosam esse nec aliam veritatem rebus ibi narratis tribuendam esse nisi eam, quae ad thesin piam scriptoris docendam vel potius ad animos legentium in pietate confirmandos sufficiat; seu esse veritatem relativam. Si aliud esset intentum, quomodo pii Iudaei ante Christum secure cognoscere potuerint, hos libros vere inspiratos esse ? Pietatem non sufficere nisi ad vera religiosa cognoscenda; ad cetera opus esse viris doctioribus. — Haec sententia nulla auctoritate reiecta est. Nec enim dici potest eam reici — etsi non infallibiliter — a PIO X. (DENZ.[11], 2090); nam nequaquam fingitur, sicut a modernistis, sensu plus minusve pantheistico, Deum immanentem esse. — Neque opponi potest patres omnes omnia pro historia (vera in sensu profano) habuisse. Hoc enim verum non est (cf. BONACCORSI p. 215) et, si verum esset, probandum

esset eos ea de re (non solum de veritate, sed de ea veritate quam ipsi pro ingenii sui ac temporum condicione ab omnibus implendam existimassent) consensisse tamquam de re ad fidem pertinente. Nam aliud certe est eos, imprimis contra paganos, negavisse scripturam vel sanctos eius scriptores mentitos esse (Io. CHRYS. M. 49,44; 60, 171; 61, 294 etc.) (1) — Neque afferri potest hoc modo Deum non posse dici scripturae auctorem, si quidem quia et quatenus inspirata est, habet Deum auctorem et non eatenus aut ideo inspirata est quia Deum habet auctorem (BONACCORSI p. 254).

Nobis tamen haec sententia non omnino sufficere videtur, etsi addatur scriptores pios, utpote homines veraces et serios (cf. AMBR., In Lc l. 10 c. 24) non facile a vero aberrare, etiam absoluto, in rebus quas nosse se arbitrantur; id quod sufficit ad fidem iis in rebus profanis habitam explicandam (contra DORSCH in ZkTh 37, 1913, 701; 31, 1907, 235 etc.)

Cf. de hac re U. TALIJA, Errores scientifici u nadahnutim knjigama Z. 1908 (AAV VII 251.253); C. HOLZHEY Fünfundsiebzig Punkte zur Beantw. d. Fr. Absolute oder relative Wahrheit d. h. Schr. 1909 etc.

III. Itaque sententiae alteri addi potest: a) libros sacros conscriptos esse impulsu Spiritus S. Verum est e 2 Pet 1,21 nihil aliud effici nisi per veros prophetas, cum Dei nomine loquerentur (cf. de hoc E. S. AMES, The psychol. of religious exper. L. 1910, 350-4), Deum vere locutum esse (cf. THO. AQ. II.II. q. 174 a.2ad3). Sed certe bonum opus fuit omnium sacrorum librorum locorumque scriptio, bono consilio (ut desiderantes discere... confirmentur ad legitimam vitam: Eccli, Praef.) nec sine Spiritu Sancto susceptum aut perfectum, sive impulsio solum generalis ad scribendum v. c. talem historiam sumitur (cum BONFRÈRE, RICH. SIMON, DUPIN, CALMET), sive impulsio repetita. — b) etiam hoc praestari ab ipsis apostolis; — si non explicite, sane saltem implicite id docuerunt, quidquid est de Pauli argumentatione ad hominem (S. H. HALFORD, Apostolic fallibility 1914, 35). Ceterum cf. LEO XIII. ap. DENZ.[11] 1952.

IV. Addamus denique his omnibus ultro providentiam divinam in conscribendis libris sacris intervenisse. Sane cogitari non potest omnia cotidiana providentia regi, — librum erroris expertem, ad pietatem excitandam augendamque, ad mysteria naturae et providentiae divinae

(1) Quodsi — ob Iudaeorum auctoritatem; cf. A. E. J. RAWLINSON, The Princ. of Authority in Foundations 1912, 369 — rati Genesin a MOYSE scriptam esse sine fontibus, concluserunt res ibi narratas ei revelatas esse, Genesin revelationem continere, non narrationem humana auctoritate innixam (cf. SEVERIAN., Or. in mundi cr. 1), conclusio vim minoris sequitur. Tales locos omitti oportet, cum in patrum de inspiratione, non de revelatione, sententiam inquiritur.

intellegenda aptissimum, casu exstitisse. Ceterum cf. LEO XIII ap. DENZ.[11] 1952; AUG., De cons. evang. l. 3, 13, 48.

Plusne tribui volunt scripturae sacrae theologi orthodoxi? Num EUGENIUM BULGAKIN sequentur, qui protestantium praeceptis imbutus (sicut nonnulli catholici) systema copernicanum, quod a verbis scripturae discrepare censebat, reiecit? (Perì sustēm. toû pantòs. Vind. 1805, 35 s.) Cf. SCHULZ in Bib Z IX 1911, 16-17 (contra FONCK); A. SCHMITT, Bibel u. Naturwiss. 1910 etc. Num pro dogmate habebunt terram in aeternum stare, caelum esse supra nos, non esse homines, qui in altera terrae parte, solo nostro adversa, habitent? (IO. NEWMAN in Le Corresp. 135, 1884, 682). Num negabunt Mt 27, 44; 20, 30; 26, 8 etc. minus accurate res describi quam apud Lucam; aut Mt 21, 12-3; Mc 11, 15-7; Lc 19, 45-6 minus quam Io 2, 12-22; aut Mc 15, 36; Lc 23, 36. 37 minus quam Mt 27, 49 et Io 19, 29; Mc 15, 25 minus quam Io 19, 14 etc.? Cf. 2 Reg cum 1 Paralip etc. Cf. W. N. CLARKE, The use of the Scr. 1906, 28-9; P. LEPORSKÏJ in Prav.. bog. ənc. II 736 etc.

Dicent fortasse Deum ipsum voluisse nos docere omni scripturae verbo; inspirationis naturam et finem esse in instituendis divinitus hominibus. At, si hoc statuitur, sequitur non omnem scripturam esse inspiratam. Jedes Wort, welches uns entweder für immer unverständlich bleibt, oder erst von uns selbst, rein durch unsere Kulturarbeit seinen Gedankeninhalt erst erhält, oder gar von uns nur im Sinne von unserer irrigen Denkweise verstanden wird, bis wir selbst aus eigener Macht den Irrtum, in welchem uns das Wort belassen, ja gewissermassen bestärkt hat, nach Jahrhunderten überwinden, jedes solche Wort ist für uns keine Belehrung, mithin kein inspiriertes Wort. M. MERCHICH in Th Qu 92, 1910, 605-6; cf. 603-4. Scriptura s. tum ab aliis scriptis eo differret quod illic partes aliquae inspiratae inessent; quarum cognitio certa plerumque e decreto ecclesiae penderet, quotusquisque enim scripturae locus controversiis non subiacet, obscurus dubiusque haberi non potest! De integro libro Iob disputatur, quid docere scriptor voluerit. Ita omnis fere labefactaretur scripturae auctoritas.

Sed praestat exspectare theologorum orthodoxorum responsa.

Addamus id solum, etiam orthodoxos ab opinione eorum abhorrere, qui loco suavis providentiae divinae vim scriptoribus divinitus illatam introducunt (Духъ св. не дѣйствовалъ на писателей свящ. книгъ принудительно даже и въ тѣхъ случаяхъ, когда они хотѣли высказать свои воззрѣнія. I. GALAXOV in Xr Čt 1903 II 100).

Ex iis quae statuimus efficitur discrimen inter libros sacros et alios libros pietatis et doctrinae sacrae plenos, velut missale romanum, AUGUSTINI Confessiones etc. in hoc esse, quod illi in ea forma, in qua

conservati erant, apostolorum vel ipsius Christi auctoritate consecrati sunt, hi solius ecclesiae auctoritate comprobari possunt. Nec enim ullum eiusmodi opus sine Spiritus S. inspiratione confici potest (D. BATES, The law of likeness 1903, 266-8), — eaque proxima erit (non aliunde derivata) saltem tum, cum ipse scriptor pius est. Quae Spiritus S. operatio plus minusve sentiri potest (AUG., De cons. evang. l. 3 c. 7, 30). Quod autem in multis scripturae libris loci insint, quibus proxime (nullis aliis libris vel sermonibus intermediis) revelatio divina excepta est, quales in posterioribus scriptis fortasse desunt (dico fortasse; nec enim donum prophetiae exstinctum est in ecclesia; cf. MANSI 37, 425 A), vel quod totius scripturae argumentum is closely and inseparably connected with a unique and supreme action of God in human history (A. S. PEAKE, The Bible 1913, 402) vel quod experientiam non singulorum sed populorum de Conflict des Glaubens und Unglaubens exponit (R. EUCKEN, D. geistesgeschichtl. Bedeut. d. Bib. 1917, 12), hoc adventicium est. Dices fortasse apostolorum auctoritatem essentialiter differre ab auctoritate ecclesiae, quippe qui plura mysteria scientes melius securiusque potuerint de veritate eorum, quae in libris sacris continentur, iudicare. At si essent mysteria, quae ecclesia ignoraret, non haberet oculos ad videnda quae vera sunt, nisi comparate ad ignorantiam maiorem. Saltem tum debet habere copiam cognoscendi ea, cum quaestio de iis oritur, ideoque cum iudicandum est de veritate alicuius scripti de religione. Ceterum unde constabit apostolos ipsos omnia mysteria scivisse — nisi ex iudicio ecclesiae?

Itaque inspiratione carere libros deuterocanonicos eoque a ceteris distingui (MAKARÏJ, Vvedenïe v pr. bog.[3] 1863, 367) et scripturae sacrae auctoritatem traditioni esse praeferendam, falsissimum videtur esse.

Restat, ut tertiam controversiam commemoremus de quibusdam N. T. locis. Exemplo sit Io 7, 53 — 8, 11 qui locus ab aliquibus theologis russis certae fidei non habetur. Rationes, quas afferunt, sunt (e Bog. Vēst. 1904 I 236) 1. traditio manuscriptorum (cf. ZAHN, D. Evangel. des Iohannes 1918, 712-8); 2. весь разсказъ очевиднѣйшимъ образомъ прерываетъ послѣдовательность евангельскаго изложенія и не имѣетъ мѣста въ логически стройномъ планѣ евангелія Іоанна; 3. характеръ разсказа какъ по содержанію, такъ и по изложенію, совершенно синоптическій а не іоанновскій; 4. неопредѣленность мѣстоположенія разсказа, неустойчивость его редакціи и такое обиліе варіантовъ, какого не знаетъ еще ни одно мѣсто Нов. Завѣта. Cf. de hoc loco Theol. Litbl. 1867, 657 s.; CORLUY, In Evang. s. Io. 1878, 193-8 (Etudes 36, 1877, 65-74; 145-58); FILLION, Evangile selon S. Jean 1887, 163-7; BELSER, Einleitung in d. N. T.[2] 1905, 325-9; VAN KASTEREN in RB VIII 1910,

96-102; VEN. PLATONOV, Povĕstvovanïe Ev. Io. o prosčenïi Gospodom. ženy grĕšnicy. S Pos. 1916 etc.

Illud potissimum videndum est, num definitum sit tales locos esse canonicos. Certe definitum non est eos ab origine fuisse partes librorum, quorum partes nunc sunt. Sed ne illud quidem videtur dici posse definitum esse, eas esse partes scripti canonici seu canonicas, i. e. ecclesiae traditas ab apostolis ut inspiratas (Cf. A. DURAND in R pr Ap XII 1911, 630). Necesse enim esset vocem partes a Tridentino adhibitam sensum habere definitum, quo loci illi dubii comprehenderentur. Iam vero de sensu huius vocis controvertitur. S. Congregatio Conc. a. 1576 partes intellexit vel de sola periodo, clausula, membro, dictione, syllaba, iotave uno; id quod complures theologi crediderunt. Sed obstat 1 Io 5, 7; Apc 5, 12; Is 11, 10; 16, 1; Eccli 24, 45; Ps 109, 13; 138, 17 etc. (cf. G. BONACCORSI, Questioni bibliche. Bol. 1904, 62-5). Quapropter alii, velut etiam FRANZELIN, De trad. 535 (non tamen ex significatione verborum), BONACCORSI, A. DURAND, R. CORNELY, MÉCHINEAU (Ét. 1899), LEVÊSQUE (B B 1875) etc (cf. ex antiquis VEGA, De iustif. l. 4, c. 9; SALMERON; LAYNEZ) latius vocem sumendam esse censent. Ex quibus alii partes quae dogmaticam vim habeant omnes etiam minimas comprehendi putant, velut FRANZELIN de 1 Io 5, 7; sed argumentum eius errore niti patet; alii voce partis etiam locos comprehendi censent qui aliquot versus non excedant; velut LAGRANGE de Mc 16, 9-20 (Evangile selon St. Marc 1911, in h. l. p. 433); nituntur autem ea ratione quod patres concilii etiam eiusmodi locos comprehendere voluerint, ut ex actis colligatur. De loco minore Lc 22, 43-4 BAINVEL quidem, De scr. s. 1910, 175 aliter iudicat (cf. de eodem A. CELLINI, L'autenzia di capo XXI... Siena 1912). Alii rursus partes intellegunt ampliores, partes integrantes. SIXTUS SENENSIS septem libri Esther capita pro apocryphis habere non dubitavit; haec capita et eiusmodi partes a concilio peti putavit VERCELLONE, R. cath. de Louv. 1866-7; cf. Ét. 35, 1876, 627-8. Contra argumentum ab actis Tridentini petitum docent occasionem historicam alicuius decreti non esse habendam unicum criterium exegesis ipsius decreti (BONACCORSI p. 21). Denique ratione faciunt qui illam ullum exegesis decreti criterium esse negant: Quaenam sit sententia decretorum aut canonum concilii, id per se colligendum est ex immediata inspectione eorundem; haec enim sunt, quae Spiritu veritatis regente sunt infallibiliter immunia ab errore, cum cetera plus minus humanam imbecillitatem participent; et haec sola proponuntur fidelibus ut norma fidei, qui non tenentur nec possunt consulere Acta conciliorum. D. PALMIERI, De poen. th. 30, IV Ut quae volebant definirent, oportuit patres uti voce magis definita; pars latius patet; versus aliquis aptius particula vocaretur (AZEVEDO, Pro vulgata ss. bibl. latina editione 1792 p. XVII; CORLUY in Ét. 35, 631). Cf. RSR 1917, 143. 147.

AL. HENRIET.

# De Deo

## A. DE PROCESSIONE SPIRITUS S.

Quaestionem de processione Spiritus S. M. JUGIE, controversias inter nos et Graecos exponens in D Apol[4] II, vix tetigit. Solum aliquot modos indicat quibus Graeci nostra argumenta effugere conantur: patrum διά interpretantes acsi idem valeat ac σύν vel μετά c. gen. vel c. acc.; vel admittentes quandam ἔκφανσιν αἰώνων a qua ἐκπόρευσις differat. Fateri potuit iam IO. DAM. similiter loqui (Hom. in Sabb. n. 4 (1); cf. Xr. Čt. 1904 II 397). Praeterea saltem differentiae ratio habenda erat, quae in concipienda Trinitate inter occidentales et orientales iam inde antiquitus animadvertitur. Neque inutile fuit ad controversiae momentum aestimandum commemorari esse orthodoxos qui censeant illud per Filium vix differre a Filioque neque illud a Patre solo a concilio oecumenico aut patrum auctoritate ratum haberi (BOLOTOV in Bog V 1904 I 524).

Ad diligentius tractandam hanc controversiam haec videntur indicanda esse:

1. Licet alii quoque dogma latinum reiecerint (IO. DE WESALIA ap. DU PLESSIS D'ARGENTRÉ, Collectio iudicior. 1724 I 2 p. 294.296; VILATTE eiusque Old catholic church in Wisconsin etc.; cf. EO VII 372), Graecorum doctrina opposita ab orthodoxis solis defenditur. Spiritum S. a Patre solo procedere comprobavit synodus hierosol. c. I. J. MICHALCESCU, 132; KIMMEL, Mon. I 342; de synaxario Xanthopuli cf. L. ALLATIUS, De octava synodo photiana R. 1662, 326-7. Cf. LE QUIEN ap. M., PG 94, 203 ss.

Non omnes orthodoxi doctrinam latinam pro haeresi habent. Cf. Xr Čt 1904 II 391-401; Sl l th V 26 (KIRĚEV); III 259 (MALICEV); A. PALMIERI in DThC V 2333-5. Qui eam pro haeresi habent, non ita definitionibus conciliorum ecclesiae separatae, sed potius traditioni contrariae innituntur Чтобы какое либо новое ученіе заслужило названіе ереси, для этого достаточно, чтобы новость его по своему происхожденію была извѣстна, и чтобы оно было противоположно ученію древнему, всегда принимаемому и исповѣдуемому. GETTE in ViR 1887 I 815.

2. Controversia haec versatur in re ad quam intellegendam mens nostra infirmissima est, quippe cuius natura sit omnia obiecta ad visa revocare. Illud quod in Deo reale est, notionibus humanis enuntiare non possumus, nisi diversitatem et separationem quandam enuntia-

(1) Ὅπερ καὶ τοῦ Υἱοῦ λέγεται, ὡς δι' αὐτοῦ φανερούμενον κ ... ίσει μεταδιδόμενον ἀλλ' οὐχ ἐξ αὐτοῦ ἔχον την ὕπαρξιν.

mus, quae ut talis in Deo non est; neque cogitatio nostra finita natura sua exui potest. Cf. AAV VIII 15.

Modus quo res enuntiatur diversus esse potest, etsi non omnis sanctione ecclesiae nititur. Cf. WILL. BRYANT, Why must the Creeds be taken Symbolically? Oxf. 1914, 7-8. Sunt qui praeferant notioni trinitatis personarum notionem absolutae conscientiae (AAV VIII 16 (1); cf. R. ROCHOLL, D. christliche Trinitätsbegriff. Gött. 1900, 38 ss. Mc DOWALL, Seven doubts of a biologist. L. 1917, 63); in similem opinionem etiam A. XOMIAKOV videtur venisse; scribit enim, Polnoe sobr. soč.[3] VII M. 1906: Важнѣйшее свидѣтельство, къ несчастію не замѣченное никѣмъ, въ преданіи о Духѣ, какъ сознаніи, находится въ полу-апостольскомъ словѣ Иринея Духъ же полагаетъ вѣнецъ, называя Отца — Отцемъ и Сына — Сыномъ, чѣмъ полагается въ одно время тождество и различіе (2). A. E. GARVIE, in The Expos. 1913, 50, duas proponit formulas quas magis idoneas putat ad concretam Dei naturae unitatem exprimendam quam substantiae et personae notiones: vel pro persona modum dicamus vel de personalitate organica sociali loquamur. — Notione personae morali, iuridica introducta (3), ut credendis et triplicitati et unitati consuleretur atque cum monotheismo bibliorum ac philosophiae evangelica traditio conciliaretur, mysterium dilucidatum non esse sed auctam potius obscuritatem cautionis plenam quae rebus arcanis mirifice convenit, docet L. DUCHESNE, Hist. anc. de l'Égl.[2] III 1910, 321-2.

Scholastici qui personas divinas relationibus constitui consentiunt non solum in opinione sua argumentis firmanda leviores fuerunt (cf. SCOTUS, In l. 1 d. 26 n. 31-41. Opp. Par. X 319-31) et sententia Aristotelis de motu ac pluralitate (verbo) ad ens, unum (nomen) revocandis nituntur (cf. TH. DE RÉGNON, Ét. de théol. pos. sur la S. Trinité I 429) ac difficultatibus inde nascentibus premuntur (distinctionem dico formalem scotistarum (4), distinctionem rationis cum fundamento imper-

(1) Pro hac opinione in AAV se scripturum esse promisit PETRUS SCHEUER.

(2) Cf. etiam P. FLORENSKIJ, Stolp i utv. ist. 1914, 48 Самодоказательность и самообоснованность Субъекта Истины Я есть отношеніе къ Онъ черезъ Ты. Черезъ Ты субъективное Я дѣлается объективнымъ Онъ, и въ послѣднемъ имѣетъ свою предметность какъ Я. Онъ есть явленное Я. Истина созерцаетъ Себя черезъ Себя въ Себѣ. Но каждый моментъ этого акта самъ абсолютенъ, самъ есть Истина.

(3) Animadvertendum autem est non eandem fuisse personae et substantiae notionem apud TERTULLIANUM quam apud theologos posteriores; cf. De an. 32 (I 355, 5).

(4) Cf LICHETUS, In Scoti In l. 1 d. 8 q. 4 n. 109: Si enim nulla distinctio praeter omne opus intellectus poneretur inter intellectum et voluntatem, tunc Spiritus S. ita esset per modum naturae sicut per modum voluntatis, et e contra Filius esset per modum voluntatis, sicut per modum naturae; sequeretur etiam quod Spiritus S.

fecto aliorum (1) etc.), ita ut mysterium statuere debeant ad quod statuendum philosophia eos non conducit (cf. RSR VIII 1917, 159), — sed etiam satis inter se dissentiunt.

AEGIDIUS productiones putat distingui per terminos (In l. 1 d. 13 a. 2); THOMAS AQ. existimat productiones distingui per hoc quod altera est ab una persona, altera a duabus; Spiritum S., si a Filio non produceretur, non posse a Filio re distingui (I q. 36 a. 2); emanationes distingui per relationes prioris et posterioris (I q. 27 a. 4 ad 1); HENRICUS GAND. dicit emanationes distingui per principia, sc. naturam et voluntatem, licet haec tantum ratione distinguantur (Quodl. 5 q. 9 q. 4); DUNS SCOTUS arbitratur productiones se ipsis formaliter distingui (In l. 1 d. 13 n. 18), constitutivum Filii esse filiationem (In l. 1 d. 11 q. 2 n. 6), generationem distingui a spiratione omni alio secluso (ibid. cf. d. 12 et 26).

Item HENRICO videtur relatio paternitatis, ut fundatur super generatione aptitudinali, constituere primam personam; BONAVENTURAE innascibilitas (In l. 1 d. 27 q. 2); THOMAS ait relationem paternitatis, ut proprietas sit, praecedere generationem, ut relatio sit, eam sequi et ut proprietatem constituere primam personam (II q. 40 a. 4); SCOTUS primam personam constitui tenet positiva ad secundam personam relatione et Filium simul esse cum Patre (In l. 1 d. 28 q. 3 n. 8; cf. q. 2 n. 12). — Similiter de principio quo generationis dissentitur (cf. SCOT, In l. 1 d. 7).

Apud patres non minorem opinionum diversitatem inveniri quis neget? Aliter sane sentit ISAAC EDESSENUS cum dicit: Si minime ex Maria Filius natus fuisset, ipse Pater diceretur incarnatus (Hymn. ap. IGN. EPHR. II RAHMANI, Studia syriaca 1904, 20); aliter MARIUS VICTORINUS, De gener. Verbi 31 M. 8, 1036; aliter EUSEBIUS, De eccl. theol. III 5 M. 24, 1013 (cf. CYR. HIER., Cat. XVI 24 M. 33, 953); aliter Io. Chrysost., Hom. I. de verb. ap. Habentes eund. Sp. n. 4.5 M. 51, 275 (cf. In Ps 115 n. 2) etc. Sed mittamus haec ne longi simus. Cf. RÉGNON III 565 s.

3. Obiectum controversiae si accurate quaeritur, minime dici potest lis de verbo (contra V. DE BUCK in Ét II 1857, 322-51). Nec tamen in rebus ponendum est, quae ad opiniones, non ad fidem pertinent; illic enim libertas est. Cf. RÉGNON II 123; III 431 (2).

ita primo esset in intellectu paterno sicut Filius et sic Spiritus S. *non esset a Filio*. Ideo enim nunc est a Filio, quia intellectus Patris sicut est prius operativus quam voluntas, ita est prius productivus. Cf. n. 119-20.

(1) Cf. J. PLATELIUS, Synopsis totius cursus theol. I c. 1 n. 25 Una formalitas attributalis, quatenus iuxta scotistas ex natura rei non est alia, est a parte rei extra nihil; alioqui enim non posset per eam aliqua perfectio divina explicari, constitui, distingui etc. Ergo est res aliqua, ergo alia et alia formalitas est res et res; ergo distinguuntur realiter ut res a re. — Cf. RÉGNON I 313-5.

(2) Prenons garde de présenter à nos frères un joug que n'ont point porté les ancêtres et qui ne semble point fait à la forme de leurs fronts.

Dogma ecclesiae catholicae est: Spiritus S. ex Patre et Filio aeternaliter est et essentiam suam suumque esse subsistens habet ex Patre simul et Filio et ex utroque aeternaliter tamquam ab uno principio et unica spiratione procedit. Denz., Ench.[11] n. 691. Declaratio quae huic definitioni addita est de vi vocis per Filium quam apud patres habuerit, non pertinet ad ipsam definitionem nec ab errore immunis censenda est. Quaeritur quid hoc dogmate negetur aut affirmetur.

Negatur (praeter errorem docentium Spiritum S. de Patre procedere in Filium et de Filio procedere ad sanctificandam creaturam; cf. Aug., De Trin. l. 15,27,48; Steph. V, Ep. ad Dominicum ep. « Cum Deo propitio ») orientalium opinio, quae his verbis a F Loofs, Symbolik I 1902,140 enuntiatur: Zwar ist der dreieinige Gott der εἷς θεός, doch kann auch der Vater als der εἷς θεὸς bezeichnet werden, denn die drei ὑποστάσεις oder πρόσωπα sind vermöge der Einheit der οὐσία eben deshalb eins, weil der Sohn vom Vater gezeugt ist und weil der Geist (nur) von ihm ausgeht. Das Filioque erscheint als Setzung zweier ἀρχαί. — Cf. Karudes, He didaskalia t. hag. kat. ap. k. ort. anat. ekkl... Sm. 1870, 24 s.

Praeterea, etsi nostra Dei cognitio potius negatione continetur quam obiecti ipsius intellegentia, tamen saltem veri simillimum videtur esse etiam aliquid positivi hoc dogmate statui: Spiritum S. aliquo modo aeternaliter procedere a Patre et Filio. Quibus verbis sane dumtaxat quaedam tenebris involuta rei imago, non adaequata rei cognitio nobis praebetur, nec nostrum esse potest aliud nisi inquirere, utrum iure potuerit eiusmodi imago definiri necne.

Erroris qui a Florentino negatur initia alte repetenda sunt et fatendum est ne catholicos quidem theologos ab eo semper alienos esse. Certe qui Patrem ut principium sine principio a Filio et Spiritu S. differre dicunt, Patrem ut primam personam iam totam divinam substantiam in se habere fingunt, quam Filio, et cum Filio alio modo Spiritui S. communicet, dogmati refragantur, quod demum in personis substantiam realem esse significat. Cf. AAV VIII 14 (1). De causis huius erroris cf. Régnon I 493; AAV VIII 1[1] (2).

Hinc diiudicari oportet quaestionem quae est de voce Filioque aut per Filium praeferenda. H. B. Swete, The Holy Spirit in the anc. Ch. 1912, 371 magnopere dolendum esse censet quod ecclesia latina Filioque symbolo inseruerit, non per Filium (idque, si Graeci appro-

(1) Cf. P. Florenskij, Stolp i utv. ist. 50 Въ трехъ ѵпостасяхъ каждая — непосредственно рядомъ съ каждой, и отношеніе двухъ только можетъ быть опосредствовано третьей. Среди нихъ абсолютно немыслимо первенство.

(2) H. J. Holtzmann, Lehrb. d. neutest. Th. II 1897, 465 existimat graecam opinionem praeparatam esse a Ioanne dadurch, dass der Gottesbegriff sich in der Idee des Vaters concentriert, wenn auch nicht erschöpft.

bassent). — L. JANSSENS, Tractatus de Deo Tr. 1900, 601 ait « quoad expressionem totius Trinitatis » praestare potius formulam graecam, « quoad expressionem processionis Spiritus S. a Filio » praestare formulam latinam, utpote clariorem, licet nimis forte profundam. F. MICHELIS in AAV VIII 1 illud per Filium nullo modo defendendum esse censet. Conc. florentinum hanc vocem non reiecit, quam cum traditione non pugnare ADRIANUS I. M. 98, 1249 aliique docuerant, tamen eam ita interpretatur, ut opinio falsa tollatur, qua Pater cum substantia divina ut principium sine principio confunditur, acsi etiam sine Filio Deus esse possit (MANSI 31,1030).

Dogma hanc Florentini definitionem appellavimus. Quaestio de voce dogmatis supra explicata est. Si quis eam doctrinam pro conclusione tantum theologica habet (velut A. PALMIERI in DThC V 773 habere videri potest : en tire les conséquences), tamen eam omnibus qui ad ecclesiam romanam pertinent, ad credendum propositam esse concedere debet, et onus ei incumbit ostendendi in quo evolutio dogmatis constiterit.

Non semper hoc dogma in ecclesia fuisse notum testis est v. c. CYR. HIER., Catech. 16 n.24 M 33,953; cf. Io. DAM., De f.o.l.1 c.8 M.94, 824. Inde tamen vel, ut A. XOMIAKOV conatur, e THEODORETI auctoritate probari non potest, rem revelatam non esse, Latinos in opinione pro dogmate tradito declaranda haeresin commisisse. Cf. W. J. BIRKBECK, Russia and the E. Ch. I 1895, 61.65.

4. In argumentis e patrum testimoniis afferendis magnopere cavendum est, ut a re ab omnibus credita secernantur quae singuli patres de ea meditantes addidere. Cf. A. PALMIERI in DThC V 706. Quapropter scholae diversae separatim considerandae sunt, praesertim cum dogmatis latini adversarii eas sententias quae a minus accuratis de Trinitate opinionibus repeti possint, pro idoneis argumentis agnituri non sint.

Una pars est ORIGENIS qui aeternam Verbi generationem eiusque inferiorem condicionem et Spiritus S. effectionem (tempore quovis superiorem) videtur introduxisse. Ab eo THEOGNOSTUS, DIONYS. ALEX., ARIUS profecti sunt. Aliquatenus eiusdem doctrina imbuti erant METHODIUS, ALEXANDER ALEX., ATHANASIUS, CYRILLUS ALEX., BASILIUS, GREG. NAZ., GREG. NYSS. etc.

Altera pars est MARCELLI ANCYRANI qui monotheismum oeconomico-trinitarium, quem vocant, defendit, i. e. trinitatem secundum oeconomiam ortam esse ex unitate eamque (contra Lc 1,33) in unitatem esse desituram (1). Eius opinionem aliorum quoque multorum

(1) De Spiritu S. hoc modo argumentatur M. 24, 1004 (ed. KLOSTERMANN p. 197-8) Necesse est enim, si duae essent, ut aiebat ASTERIUS, divisae personae, aut Spiritum e Patre procedentem non indigere ullo Filii ministerio (quidquid enim ex

fuisse nititur Fr. Loofs, Leitfaden zum Stud. d. Dogmengesch[4]. 1906 Irenaei (p. 149; cf. Zahn, *Marcellus* v. Ancyra p. 234 ss.; Harnack in TU 31 I 61), Dionysii Rom. (p. 223), Tertulliani (Adv. Prax. 4 p. 1082; 5.6.7 p. 1084; 8 : p. 1085; 13 : p. 1093 ⊢ iam ⊣; 26 : p. 1112 etc.), Novatiani (De Trin. 31. M. 3,949 B), Hilarii (In Mt 31,3; 16,4; cf. RE[3] VIII 54), Iulii (Mansi II 1226), Hosii et conc. sardicensis (μίαν ὑπόστασιν, ἣν αὐτοὶ οἱ αἱρετικοὶ οὐσίαν προσαγορεύουσι τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ etc.; de Sp. S. καὶ τοῦτο πεμφθέν · καὶ τοῦτο οὐ πέπονθεν, ἀλλ' ὁ ἄνθρωπος ὃν ἐνεδύσατο etc. Hahn[3] § 157; Mansi VI 1202; Theodoret. 2 c.6 M. 82,1013; Athan., Hist. arian. ad mon. c.6 M.25,700, coll.332 B; cf. F. Loofs, D. Glaubensbekenntnis der Homousianer v. Sardika in SAB 1909 I); adde Prudentium (Wald. Machholz, D. Dichter Prud. in den Spuren Marcells v. Anc. in Th St Kr 1909, 577-92). Itaque Marcelli sententia Spiritus S. a Patre Filioque processionem interpretantur quam Tertullianus, Adv. Prax. 4, Iren. 4, 20. 2.5 aliique profitentur. Ceterum Marcelli verba haeretica fuisse, ipsam doctrinam orthodoxam, M. Daskalakes tuetur in EP 1910 V 426-43.530-41; VI 214-23.303-22.371-96.

Summi momenti ad doctrinam de processione Spiritus S. constituendam Augustini (Victorinum M. 8, 1048 secuti) sententia fuit. Ea, quae in occidente suo modo Tertulliani intellexerant, ab eo ad interiorem Dei vitam translata sunt (C. Maxim. 2, 14, 1 M. 42, 770); tamen etiam Augustinus saepe de oeconomica Spiritus a Patre Filioque processione locutus videtur esse, velut C. serm. Arian. 4, 4 M. 42, 686 (: misit, non : mittit.).

5. In scriptura cum Filium a Patre, Spiritum S. a Patre *mitti* dicitur, triplex huius vocis sententia esse potest: personam a personam mitti vel procedere interiore missione; Filium, i. e. Christum, Deum et hominem, a Patre (vel SS. Trinitate) mitti incarnatione; Filium, i. e. Verbum solum, a Patre mitti ad iuvandum (sive illuminandum, sive creandum) mundum participatione operationis exterioris. Quaeritur, num Spiritus S. aeque ac Filius triplici modo mittatur. Similitudo vera esse non potest, nisi sumitur neque ante Christum inhabitavisse Spiritum S. in hominibus (id quod nonnulli orthodoxi statuunt; cf. Sl. l. th. III 100-1) et hanc inhabitationem, etsi communicationem idiomatum inter inhabitatum et inhabitantem non permittat, tamen aliquo modo incarnationi similem esse; id quod eatenus probari potest, quatenus homines deificari, deos fieri dicitur. — Mitti potest dici etiam Verbum et Spiritus S. a Trinitate, a se ipsis; Verbum a Spiritu S.; cf. Manuel, Apol. M. 140, 473; Petav De Trin. VIII 1, 12 t. III 1867, 507-8;

Patre procedit, perfectum esse necesse est nec ope alterius indigere), aut, si e Filio acciperet et gratiam de eius vi suppeditaret, iam non procedere e Patre. Cf. M. 24, 785-8 etc.; 83, 397.

Salmantic., De SS Trinitatis myst. dp. 19 dub 2 §3 v. III 1877, 733-6 etc. — Spectata missione Spiritus S. externa et temporali, Christus, Deus homo (cf. Io 14, 16) dici potest causa, quatenus redemptione non facta Spiritus S. non habitaret in nobis; redemptione non intenta, non disponeret animos; et quatenus doctrina a Christo non proposita, a Spiritu S. non ostenderetur, non explicaretur, non inculcaretur.

Spiritus voce significari potest quaedam res abstracta principium vitae supernaturalis, quemadmodum de principio vitae physicae loqui solemus; principium vitae supernaturalis abstracte consideratum, quod in concreto ab aliis haberi potest quaedam dispositio animae (sive opinio, sive propensio), ab aliis liberalis educatio vel auxilium divinum, ab aliis ipsa vis divina. Sed quicumque hoc principium spiritum appellat, eius effectum a natura physica, empirica repeti posse negat.

Hoc principium personae habitu indui potest vel etiam persona haberi (sicut quidam daemonum expulsiones explicant). Cum Deus (vel alia persona) principium vitae supernaturalis habetur, nomen spiritus ei tribui potest etiam solutum a sua relatione ad vitam supernaturalem efficiendam. Praeterea is qui agit vi huius principii (qui charismatis, sanctitate, spirituali voluptate ab aliis distinguitur), spiritus vocari potest; etiam hoc modo Deus, Christus a mortuis redux spiritus vocari possunt ratione vitae supernaturalis humanae non habita. Accedit quod metonymice vox spiritus adhiberi potest ad efficientiam Spiritus S. vel Dei vel Verbi vel Christi gloriosi significandam. Quapropter mirum non est quod in scriptura modo ad charismata (cf. Petav., De Trin. VIII 1,6 t. III 503), modo ad hominem impulsum a Spiritu S. (F. Prat, La théol. de St. Paul[4] II 109) etc. refertur. Cf. A. Dupin in RHLR XI 1906, 227-9.

Quae cum ita sint, ut verba scripturae pro alterutra opinione afferri possint, docendum est diligenter nihil aliud iis significari posse, praesertim cum doctissimi exegetae id negent. Unum affero H. B. Swete, The Holy Spirit in the N. T. 1909, 304-5, haec scribentem The question will be asked whether the N. T. recognizes an eternal relation between the Only-begotten Son and the H. Spirit, such as the ancient Church had in view when she spoke of the Spirit as our Lord's 'very own', or in the West confessed that He 'proceeds from the Son' and not from the Father only. And the answer must be that there is no explicit teaching upon this point in the Apostolic writings. Even the statement that the H Spirit proceeds from the Father does not explicitly teach the doctrine of an Eternal Procession as it is conveyed in the modified terms of the Creed (cf. Hort, Two Dissertations p. 86), while for the Eternal Procession from the Son no direct support from the N. T. has ever been claimed. Nevertheless it is a fair inference from the teaching of the N. T. that the Spirit of God belongs eternally to the Divine Essence, and that the Only-begotten Son who as

the Word was in the beginning with God stands in a timeless relation to the Divine Spirit. If the Spirit of the Father was the Spirit of the Incarnate Son, dominating the whole human life of the Word made flesh, who can doubt that it was also in the most intimate relation with that pre-existent Life which was with the Father before the world was? All this lies in the background of N. T. thought, ready to be drawn into fuller light by the consciousness of the Church as she pondered on her inheritance of Apostolic truth.

6. Origo huius controversiae dogmaticae aliter ab orthodoxis, aliter a catholicis explicatur. CHRYSANTHUS (conc. cp. 1722, MANSI 37, 181) doctrinam catholicam ab AUGUSTINI et HIERONYMI contra haereticos sui temporis disceptatione repetit qui Spiritum creaturam Filii dicebant. Contentiose igitur, non dogmatice illi Filium Patri adiungebant, nec eorum auctoritate res probari potest (cf. MAXIMUS, Ep. ad Marinum M. 91, 136 A); LAMPRULLOS, La mystification fatale Ath. 1883, 10-1 eandem opinionem ideo occidentem pervasisse credit, quod cum arianae doctrinae similis esset, ad captandos Vandalos et Gothos pia fraude symbolo constantinopolitano inserta sit. Cf. A XOMIAKOV ap. W. J. BIRKBECK, Russia and the E. Ch. I 1895, 66; A. LEBEDEV, Sobr. VI. (Očerki[2]) 315-6. — JEREMIAS patr. duas praecipue causas commemorat dissensionis una quod missio cum processione confunditur, altera quod ab occidentalibus substantiam seu essentiam et operationem idem esse statuitur. Cf. EL. VEIEL, Exercitatio historico-theol. de eccl. graecanica hod. Arg. 1666 p. 37 (1).

Catholici eandem controversiam a differentia quadam inter notiones orientalium et occidentalium repetere solent. L. DUCHESNE, Auton. eccl. — Egl. sép.[2] 1905, 84 scribit : Pour les Orientaux, la Trinité est, avant tout, cosmologique; c'est par elle que s'explique l'origine du monde. Le monde n'existerait pas, qu'il n'y aurait pas nécessairement de personnes divines. Pour les Occidentaux, la Trinité n'a rien à voir avec le monde c'est une nécessité de la vie divine. Ici, la Trinité immanente; là, la Trinité économique... La foi nous unit; la théologie nous sépare quelquefois. S. Augustin, dans sa théorie de la Trinité, dans sa façon philosophique de la concevoir, est très loin de saint Grégoire de Nazianze. » Cf. F. X. SEPPELT, Das Papsttum u. Byz. 1904, 14; DE MEESTER in Sl l th III 371.

(1) De doctrina GREG. PALAMAE quam antiquitus traditam ecclesia orientalis suam fecit (cf. declar. a. 1351 et confes. CHRYSANTHI a. 1727 ap. MANSI 37, 902) v. GREG. K. PAPAMIKAEL, Ho hág. Greg. Palamãs, arkiep. Tessalon. 1911 (ex EP 1910); cf. Byz Z XXII 166-71; EO VI 51). Defensionem luminis thaborici vide ap. GEORG. CORESSIUM, Egkeirid. peri t. ekpor. t. ha. Pn. 403-10 (etiam Suntomia t. ital. ham. 1859, 107). Cf. P. FLORENSKIJ, Stolp i utv. ist. p. 143; EVG. TRUBECKOJ in R. Mysl 1914 V 25-6; PILOTEOS patr. Cp. ap. Dosith., Tom. agapes II 212-24.

Optime Th. de Régnon explicavit differentiam in considerandis actionibus exterioribus : Graeci Patrem dicunt per Filium in Spiritu S. agere in creaturam (P → F → Sp → o); Latini Patrem et Filium et Spiritum S. aeque eam attingere $\left(\begin{smallmatrix}P \to \\ F \to \\ S \to\end{smallmatrix} o\right)$. V. Ét. I 346-5. Vera oeconomiae ratio Graecorum sententia enuntiari videtur.

Similiter Graeci personas divinas in una linea ponunt (συστοιχία : Athan., Ad Serap. I 19; cf. Régnon I 339-40; IV 113.124.242), Latini quasi in triangulo (Régnon IV 244). Ita interior Dei vita a Graecis cum ratione oeconomiae confundi videtur.

Iam ad argumenta utriusque partis consideranda veniamus.

7. Argumenta pro Spiritus S. a Patre Filioque processione afferri solent : *a.* e Gal 4,6; Rom 8,9; Phil 1,19 quibus locis Spiritus Christi (Filii) vocatur; cf. Régnon, Ét. IV 254-6; P. Sinthern in Sl1th VI 88-9; A. Palmieri in DThC V 762-5. Aliter haec interpretantur H. B. Swete, The H. Sp. in the N.T. 1909, 302 (The Son is here the Incarnate Son, not the preexisted Word,.. The Spirit of the Son is the perfect spirit of sonship which was manifested in the human life of Jesus Christ...), Chrysanthus ap. Mansi 37, 171, Coressius in AAV VIII 47-9.54, N. N. Glubokovskïj, Blagov. xrist. svobody v posl. sv. Ap. Pavla k Gal. 1902 p. 103-4(1) etc.

*b.* e Io 16, 13-5. Cf. Petavius, De Trin. l. 3 c. 8 (t. II 1864, 617-24 : contra Maldonatum); Sinthern in Sl1th VI 84-8; Palmieri in DThC V 765-7. Palmieri non inquirit in haec verba exegetice, non argumentatur nisi ex illo « de meo accipiet » (λαμβάνειν confidentius interpretans verbo recevoir); Piccirelli, De Deo 1229.1231. etiam ex verbis « quaecumque audiet » argumentum sumit, addens « etiam a Christo », sed ratio huius additionis quam p. 1232 affert, firma non est. Cf. D. Coghlan, De Deo uno et tr., D. 1909 I 396-8. Sententia huius loci certe minus manifesta est quam Palmieri putat; cf. v. c. Th. Zahn in h. l. De patribus huius loci interpretibus cf. Chrysanthus ap. Mansi 37, 167; R e l'Or IV 1912, 265-8. Cf. etiam Photius M. 102, 297-312; Makar. hierom. t. makre, Pròs latìnous ap. Dositheum, T. katall. 1692, 414.

*c.* e Io 15,26; 16,7; cf. Lc 24,49; Act 2,33; Tit 3,6 Spiritus S. mittitur a Filio; atqui notio missionis arguit processionem divinam. Cf. Régnon IV 257; 515 ss.; Sinthern in Sl1th IV 89-91; Palmieri in

(1) Апостольское свидѣтельство напрасно привлекается для обоснованія католической идеи Filioque... ; ибо она касается опредѣленій по ипостаси, о чемъ св. Павелъ здѣсь умалчиваетъ, предполагая это упоминаніемъ о посольствѣ, которое немыслимо безъ индивидуальной самобытности посылаемаго. Названіе Духа сыновнимъ рисуетъ Его лишь со стороны божественнаго существа и не затрогиваетъ личныхъ особенностей.

DThC V 767-70. Contra : PHOTIUS M. 102, 328-37; CORESSIUS in AAV VIII 49-52 etc.

*d*. e Io 20, 22; quod argumentum infirmum esse A. PALMIERI in DThC V 770 fatetur.

De scripturae locis ad processionem Spiritus S. pertinentibus cf. Io. FRANZELIN, Examen doctrinae MACARII BULG. R. 1876, 243-53; AL. BERTHOUD, Jésus et Dieu. 1912, 359 ss. — A PALMIERI alii libri commemorantur in DThC V 691-2, velut HARÉ 1854; LECHLER 1899, WINSTANLEY 1908, ARNAL 1908, CACCIA in Sc catt 1911.

*e*. extraditione. Haec argumenta ab A. PALMIERI exponuntur in DThC V 773-807. Haec de iis scripta commemorat: THEOD. AUREL. M. 105, 239-76; Io. BEKKOS M. 141, 395-612; 613-724; PETAV., De Trin. 7, 3-18; THOMASSINUS, De Trin. 29-31; KLEE, Kathol. Dogm. 1844 I 177-85; ALLAT., Vindiciae synodi ephes. et s. Cyr. de proc. 1661; AL. ANDRUZZI, Consensus tum Graecor. tum Latinor. Patrum de proc. Sp. S. e F. c. DOSITHEUM R. 1716; HERGENRÖTHER, D. Lehre v. d. göttl. Dreiein. nach d. h. *Gr. v. Naz*. 1850, 225-50; SWETE, On the History of the doctr. of the proc. of the H. Sp... C. 1876; KRANICH, Der h. *Basil*. in s. Stellung zum Filioque; FRANZELIN, De Deo tr. 1895, 444-82; HEINRICH, Dogm. Th. IV 1885, 389-415; DE RÉGNON, Études III 3-283; F. SNOPEK, Studie cyrillo-methodějské 1906, 57-156; HOLL, Amphilochius v. Ikonium 1904, 140-2; 213-5 (de *Gr. Nyss*.); TIXERONT, Hist. de dog. II 89-93; SALAVILLE in Sl l th V 165-72; JUGIE in EO XI 321-31 (de *Greg. M*.); JAK. BILZ, D. Trinitätsl. d. h. *Io v. Dam*. 156 ss.; 163 ss. Adde P. SINTHERN in Sl l th VI 96-128 (de *Athan*.); La Terre S. XXII 1896, 375-6 (de *Chaldaeor*. traditione); V. LIVANSKIJ, Protopresv. Ianyšev (de *Io. Dam*.); E. HUGOA, La théol. lat. et la th. gr. des processions div. in R Thom XX 1912, 474-98; JUZEK in Katholik 1913, 309-20 (de *Io. Chrys*.); P. STIEGELE, D. Agennesiebegr. in d. gr. Theol. d. IV. Jhd. 1913 etc.

Refutandis his argumentis datur opera ab A. LEBEDEV in Strannik 1887 II 605-20; III 158-79; 352-65, et ab aliis.

Cum patres Spiritum dicunt procedere per Filium, hoc intellegi potest vel de origine personae vel de manifestatione personae exsistentis et munere quod quodammodo ratio eius exsistentiae videri potest, vel de utraque re. Cum ἐκ praepositio usurpatur (Spiritus ex Patre procedit), Graeci originem personae significari concedere solent; cum Filius adiungitur Patri, etiam ἐκ ad manifestationem tantum referunt (MAX. MARGOUNIOS, Ep. 2 ad Ierem. cf. IAC. GRETSER, Opera omn. IX 1737, 53; CYRILLUS CP. ap. KIMMEL, Monum. I 342); praeterea διά negant significare causam processionis, significare enim solam condicionem (Sl l th V 199) vel solam ordinis et appellationis successionem (CHRYSANTHUS ap. MANSI 37, 159 ss.) vel Spiritus eodem momento ac Verbi processionem, ita ut Spiritus maneat in Verbo (BOGORODSKIJ,

Uč. sv. *Io. Dam.* ob isx. sv. Duxa Spb. 1879, 45; « cum Filio et sicut Filius » Marc. Eph. M. 160, 16). Sunt autem qui concedant « Filioque v. suščnosti to že, čto i Per Filium » Pravosl Sob 1904 I 582[1]; P. I. Lepo∤skïj in Sl l th I 79; negat id etiam V V. Bolotov in Xr Čt 1913, 925. — Cf. de hac re de Rubeis ap. M. (PG) 142, 132-142.

*f.* e rationibus theologicis α. Ordo processionum postulat, ut Spiritus S. a Filio procedat. Cf. L. Janssens, Tract. de Deo trino 550-1; A. Palmieri in DThC V 813-4; 815 (de iis quae obiciuntur); Sl l th III 371; V V. Bolotov in Xr Čt 1913, 592 (qui concedit generationem Filii esse condicionem (logice prius) processionis Spiritus S., sed negat Filium esse spirantem); W. J. Birkbeck in The Russian Church 1915, 39-43. — β. Si Spiritus S. a Filio non procederet, ab eo non distingueretur. Cf. Petavius, De Trin. 7 c. 9 (III 1867, 406-12); c. 11 (μονογενής 426 ss.); Witasse, De ss. Trin. q. 9 a. 3 (Migne, Th. curs. comp.[2] VIII 641-4); Piccirelli, De Deo 1246-50. — γ. Filius per intellectum et Spiritus S. per voluntatem procedit; atqui quod per voluntatem procedit, non solum a cognoscente, sed etiam ab ipso verbo procedit, quia nihil amamus nisi secundum quod mente id apprehendimus. Cf Coressius in AAV VIII 58. — δ. Si Spiritus S. non procederet a Patre Filioque, ex notione Trinitatis quattuor vel duae personae colligerentur, non tres. Cf. Janssens, Tr. de Deo tr. 551. — ε. Quaecumque habet Pater in divinis excepta ratione ingeniti et paternitate, communia sunt Filio. Cf. W. Palmer, Notes of a Visit... 1882, 141-2; B. Colonna Sincletico, La difesa della Chiesa greca. Corfu 1800 p. 118-20. — ζ. Cum Filius sit genitus, non autem spiratus, Patri ut Spiratori non opponitur. Atqui in Deo omnia unum sunt, ubi non est relationis oppositio. Cf. de hoc axiomate Sl l th III 371. — η. Nisi persona tertia simul procedat a secunda, praeter primam erunt duae secundae, non autem secunda et tertia ordine.

8. Argumenta quae contra dogma catholicum afferuntur *a.* e Io 15, 26. Cum Christus, qui mitti a se quoque Spiritum S. dixerat, dicit Spiritum S. procedere *a Patre* et non dicit *a nobis*, ratio huius rei reddenda est ab iis qui Spiritum S. ab utroque procedere credunt. Cf. Marc. Eph. ap. Mansi 31, 848; M. 160, 64; Silvester { Lebedinskïj }, Compend. theol. classicum.. 1805, 176; Anon. ap. Dositheum, Tom. katall. 1692, 132-5. — Cf. de hoc argumento Petav., De Trin. l. 7 c. 15 (III 1867, 468-9); A. Palmieri in DThC V 770-2.

*b.* e conc. cp. I° quod contra Origenem (S. V. Koxomskïj, Učenïe drevnej cerkvi ob isx. Sv 'Duxa 1875, 4) in symbolum introduxit illud « qui ex Patre procedit »; quod mancum esse credi non potest. Cf. contra hoc Langen, D. Trinitarische Lehrdifferenz zw. d. abendländ. u. morgenl. Kirche 1876, 61 et quae infra de symbolo cp. indicabuntur.

*c.* e conc. eph. (A. Xomiakov, Polnoe sobr. sočinenij[3] VII 128).

Cf. Allatius, De eccl. occ. atque or. perp. cons. 1648 II c.2 c.484 ss.; Nat. Alexander, Diss. adv. *Photium* n. 21 (ap. Zaccaria III 280-1).

*d.* ex ecclesiae traditione Afferuntur *Leo III* : « pro amore et cautela orthodoxae fidei » Lib. pontif. 1892 II n.84 p.26; cf. Nat. Alexander ap. Zaccaria III 281-2 et quae infra de voce Filioque inserta ad hoc argumentum commemorabuntur. — Io. VIII, Ep. ad Phot. Mansi 17, 525 μεταποιητὰς τῆς θεολογίας τοῦ Χριστοῦ. Cf. Le Quien ap. M. (PG) 94,216-8; Hergenröther, Photius II 541-51; A. P. Lebedev, Ist. razděl. cerkvej. M. 1900, 236-90; Nectarius (Kepalas) Melětę historikę̄ p. t. aitiōn t. skĭsm. 1911 I 283-92. — Synodus cp. sub Io. VIII. habita. Cf. N. Alex. ap. Zacc. III 282-3. Cyrillus Alx. qui in hac re Theodoreto cesserit (Anath. 9). Cf. A. Palmieri in DThC V 793-4. — Patres qui negant Filium esse principium Spiritus S.; velut *Maximus,* Ep. ad Marin.; *Greg. Naz.* Or. 34 n. 10; *Io. Dam.*, De f. o. 1, 15; *Dionys.*, De div. nom. c.2 n.5. Cf. Franzelin, De Deo tr. 490-4. — Patres qui differentiam inter Filium et Spiritum S. in differentia inter *spirationem* et *generationem* ponere videntur. —Patres qui caute sescenties dicunt *per Filium,* non non item ex Filio; nec silere potuissent, si res vera esset sicut nunc Latini silere non possunt (Chrysanthus in conc. cp. 1722 ap. Mansi 37, 159 ss.) — Patres qui diserte dogma latinum *negant* velut *Greg. Nyss.* M.45,180 qui eandem dicit personam esse ex qua Filius generetur et Spiritus S. procedat (Silvester } Malevanskïj }, Otvět pravoslavnago na predlož. starokatolikami sx̱emu o Sv. D. 1875, 23). De *Theodoro Mops.* et *Theodoreto* cf. Langen, D. Trin. Lehrdiff 92 s.

Talia argumenta afferuntur a Zoernikav, P. t. ekporeŭseōs 1797 I 1-397; Prokopovič, Tract. de proc. Sp. S. 1772, 39-151; Macario } Bulgăkov }, Pr.-dog. bog. 1895 I 302-43; Silvestro } Malevanskïj }, Opyt pr. d. b. 1892 II 438-89. Cf. Camaterus M. 141, 409-614. Adde monographias : N. Bogorodskïj, Uč. sv. *Io. Damaskina* ob isx̱ožd. sv. D. 1879; V. Nesmělov, Dogmatičeskaịa sistema sv. *Grig. Nissk.* Kaz. 1887, 273-301; ierom. Cyrillus } Lopatin }, Učenïe sv. *Aïanasïịa* Velik. o Sv. Troicě in Pr Sob 1894 I-III.

Haec argumenta non valere ad demonstrandum haereticos esse qui Spiritum S. e Patre Filioque procedere aiunt, etiam theologi orthodoxi recentiores sibi persuadent, eo potissimum argumento permoti quod iam pridem Latini (velut D. Scotus, in l.1 d.11 q.1 n. 2) proposuerant : Многіе западные, которые своимъ паствамъ проповѣдывали Filioque, жили и умирали, находясь въ общеніи таинствъ съ Восточною Церковью, не получая ни съ чьей стороны какого-либо противу сего возраженія. Bolotov ap. A. A. Kirěev in Bog V 1904 I 524. Sed Lebedev, Sobr. VI. (Očerki [2]) 1902, 320 hoc e commercii exiguitate explicare conatur. — Contra

haec argumenta praecipue. scripsit Io. FRANZELIN, Examen doctrinae Macarii Bulgakow R. 1876, 67-167.

*e*. rationibus theologicis *α*. Si a Patre et Filio Spiritus S. oreretur, a duabus personis oreretur. Nam Pater et Filius duae personae sunt. Ita duo essent principia Spiritus S. Atqui hoc est monarchiam in duplicem deitatem dissolvere. Cf. PETAVIUS, De Trin. 7, 15 (III 471-4); A. PALMIERI in DThC V 817. — β. Productio Spiritus S. activa aut personalis est aut substantialis ; personalis non potest esse communis duabus personis et sequeretur unam esse Patris et Filii personam ; substantialis autem etiam Spiritui S. tribuenda esset. Cf. PETAVIUS 7, 15 (III 469-71); RÉGNON IV 269-83. — γ. Pater aut sufficit ad producendum Spiritum S. aut non sufficit; si sufficit, supervacanea est virtus Filii ; si non sufficit, deficit virtus Patris. Cf. BESSARIO, De proc. Sp. S. M. 161, 392-3. — δ. Si, quia natura unum sunt Pater et Filius, ideo ex Patre Filioque procedit Spiritus S., sequitur Filium ex Patre et Spiritu S. generari, quia Pater et Spiritus S. unum sunt natura. Cf. HUGO ETHER., De haer. 2 c. 11 M 202, 302 ; SCOTUS ERIG. M. 122, 611-2. — ε. Filius Spiritum S. producit aut ut est Filius aut secundum aliam habitudinem ; si ut est Filius, etiam Filium gignet ; si secundum aliam habitudinem, Filius ut mittens Spiritum iam non erit ex principio; non enim aliter a principio oritur nisi ut Filius est. Cf. PETAVIUS 7 c. 15 (III 476-7). — ζ. Si Spiritus S. a duobus procedit, necesse est eum compositum esse. Cf. MANUEL CAL., C. Gr. l. 3 M. 152, 177.

Tales rationes afferuntur imprimis a PHOTIO, Mystag. M. 102, 280-97 ; 312-26 etc. et a NICETA BYZANTIO, Capita syllogistica (ed. HERGENRÖTHER, Monum. gr. p. 84-138).

Ex libris de controversia hac scriptis ab A. PALMIERI in DThC V 819-29 afferuntur hi : *Pro Filioque* : Smaragdus ab. (M. 98, 923-9) ; Alcuinus ; Theod. Aurel. ; Ratramnus C. ; Aeneas Par. ; Petr. Dam. ; Anselmus C. ; P. Chrysolanus ; Rupertus Tuit. ; Anselmus H. ; Richardus de S. V. ; Hugo Eth. ; Pantaleon ; Niceph. Blem. (quem orthodoxi sibi vindicant) ; Tho. Aq. ; Io. Beccus ; Constantin. Mel. ; Georg. Metoch. ; Barlaam C. ; Demetrius Cydon. ; Philippus de Pera ; Manuel Calec. ; Maximus Chrysob. ; Io. Argyropul. ; Gennadius Schol. ; Man. Chrysolor. ; Is. Cypr. ; Ios. Methon. ; Greg. Mammas ; Bessario ; Georg. Trapez. ; Cesarini ; Donatus ; Possevinus 1583. 1585 ; Grysaldus 1587 ; Hunnius 1588 ; Pelargus 1592 ; Bohemius 1604 ; Bovosius 1607 ; Spalchaver 1616 ; Scarparius 1625 ; Arcudius 1630 ; Catumsyritus 1633 ; Cundisius 1641 ; Ferchius 1646 ; Rueschman 1647 ; Allatius 1648. 1652-9. 1658. 1661. 1665 ; Cichovius 1649 ; Meisner 1653 ; Richard 1658 ; Neophytus Rhod. 1659 ; Dannhaverus 1663 ; Boym 1668 ; Haberkornius 1672 ; Th. Rutka 1678. 1689. 1690. 1691. 1692. 1694 ; Nau 1680 (p. 16-70) ; Hacki 1682 ; Com. Papadop. 1694 ;

Nagel 1698; Wegner 1705; Sander 1703; Pfaff 1705: Andruzzi 1716; Le Quien 1718 (p. 223-61); Peichich 1725 (p. 194-212); Breno 1726 (86-99); Lampe 1737; Maffei 1751 (M. 107, 133-57); R. de Rubeis 1753 (M. 142, 47-220); Tipaldi 1754 (t. II); Frantz 1757; Ant. Kanislich 1780; Pepanus 1781; Sept. Costanzi (I 1-102); Rozaven 1822 (1-44); G. Avedichian 1824; Pitzipios 1855 (54-64); Nève 1862; van der Moeren 1864; Panfilo da Magliano 1870; Swete 1876; {Vin cenzi, De proc. Sp. S. 1878}; Jirák 1881; Revue des Egl. d'Or. 1885-90; Astaškov (M. D. Erebcov) 1886; Vas. Livanskïj (Erebcov) 1889; J. Gaume {1864} 1890 (II 56-87); Howard 1892; W. Kölling 1894 (268-323); Brandi 1896 (25-39); Baur 1897 (33-42); A. Lépicier 1898; L. Bréhier 1899 (131-46); Palunko 1899 (27-77); A. Palmieri 1900. 1901. 1902. 1910 (165-72), 1911 (335-51; 373-400); Snopek 1906 (57-156) 1908 (82-104). 1908. 1911 (156-203; 286-312); Špaldák 1906; Manuel de Castro 1908; Jugie 1908; Salaville 1909; de Meester 1911. — Addamus: Scot. Erig., De divis. n. 2, 31-5 M. 122, 601-15; Jac. Gretser, De sacros° Trinitatis myst. 1598 (Opp. t. VIII: contra *Ierem.* patr.); W Palmer, Dissertations L. 1853, 154-62; Hergenröther 1857 (M. 102, 399-542); H. J. Schmitt, Harmonie d. morg. u. ab. Kirche 1863, 226-69; {E. G. Volkonskaia}, O cerkvi. Istorič. očerk. Berl. 1888, 147-71; Maccella, Otvět na někotorye voprosy, kasaiuščïesia vozvr. Gr.-Rask... Frejb. v B. 1889, 11-5; A. Tilloy, Les égl. orient. dissid. 1889, 144-69; 170-9; Alex. M. Lépicier in Anal. eccl. 1897, 466-75; 1898, 82-9.

*Contra Filioque:* Photius; Nicetas Byz.; (Sisinnius = Phot.); Nicetas Pector.; Mich. Psellus; Io. Phurnes; Eustrat. Nic.; Theodor. Curop.; Nicet. Seides: Mich. Glycas; Theod. Prodromus; Basil. Achrid., Nicol. Muz., p. cp.; Nicol. Methon.; Andron. Camaterus; Demetr. Tornicius; Nicol. Hydrunt.; Nicetas Mar.; Nicetas Chon. (l. 21); Maximus Cp.; Germanus II. Cp.; Theodorus Lasc.; Georg. Acropol.; Matth. Angelus Panaretus; Hierotheus hierom.; Greg. Cypr.; Georg. Pachymeres; Gennad. Bulg.; Manuel Moschop.; Niceph. Chumnus; Max. Planudes; Matth. Blastares; Barlaam Calabr.; Mich. Bryennius; Nilus Cabas.; Greg. Palamas; Arsen. Studita; Nicol. Cabas.; Theophanes Nic.; Demetr. Chrysol.; Nilus Damylas; Macar. Dositheus Ancyr.; Simeon Thessalon.; Ios. Bryennius; Macar. Macr.; Nicol. Schlengias; Matthaeus mon.; Theodos. mon; Marcus Ephes.; Theodor. Agallianus; Georg. Gemistus Pletho; Gennad. Scholar.; Michael Apost.; Io. Moschus; Man. Corinthius; Pachomius Rhysanus; Theophan. El. Notaras; Georg. Calybas; Leontius mon.; Melet. Pegas; Gabr. Severus; Max. Margun.; Nathan. Chychas; Georg. Crisanius 1656; Lazar Baranovič 1676; Io. Galatovskïj 1678; Maxim. Peloponn. 1690; Coressius 1694; Dosith. Hieros. 1692. 1698. 1705. 1715; Christophor. Emporocometes 1728; Constantin. Moscov. 1746; Adam Zoernicavius 1774 (1797); Th. Prokopovič 1772; Tixomirov 1832; Tantalides 1850 (I 174-297); arxim. Sergïj 1859; Innokentïj 1859 (I 19-118), Proxor Prokopovič 1862; Vladimïr 1867. 1871; The orthodox catholic review 1867. 1876; Bulgaris 1872 (281-319); Krainskïj 1873, 91-126; S. V. Koxom-

skij 1875; Philaretus 1882 (I 94-110); Sadov 1883 (42-105; 123-82); Lampryllos 1883; Nekrasov 1883 (I 217-34; 307-26); Butkevič 1887; archim. Antonius 1888; Troickij 1889; Silvester 1892 (II 430-599); A. L. Katanskij 1893; Macarius 1895 (I 267-348); Malinovskij 1895 (I 316-33); protosync. Chrysost. 1896 II 301-400; A. Th. Gusev 1900. 1901; Zecus D. Rhoses 1903 (I 253-87); Perov 1905 (31-41); Chr. Andrutsus 1907 (79-86). — Addamus: Th. Prokopowicz, Christianae orthod. theol. t. IV c. I-XX; Athan. Parius, Epitome eite sulloge 1806, 162-203; Guetté, La papauté schism. 1863; Truskovskij, Rukovodstvo 1889, 14-29: E. Uspenskij, Obl. bog. Ufa 1891, 26-39; Al. Gusev, Otvĕt starokat. prof. Mišo po vopr. o Filioque.. X. 1899 (e ViR 1898-9): id. Falšivîaşčee uprîamstvo v otstaiv. Filioque.. in ViR 1900. « Historiam controversiae Graecorum Latinorumque de proc. Sp. S. » scripsit Io. G. Walchius. Jena 1751.

L. van den Bossche.

## B. DE VOCE FILIOQUE SYMBOLO INSERTA.

Exponenda est hic quaestio, quae cum dogmate de processione Spiritus S. coniungitur, licet proprie alio pertineat: de voce *Filioque* ab ecclesia romana symbolo inserta.

Cum hoc ecclesiae romanae ut crimen ab haeresi de processione Spiritus S. distinctum exprobratur, vel dicitur — eam simpliciter in hoc peccavisse, — vel hoc factum satis idoneam fuisse rationem se ab ea separandi, vel potius eo facto eam se ab ecclesia Christi separavisse (παραλελυμένην ἀπὸ τὰς ἑπτὰ συνόδους καὶ χωρισμένην καὶ ἀναθεματισμένην Ἐκκλησίαν: Hierà bĭblos, kaloum. krestoēteia t. kristianōn. Cp. 1898 168 ap. A. Palmieri, Theol. d. orth., Prol. I 340; cf. Nealy, A history of the h. east. Church II 1850, 1168; Howard, The schisma betw. the or. and west. Churches L. 1892, 88, — vel eam ita peccavisse, ut (sive hoc sufficit ad schisma procreandum, sive non sufficit) rem corrigere, i. e. Filioque additum expungere debeat (cf. Petr. Antioch. M. 120, 812).

Peccatum ecclesiae romanae cerni potest vel eo, quod illam vocem addiderit illegitime, sive, quod fortasse rei caput est, illegitime dogma definiverit, vel eo, quod prudentiae, modestiae, caritati vel huiusmodi virtutibus defuerit.

*A.* Illegitime ecclesia romana egit, si ita agendi ius nemo habuit (cf. Marc. Ephes. ap. Mansi 31, 533. 584. 604. 608) vel saltem nemo alius nisi concilium oecumenicum. Probant autem soli, ut summum, concilio oecumenico ius fuisse symbolo cp. aliquam vocem inserendi: *a.* e cn. 7. concilii ephesini. Hoc enim concilium oecumenicum fuit; atqui quod concilium oecumenicum vetat, permittere non potest nisi aliud concilium eiusdem auctoritatis. Decretum autem illud ita esse intellegendum, ut ad vocem *Filioque* ab ecclesia romana additam pertineat,

cognoscitur 1. ex obvio canonis sensu; nulla enim exceptio fit; si concilium romanae ecclesiae ius concedere vel iuri eius non derogare voluisset, tacere non potuisset. Non autem contenditur privata symbola differentia a nicaeno vetita esse, sed ea, quae in locum oecumenici subderentur vel ei opponerentur. Cf. E. S. Ffoulkes, A problem for the Ecumenical Council of 1869, 13-4. — 2. ex eo quod patres spectabant (cf. *c.*). — 3. Hoc modo etiam occidentales hoc decretum interpretabantur: Mansi X 705 (Theodor. I.; cf. Ffoulkes l. c. p. 21.); XIII 835.836 (conc. foroiulian.); Mabillon, Mus. Italicum P. 1687 t. I p. 2 p. 44 (nefas esse ducebant). Cf. A. Palmieri in DThC V 2314; Franzelin, De Trin.[3] th. 41, 609-14; Makarïj, Vvedenïe v pr. bog.[3] 1863, 432. — 4. Idem Leo III. professus est ap. Mansi 14, 20 (Lampryllos, La mystification fatale Ath. 1883, 43; cf. Régnon, Et. de théol. pos. III 217-9; A Palmieri in DThC V 2329-30, ubi multi conatus explicandi Leonis consilium commemorantur, omissa tamen opinione quae nobis maxime probatur: non ut vocem Filioque ipsam excluderet, sed ut licentiam in symbolo immutando, quae uno exemplo comperta in aliis quoque rebus metui poterat, impediret). — 5. Item Agatho ap. Mansi XI 235. Cf. Franzelin, Examen doctrinae Macarii, 182-4. — 6. Io. VIII. in ep. ad Photium ap. Mansi 17, 525 AB dicit: Qui audent talia {ne is quidem romanum episcopum excipit!}, hos gravis condemnatio manet. Cf. Franzelin, Examen 190-209; Palmieri in DThC V 2318. — Idem Io. VIII ss. Cyrillum et Methodium orthodoxos esse iudicavit; atqui constat eos, sicut eorum discipulum Clementem ep. velicensem (de quo cf. Roma e Or XII 1916 68-9) Spiritus S. a Filio processionem negavisse. Cf. Sl. l. th. IV 363.

*b.* Conc. oecum. VIII a. 879, act. VI (Mansi 15, 516 D) additionem vocis *Filioque* respiciens omnes anathematizavit quicumque symbolo quicquam insererent. Legati et episcopi a Ioanne VIII ad id concilium missi, omnes huic decreto subscripserunt (M. 102, 375-84). Cf. J. J. Overbeck, D. orthodoxe kathol. Anschauung im Gegensatz zum Papstt... H. 1865, 116.

*c.* Si hoc liceret quod orthodoxi vetitum esse contendunt, legibus permissum esset Nestoriis et quibusvis haereticis in sua dioecesi vel in suo patriarchatu symbolum introducere quo eorum sententiae divulgarentur. Романизмъ, поставивъ на мѣсто единства соборной вѣры независимость личнаго или областнаго мнѣнія (ибо папская непогрѣшимость придумана была позднѣе) явилъ себя первою ересью противъ догмата о естествѣ церкви или о вѣрѣ церкви въ самой себѣ. Римляне рѣшили догматическій вопросъ безъ согласія своихъ братьевъ, они присвоили себѣ монополію благодати. Xomiakov in Pr. Ob. 1875 I 26. Cf. W. Birkbeck, Epistle of the Russian H. Synod to the patr. of Cp. on the subj. of reun. 1904, 7.

*B*. Etsi ecclesia romana ius habuisset immutandi symbolum, abstinendum tamen fuit. Nam *a*. hoc modo in vituperationem adduxit patres concilii nicaeni, quibus de re tanta tacendum non fuerat, cum omnes divinarum personarum proprietates contra arianos et macedonianos exponendae essent. ANTHIMUS VI. § 5 ap. MANSI 40, 381 (Okružnoe posl. edinoj... Spb. 1850 p. 5). — *b*. Item posteriores synodi, quibus quicquam addendum esse visum non est. ANTHIMUS VI. l. c. — *c*. Item summos pontifices Leonem III et Io. VIII. ANTHIMUS VI l.c. — *d*. Rem ad credendum proposuit quae dubia erat, — *e*. quae necessaria non erat. Cf. El. Meniates, Petra skandalou. Ath. 1863, 115. — *f*. Unitatem ecclesiae, quae antea unum habuerat symbolum, dissolvit (id quod etiam de athanasiano dici potest) et alia damna gravissima ecclesiae intulit. ANTHIMUS VI l. c; MARC. EPHES. ap. MANSI 31,510.511.516.518; Mesoloras, Sumbolikē 1883 I 52. — *g*. Constantia animi aliud a Benedicto VIII. postulabat quam cedere Germanis (Henrico II).

Theologis catholicis in hac re facilius onus incumbit defendentium: quod non demonstratur, negari potest. Quodsi responsum suum probare volunt, aut docendum est nullum, ne materiale quidem, in ea re peccatum reperiri posse; aut huiusmodi peccatum non eximere e culpa consilium Graecorum ab ecclesia romana se separandi nec postulari posse, ut haec vocem a se insertam eiciat.

*C*. Crimine hoc orientales non esse coactos ab ecclesia romana discedere probari potest : *a*. ex *analogia* 1. idem enim ecclesiae orientales commiserunt Constantinopolitano symbolo recepto in locum nicaeni; L. DUCHESNE quidem dicit, Auton. ecclés. — Eglises sép. 1896, 81 Le symbole qu'on nous accuse d'avoir interpolé, n'a rien, ni dans son origine, ni dans son autorité, qui interdise les interpolations nécessaires. Il n'émane ni du concile de Nicée ni du concile de Constantinople; il représente lui-même une énorme violation de la prohibition imaginaire que l'on oppose au Filioque. C'est le symbole « de Nicée » gravement interpolé par une autorité particulière sans concert préalable avec l'ensemble des églises. Cf. infra *D*. *b*. 3. — Ecclesia cp., non quaesito ecclesiae universae consensu, in confessionem fidei quaedam recepit ecclesia « septem conciliorum oecumenicorum » credit et profitetur. L. DUCHESNE l. c. 67. Ecclesia russica tolerat sectae Edinověrcy symbolum, ubi loco *Dominum* (in Spiritum S., Dominum) additur *verum*. M. JUGIE in EO 1911, 186. — 2. cum ecclesia romana Constantinopolitanum recepit, nihil ei exprobratum est.

*b*. ex *historia*. Nam per longum tempus factum illud impedimento non fuit, quominus inter ecclesias vinculum unitatis perseveraret. Cf. L. DUCHESNE l. c. 222; A. PALMIERI in DThC V 2320-1.

ex *auctoritate* theologorum orthodoxorum; velut METHODII, aep.

tverensis, qui, Liber historicus 1805, 185 (ap. J. DE MAISTRE, Animadversiones in librum Methodii : Œuvres compl. VIII Lyon 1884, 393) omnes episcopos ait potestatem habere formandi fidei symbola, pro sua quemque ecclesia.

*D.* Ecclesiam romanam iure non caruisse ad vocem *Filioque* symbolo cp. inserendam probari potest aut probando primatu romanae ecclesiae quo eius episcopus superior sit etiam concilio oecumenico aut refutanda opinione eorum qui talem rem a concilio oecumenico interdictam esse contendunt.

Ad hoc posterius docendum afferri solet *a.* cn. 7. concilii ephesini dubiae esse originis. J. B. PITRA, Iuris ecclesiastici Graecor. hist. et monum. I 1864, 521. — *b.* hoc decretum nullo modo pertinere ad symbolum cp. Nam 1. pertinere ad Nicaenum manifestum est, cum Cp[i] nulla mentio fiat. Si hoc petitum esset, nominandum erat. Cf. A. PALMIERI in DThC V 2325. — 2. Symbolum cp. in occidente agnitum non est ante Hormisdam (Ep. 80), ipsum concilium non ante Io. II (M. 66, 23 CD). Ille demum id symbolum implicite comprobavit (Ep. 61; 76, 4; 98, 2) Concilii ephesini canon igitur ad id symbolum referendus non est. — 3. Quod appellatur symbolum cp., a concilio cp. compositum non est; ergo ab Ephesino pro Nicaeno haberi nullo modo potuit; quin, si unquam, eo introducto decretum ephesinum violatum est (1). — *c.* Eo decreto nihil aliud prohiberi nisi mutationem qua sententia symbolo *contraria* adsisceretur. « Sicut ad Gal 1 Paulus anathematizat docentes praeter id quod docuit, cum tamen ipse alia postea docuerit ». THO. A IESU, De procuranda omn. gentium salute l. 6 c. 3 p. 111. — Hoc probari potest 1. ex eo, quod decretum eo modo explicari *potest.* Cf. A. PALM. in DThC V 2325. Si enim ita explicari *potest*, nihil aliud vetitum esse statuendum est. Nec obstat CYRILLI ALX. Ep. 39 et 40 M. 77, 181 et 188-9; nam etiamsi ille decretum eo modo non intellexerit (sed cf. FRANZELIN, Examen 172-7) id non probat decretum eo modo intellegi non posse. — 2. Si is fuisset sensus, quem adversarii volunt, Nestorio, non Cyrillo favisset concilium. FRANZELIN, Exam. 178. — 3. « Synodus III. abrogasset cp. symbolum, quo tamen utuntur Graeci; addidit enim multa ad Nicaenum. Dicunt quidem Graeci, Cp. et Nic. pro uno eodemque haberi; sed quare? nisi quia in eundem conspirat sensum? Haec autem particula *Filioque* in eundem quoque tendit. » THO. A IESU, De proc... 6 c. 3. Cf. EULOGIUS M. 103, 1049. — 4. Imprudenter egisset synodus III., si aliter eius decretum explicandum esset; prasertim cum in canone ne concilia quidem oecumenica diserte exciperentur. Cf. A. PALM. in DThC V 2322-4. — 5 Ita decretum explicatum est a *conc. chalcedonensi* secundum MAXIMUM CONF. M 91, 258-9; a *Iustiniano* imperatore in

(1) Cf. hac de re Scholion p. 409.

professione fidei. Cf. FRANZELIN, Ex. 178. — 6. Occidentales, cum symbola a Nicaeno differentia (velut MANSI 11, 176) ederent (etiam graecis opinionibus imbuti : cf. RÉGNON, Ét... III 186) decretum ephesinum ita interpretati non sunt, ut se neglegere canonem concilii oecumenici crederent. Cf. FRANZELIN, De Deo tr.[3] 608-9).

Contra eorum opinionem qui ne concilio quidem oecumenico licere symbolum nicaenum immutare contenderunt, insuper afferuntur ab A. Palm. in DThC V 2322-4; 2326-7 : *d*. Non est probabile concilium voluisse privare posteriora concilia iure, quo ipsum usum est (2322) — *e*. Concilium quod ecclesiam privare vellet iure efficaciter impugnandi haereses et definite explicandi dogmata, haereticorum coetus esset, non fidem defendentium (2322-4). Cf. THEOD. ABUCARA ap. G. GRAF., D. arab. Schriften d. Th. Abû Qurra 1910 (FchrLDG X) 55-6; 121-2. — *f*. Posteriora concilia omnia condemnanda essent (2326). — *g*. Decretum concilii ephesini nihil dicit de conciliis, solum de singulis loquitur (2327). — *h*. Ipsi theologi orthodoxi recentiores in ea re ab opinione antiquorum recedunt; velut *Theoph. Prokopovič*, *Makarij Bulgakov* etc.

Scriptores orthodoxi qui de hac re scripserunt ab A. PALMIERI in DThC V 2342 commemorantur : Gennadius Scholarius (Jassy 1698); Marcus Eph. (M.160,1099-104); Nectar. Hierosol. (Lon. 1702,77-91); Theoph. Prokopovič (Gotha 1772,427-46); Zoernikav (Petrop. 1797 I 501-25); Tantalides (Cp. 1850 I 174-7; 208-13; II 248-62); archim Innokentij (Kaz. 1859,79-118); Lampryllos (Ath. 1883,1-188); ep. Silivestr (K. 1892 II 576-97); protos Krusostomos (Ath. 1896 II 391-400); Beladiniotes (Hieròs Sŭndesmos 1912 n 171,5-6); Maximus Gr (Bessar. 1912,54-79). — Addamus {A. N. MURAVJEV}, Slovo katolič. pravosl. rimskomu katoličestvu M 1853,54-64; aep. ANTONIJ in Xolmskij greko-un. mēsiaceslov. Varš. 1868,19-27; A. S. XOMIAKOV, Polnoe sobr. soč.[3] II M.1886,48; GUETTÉE (contra VL. SOLOVJEV) in V. i R.1887 I 812-3; A. A. KIRĒEV, O papskoj nepogr. M 1892 p.5.23. P SMIRNOV, Sočin. IV Spb. 1898,155; ŽELENEV, Smysl sedjmogo pravila III go vselensk sobora in Prav. Putevod. Spb. 1904 II 274-80; 398-407; 1905 I 210-23; II 58-76; T. P. TEMELES, Historical Evol. of the Filioque Clause, in Eirene I 1908,14-34.

Praeterea scriptores vetero-catholici commemorandi sunt : LANGEN, Die Trinitar. Lehrdifferenz B.1876; E. MICHAUD, Un article de M. A. Palmieri sur le « Filioque » in IKZ 1914 I 15-22.

Scriptores catholici a PALMIERI ibidem nominantur : Georg. Metochita (M.141,1393-405); Calecas (M.152,187-212); Allatius (1648 II 573-91; 1658,209-61; 1661,499-569; 1665 I 170-200; 221-33); Witasse; Rossi (de Rubeis) (M., PG, 142,143-220); Cozza (1720 IV 205-23); Breno (1726,94-9); Nat. Alexander (1734 IV 581-8 {Zaccaria, Thes. th. III 289-354}); Tipaldi (1754 II 149-200); E{lefanti} A{loys.} (1782); Costanzi (1807 I 70-8; 81-103); Martin (RQH 1869 VI 518-

23); Vincenzi (1878,75-254); Astaškov {Erebcov} (1886,59-72); Franzelin 1894,173-211; 1895,546-65); Lépicier (1898); Régnon (III 203-40); A. Palmieri (1910,248-53; 1911 I 335 51); de Meester (1911 I 33-43). — Addamus : Fr. X. Piacevich ap. Zaccaria, Thes. t. III 363-412; Fr. Feu ibid. 427-33; Mich. Nau, Eccl. rom. graecaeque vera effig. 70-87; Sirmonius, Ep. sel. II ep. 27; P. Pithoeus, Hist. controv. veteris de proc. Sp. S. ap. Zaccaria, Thes. II 625-31 etc.

Praeterea adhiberi potest A. E. Burn, An Introduction to the Creeds and to the Te Deum L. 1899,114-20 etc.

M. Chatel.

## SCHOLION DE ORIGINE SYMBOLI CONSTANTINOPOLITANI

Ad explicandam hanc quaestionem aliquot theses proponere libet.

1. Non fuit tempore concilii ephesini symbolum aliud, quod ab omnibus orthodoxis agnosceretur vel symboli a concilio oecumenico editi vel imperatoris auctoritate muniti vim haberet, nisi symbolum nicaenum. Hoc enim solum publice (velut Mansi 4,1342; 6,875) exhibebatur; quin ne concilium quidem aliud nisi nicaenum auctoritate apud omnes orthodoxos fruebatur (cf. Hefele-Leclercq, Hist. des conc. II 43); sane ideo, quod nec ab imperatore (qui non 381, sed demum 383 decreta peremptoria edidit) nec a romano episcopo aliud concilium confirmatum erat. Etsi enim Photius (Mansi 3,596) a Damaso ait concilium cp. comprobatum esse, constat tamen ne Felicem quidem II aut Gelasium id pro oecumenico habuisse; decretum vero 3 numquam a Roma agnitum esse.

2. Symbolum cp. eo tempore auctoritate apud orthodoxos universos non floruisse testis est Cyrillus Alex., cum (Adv. Nestor. I 8 M. 76,49) negat verba « incarnatum e Spiritu S. et Maria Virgine » a Nestorio iure afferri.

3. Fuerunt eo tempore symbola quae quaedam symbolo nicaeno addita vel inserta continebant et ut nicaena afferebantur; velut symbolum Charisii (Mansi 4,1347; 6,889) quo Spiritum S. Patri Filioque consubstantialem esse confitebatur quodque nicaenum ducebat (4, 1346); symbolum quod Nestorius pro nicaeno habuit (v. supra th. 2.); cf. Dial. de s Trinit. III 1 M.28 1204, ubi a Macedonio orthodoxis exprobratur, quod symbolo nicaeno quaedam addiderint.

4. Fuit eo tempore symbolum, quod a Constantinopolitanis (Nestorio) nicaenum vocabatur quodque saltem in una re cum duobus symbolis quae in graecis actis concilii chalcedonensis (Mansi 7,109. 112) proponuntur, convenit et cuius additamentis magna auctoritas tribuebatur. Cf. A. Palmieri, Theol. d. o., Prol. I 331; P. Bedjan, Le livre d'Héraclide de Damas p. 213 = Nau, Nestorius le livre d'Hér. p. 128; F J. Badcock in JThSt XVI 552-3.

5. Nihil afferri potest quo probetur concilium cp. a. 381 nullum symbolum composuisse. Non efficitur hoc thesi 1., quippe cum concilium ipsum eadem auctoritate tum caruerit. Neque e consilio defen-

sorum verae fidei, qui nihil immutandum esse in symbolo nicaeno statuerunt (ATHAN. M.26,1029.801.816; HILAR. Ad Const. Aug. II 5 M.10,567; HIERON., Ep 15 ad Dam. M.22,357; AMPHILOCH. M.39, 93), id factum non esse concludi potest. Cf. conc. rom. IV. a. 380 (Mansi III 481). Nec obstat GREG. NAZ. testimonium, qui in ep. ad Cledonium M.37,193 solum nicaenum symbolum affert idque definitione de Spiritu S. carere commemorat; cum enim concilium cp. auctoritate idonea careret nec satis diserte rem proposuisse videri ei potuerit, neglegi ab eo potuit.

6. Tempore concilii chalced. Constantinopolitanis persuasum erat a concilio cp. editum esse symbolum additamentis quibusdam a nicaeno differens. Nam I. in sessione 1. conc. chalc. DIOGENES CYZICENUS, Mansi 6,632 dixit contra Apollinarem, Valentinum, Macedonium addita esse quaedam ab auctoritate quadam (accuratius a : ἅγιοι πάτρες οἱ μετὰ ταῦτα), inter alia : τὸν κατελθόντα καὶ σαρκωθέντα ἐκ Πν. Ἁγ. καὶ Μαρίας τῆς παρθένου. Concilium autem contra illos haereticos coactum fuit conc. cp. — II. Concilium chalced. sess. V., Mansi 7, 109, valere vult iuxta symbolum nicaenum etiam ea, quae Constantinopoli a sanctis patribus 150 ad delendas illius temporis haereses decreta sunt; et huic decreto professionem fidei subiungit nicaena ampliorem. (Iam a. 449 Constantinopolitani concilii cp. auctoritatem afferebant FLAVIANUS in ep. ad Theodos. Mansi 6,541).

7. Symbolum quod in actis graecis conc. chalc. nicaenum vocatur et quod nos chalcedonense appellamus haberi potest compositum a concilio cp. anni 381. Non obstat enim a) latinae versionis auctoritas; facilius enim explicatur nicaenum loco chalcedonensis positum quam contrarium; b) nomen nicaeni ei inditum a conc. chalc. Sive enim concilium erravit (cf. F. J. BADCOCK in JThSt XVI 219) sive scriba qui titulum addiderit, nicaenum illud certe non fuit, neque illud quod concilium ephes. tuitum est; c) eius natura. Verum enim non est aliter debuisse patres cp. symbolum conflare, ut errores quos impugnarent tollerent. Licet enim Greg. Naz. ita senserit, tamen ob lites voce « consubstantialis » excitatas prudentiae erat argumento tantum docere Spiritum S. esse consubstantialem Patri et Filio, voce autem uti ea quam traditio consecravisset. Cf. BASIL. M.32,587-90; A. A. SPASSKÏJ, Ist. dogm. dviženïj I 611.617; BADCOCK in JThSt XVI 211; d) verba κατὰ τὰς γραφάς nicaeno symbolo addita. Cf. A. SPASSKÏJ p. 618. Accedit quod I. Greg Naz. M.37,1148 v. 1703 ss. queritur patres cp. fontem antiquae fidei ἁλμυραῖς ἐπιρροαῖς turbulentum fecisse; Spiritum S. enim consubstantialem diserte dicendum fuisse existimabat. II. E natura eorum, quae contra pneumatomachos dicuntur, cognoscitur solum concilium dissensionibus tollendis destinatum vel imperatoris voluntatem concilio confirmatam symbolum hoc componere potuisse. Atqui aliud concilium praeter cp. hoc fecisse sumi non potest. III. Idem e thesi 4. et 6. colligendum videtur esse. Cf. etiam Mansi VII 29.

8. Symbolum quod cp. vocatur non fuit symbolum a conc. cp. a. 381 compositum; in hac re acta conc. chalced., Mansi VI 957, ab errore absolvi non possunt. Nam I. origo symboli quod chalcedonense appel-

lavimus explicari non posset. — II. Symbolum cp. est natura sua baptismale et caret anathematismis quibus symbola conciliorum: nicaenum, chalcedonense, romanum (Mansi III 481) instructa sunt. — III. Constat a concilio cp. symbolum nicaenum non ese mutatum sed confirmatum (conc. cp. cn. 1 Mansi III 557; VII 445; SOCR. V 8; SOZOM. VII 7. 9; THEODORET. V 8); atqui symbolo cp. non solum augetur sed mutatur nicaenum: quaedam enim omissa sunt; e 178 symboli cp. verbis 33 tantum nicaenam originem sibi vindicant. HORT, Two dissertations II 107, 1. — IV. A symbolo quod patres cp. composuerunt, abesse non potuerunt verba τοῦτ' ἔστιν ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρός, neque verba θεὸν ἐκ θεοῦ; nec enim ulla ratio erat ea omittendi et maximi momenti erant contra haereses illius temporis. Similiter addi non potuerunt ab iis verba πρὸ πάντων αἰώνων, e symbolo eusebiano eiecta (HAHN, Bibliothek d. Symbole n. 123), qui noverant quam facile esset tales temporis indicationes ad sensum haereticorum detorquere.

9 Symbolum cp. ortum videtur esse e symbolo baptismali ecclesiae cp. ad symbolum chalcedonense accommodato. Hoc enim modo et eius similitudo cum symbolo chalc. explicatur et eius auctoritas, propter quam a concilio chalcedonensi symbolo nicaeno aequatum est; item eius usus baptismalis in ecclesiis, quae patriarchae cp. obnoxiae erant, qui effici videtur e testimoniis patrum concilii chalced., si ratio habetur thesis 6. (cf. Mansi VII 28 B etc.; JOH. KUNZE D. nicänisch-konst. Symbol 1898, 47; C. H. TURNER, The History and Use of Creeds 1906, 44. 50; Badcock in JThSt XVI, 214) etsi certum huius rei testimonium non videtur afferri posse ante 518 (Mansi VII 1037 ss.). Neque obstat a) quaedam symboli cp. cum hierosolymitano similitudo, propter quam HARNACK illud ab hoc repetendum esse arbitratus est, quod ut explicaret sumpsit Cyrillum Hieros. suum symbolum baptismale in concilio cp. sui purgandi causa professum esse (RE³ XI 27); sed haec opinio mirifica est (cf. BADCOCK JThSt XVI 219-20). Similitudo illa non sufficit ad cp. symbolum ex hieros. derivandum (cf. EDG. GIBSON, The Three Creeds 1908, 171-2; BADCOCK JThSt XVI 220) et similitudo inter symbola baptismalia facile explicatur. — b) symbolum cp. insertum Epiphanii Ancorato c. 120; sed huius loco primitus videtur fuisse symbolum nicaenum. Cf. A. SPASSKIJ, Istor. dogm. dviž. I 1906, 621; BADCOCK JThSt XVI 206-7. — c) testimonium Eutychis de usu nicaeni symboli in baptismo administrando (Mansi 6, 632); sed hoc refertur ad tempus concilio cp. antiquius (cf. GREG. NAZ. ap. Hahn § 135) nec premenda est negatio differentiae symboli baptismalis a nicaeno. (In any case N must have received additions for baptismal purposes and have been shorn of its anathemas BADCOCK 223) — d) Io. Chrysostomi Hom. 40 in 1 Cor 15, 29 s. M. 61, 347-50 unde HARNACK effici opinatus est IV° saec. Constantinopoli symbolum cp. adhibitum non esse. « Vielmehr lässt sich aus einer von Chrysost. zu Kp. gehaltenen Homilie nachweisen, dass das Taufsymbol der Kirche zu Kp. des 4. Jhd. nicht das CPanum gewesen ist (s. PEARSON, Expos. symb. 1691, 683; HEURTLY, Harmonia Symb. 1858 p. 39 ». RE³ XI

19. At homilia illa non Cp. sed Antiochiae habita est et Heurtley docet ea non indicari ultima verba symboli fuisse *resurrectionem mortuorum* sed *vitam aeternam.*

J. SENIOR.

## De homine

A

Prima est controversia de statu Adami. Adamum gratiam sanctificantem, Spiritum S. non habuisse plerique docent. Velut P. MOGILA, Conf orth. P. I q. 25 (J. MICHALCESCU, D. Bekenntnisse 41) μεγαλητέρην δόξαν παρὰ ὁποῦ ἦτον εἰς τὸν παράδεισον. Cf. KR. ANDROUTSOS, Dogmatikē t. ort anat. ekkl. 1907, 141.

Origo huius controversiae, ab orthodoxis ab errore Anselmi repetitur; cf. SILVESTR, Opyt III § 58 p. 415. Quodsi doctrina catholica ut theologice explicatur intellegitur, non omnino errant; ab illa enim distinguendae sunt opiniones quae cum ea conecti solent, velut notio naturae empiricae pro hominis natura absoluta sumptae, notio finis supernaturalis ad quem consequendum homo supernaturaliter se disponere debeat, notio gratiae sanctificantis ut doni quo homo etiam non redimendus iustus fiat; notio peccati ut privationis gratiae voluntarie abiectae etc.

Orthodoxos B. MATULEWICZ, Doctrina Russor. de statu iust. or. 1903, 64 *ideo errare* putat quod ea confundant aut saltem non probe distinguant quae ss. patres de imagine et similitudine Dei relate ad hominem lapsum doceant cum iis quae relate ad innocentem sint dicenda, atque ea impendant huic, quae non conveniant nisi illi. Sed haec sola non videntur originem opinionis explicare. Quibusdam, quae a theologis catholicis non bene explicari solent, offenduntur; praeterea cum empiricam naturam peccato Adami corruptam negant esse posse naturam idealem, fuisse autem, cur in Adamo quoque natura empirica ideali suppleretur non considerant, theologice aliud de Adamo statuere non possunt nisi eum in ideali natura creatum esse, ut cum viribus naturae bene usus esset, in statum gloriae elevaretur.

De argumentatione id unum monemus, etsi nimis manifestum, gratiae vocem plurima significare posse ac singulis locis probandum esse ea significari illud quod significari nitimur. Gratiam concursum naturalem seu providentiam naturalem orthodoxi saepe appellant (cf. MATULEWICZ p. 172) atque interpretantur. Sed etiamsi supernaturalia considerantur Adamum creatum esse in gratia, per se significare potest hominem in tali condicione esse factum, ut etsi ceciderit, redimi possit.

Jam quae utrimque afferri solent paucis commemoremus

Adam *non habuit* gratiam sanctificantem. 1) Habuisset aut gratiam

Christi aut aliam. Non gratiam *Christi*. Nam α) ante descensum Christi in inferos sancti V T. Christo incorpoari aut Spiritum S. recipere non potuerunt β) dicendum esset Christum hominem fieri debuisse, si Adam non peccavisset; neque ad id venisset, ut homines redimeret, ut amissa restitueret, sed ut gratiam conferret. — Neque gratiam *aliam*, qualem similibus argumentis pressi quidam theologi statuere; nam α) obstat Tridentinum, sess. 5 cn. 1.2; sess. 6 c.7. Cf. F. Suarez. De op. s.d.l.3 c.20 n.16; β) patres nihil aliud norunt nisi aut naturam aut Christi gratiam. Cf. Clem. Alex., Strom. l.4 n.23 : ἄμφω δὲ ὁ Κύριος. — 2) Eam gratiam Adam aut acquisivisset aut in ea creatus esset. Atqui eam *non acquisivit*; nam α) Adamum pluries in discrimen venisse traditum non est; multo minus eum in paradiso pluries rem bene gessisse, semel lapsum esse; β) si sine gratia sanctificante par erat vitando peccato, ea munitus multo minus peccasset quippe qua magis tegeretur. *Neque in ea creatus est*; nam α) esse gratiae supponit esse naturae. Cf. Aug., De corrept. et gr. c.10 n.27; Bonaventura, In l.2 d.29 a.2 q.2. β) Greg. Nyss., M 44, 273 ad Gen 1,26; Aug., De c. D. l. 13 c.23 n.1 ad 1 Cor 15,15; Leo M., De ieiun. 10. mensis serm. 1 c.1 M 54, 168 ad Gen 1,26. — 3) 1 Cor 15, 15 Adam Spiritu vivificante seu gratia sanctificante instructus non erat; cf. Aegid. Rom., In l.2 d.29 q 3. — 4) Dionys. Alx., Fragm. in Iob n. 1 (ed. C. L. Feltoe 1904, 202) : ἀτελὴς γὰρ ἦν ἔτι καὶ ὁ ὑπ' αὐτοῦ πρῶτος ἀπατηθεὶς ὁ 'Αδὰμ εἰς ψυχὴν ζῶσαν μόνον, μηδέπω δὲ καὶ εἰς πνεῦμα ζωοποιοῦν γενόμενος. Macar. Aegypt., Hom. 16, 4; qui locus de maiore dignitate eorum qui gratia bene utuntur explicari non potest, nam iustos esse in meliore condicione Adami exemplo docendum non erat. ⟨Euagrius Ant.⟩, Qu. N. ac V. T. c. 127 n.24 CSEL 50, 409. — 5) Nulla intellegitur ratio gratiae sanctificantis Adamo donatae; nobis enim datur ut ea Christo incorporati redimi possimus; post statum viae datur ut pars elevationis naturae, quae initio danda non est. Quodsi dicitur Adami naturam eodem modo infirmam fuisse ac nostram et gratiae sanctificantis fuisse constituere aequilibrium inter vires superiores et inferiores, gratiae tribuitur peccatum primi hominis. Или благодать оказалась безсильною противъ зла, или она оставила человѣка и предоставила его собственнымъ силамъ его. M. S. Grigorevskij in Xr. Čt. 1906 II 267. Sin dicitur gratiam datam esse Adamo, ut disponere se posset ad beatitudinem, hypothesis fingitur, quae a *patrum* doctrina aliena est (cf. RSR VIII 158) et in se ipsa *mira* Deus vult ut homines se disponant, etsi hoc per se necessarium non est et etsi id naturaliter fieri non potest; ut tamen fiat id quod naturaliter fieri non potest, supernaturaliter se disponendi facultatem iis dat, i. e. ipse disponit eos ita, ut ea quibus factis alias praemium recepissent in iis nunc idem valeant acsi se ipsi disponant ad beatitudinem. — 6) « Primus homo antequam peccavit,

non habuit gratiam gratum facientem. Quia si habuisset talem gratiam, tunc potuisset *proficere* et non solum stare. Consequens est falsum ut patet per magistrum in littera et per HUGONEM l. 1° de sacram. p. VI c. 23. Ergo. Probo Si habuisset talem gratiam, tunc iustus homo pro statu praesentis vitae quantum ad spem futurae gloriae non haberet aliquam praerogativam super statum Adami ante peccatum. Consequentia patet, quia si homo primus habuisset gratiam, tunc non minus bene mereri potuisset futuram gloriam quam iustus istius status. Sed falsitas consequentis patet per AUG. l. de Civ. D. c. 12, ubi ait, quod primus homo in paradiso quantum ad delectationes praesentis boni beatior erat quam quicumque iustus in hac infirmitate mortali. Quantum autem ad spem futuri boni beatior est quilibet iustus in quibuslibet corporis cruciatibus quia certa spe potest sine fine et sine molestia societatem angelorum habere. » THO. Argent. In l. 2 d. 29.

Adam *habuit* gratiam sanctificantem. 1) Paulus docet *ideo Christum venisse*, ut genus humanum in eo statu collocaretur, in quo ante Adami peccatum natura humana versata esset. Atqui oeconomia Christi eo spectat ut conferat (1) hominibus gratiam adoptionis; ergo haec fuit originalis condicio naturae humanae. Loci, quibus Paulus illud docet sunt: Col. 1,13.20; 2,14.15; Eph 1,10 ἀνακεφαλαίωσις; 2, 5; 4,23 (cf. AUG., De gen. ad litt. l. 6 c. 27 n. 38 M. 34,355); Rom 3, 24 ἀπολύτρωσις; 5,11 καταλλαγή; 1 Cor 1,30; 2 Cor 4,16; 5,17 (καινὴ κτίσις). 18.19; cf. Hebr. 2,14; Io 10,10; 1 Io 3,8. (Alia argumenta e scriptura hausta CHR. PESCH, Prael. III n. 171-3 infirma ducit). — 2) Patres non solum hoc idem docent (velut HIERON., In Eph 4,30 M. 26, 514; TERTULL. M. 2,270.719; CYPR. Ep. 64,5), aut gratiam Adami a nostra non distinguunt (velut GREG. NYSS., De opif. h. c. 30 M. 44, 255), aut gloria divina eum indutum fuisse dicunt (cf. Apocal. Baruch n. 4 : TSt V 1899,87), sed diserte docent Adamum Spiritum S. habuisse: ATHAN., De Trin. et Sp. S. 18 M. 26,1211; BASIL., Adv. Eunom. l. 5 M. 29,727; De Sp. S. c. 16 M. 32,134; CYR. ALEX., Thes. ass. 34 M. 75,584 D-585 A; De ador. in spir. et ver. l. 1 M. 68,145 D; cf. 148.152; In Io l. 2 c. 1 M. 73,206 etc.; SEVERIANUS GAB., Or. 5 de opif. M. 56,477; vel gratiam Spiritus, qua fratres Christi efficimur GELAS. CYZIC. ap. Mansi II 872. — 3) « Rectitudo, in qua Deus creavit hominem, in hoc sita erat, quod ratio subdebatur Deo, rationi inferiores vires et animae corpus, prima autem subiectio erat causa secundae et tertiae. Atqui secunda et tertia non erant naturales, alioquin mansissent post peccatum; ergo nec prima, sicque erat per donum super-

(1) Ita D. PALMIERI, De Deo cr. 406. — CH. PESCH, Prael. III n. 170 p. 80 syllogismum emendat (restituitur gratia), sed committit petitionem principii. Gratia enim potest existimari necessaria ad restituendum hominem lapsum in eam relationem ad Deum, in qua Adam sine gratia fuit.

naturale gratiae ». BILLUART, De op. 6 d. diss.4 a.3. — 4) Angeli creati sunt in gratia; ergo etiam homo. (AMORT, Tr. de pecc. or. et gr. = Theol. eclect. VIII 1752,29 negat paritatem; Graeci antecedens negabunt). — 5) Primi parentes erant filii Dei quia creati sunt in similitudinem Dei; atqui non erant filii naturales; ergo adoptivi. — 6) Deus voluit, ut Adamus vitam aeternam mereretur; atqui sicut avis non potest, nisi homo fiat, actionibus humanis mereri cognitionem Dei humanam, ita homo nisi Deus fiat beatitudinem supernaturalem mereri non potest. Cf. GRIDEL, Instructions sur l'ordre surnat. et divin I 1861, 116.

B.

De *peccati originalis natura* M. JUGIE in controversiarum conspectu nihil dicit nisi baptismo tribui eam vim, ut concupiscentiae perversitas non imputetur. Constat autem orthodoxos (non omnes sane; cf Pisįma o spasenïi mïra Synom Božïim. Spb. 1839,22; THEOPH. PROKOPOVIČ, Christianae orth. th... II c. X-XII 1782,447-85, qui cum doceret id consistere in privatione iustitiae originalis et in iniustitia positiva quae in eius locum successit, quod a doctrina tradita recessisset accusatus est) theologos reicere solere *culpam* generis humani, retenta sola poena. Huius opinionis auctores *graeci patres* fuerunt, si Harnackio eiusque discipulis credere velimus; potius a *iuridismo* abhorrentes intellegere non potuerunt, quomodo peccato Adami nos in solidum teneremur; nec tamen omne scandalum a dogmate peccati originalis removerunt (1). Quod autem in *Rom 5,13* explicando occidentales sequi noluerunt mirum non est. Verum est eos in explicando *effectu baptismi* difficultatibus premi (cf. Sl.l.th.III 102). Etsi enim nonnulli orthodoxi ritschlianam soteriologiam secuti sunt, nondum videntur ausi esse dicere per baptismum radicaliter tantum infantem a peccato originali liberari, quatenus in societatem reciperetur quae educatione christiana monstratura esset Christum qui mundum vicisset, fontem esse, unde vis hauriretur ad peccata vitanda. Sed de hac re, cum iusta commentatione in actis nostris tractetur, hic plura dicere non libet.

C.

Hominem *laesum esse in naturalibus* orthodoxi docent; idem multi scholastici docuerant, maxime ob Lc 10,30; cf. HENRICUS, Quodl. 6 q.11; GREG. ARIM., In l.2 d.30 q.1 a. 1. Addunt concupiscentiae motus *culpa* non vacare (V. A. KERENSKÏJ, K vopr. o soedinenïi.

(1) Cf. L. N. TOLSTOJ, Kritika dogmatič. bogoslovïįa. Genève 1891, 138-41.

Kaz. 1914,13); negant tamen hominem potestatem non peccandi perdidisse (MALINOVSKĬJ, Dogm. bog. II 328; v. Grigorevskĭj in X̌r. Čt. 1906 II 271).

In hac re facilis videtur esse consensus, dummodo in notione naturae distinguatur id quod naturale est spectata condicione hominis *empirica* et id quod naturale est spectata condicione *normali* seu *ideali*, i. e. non turbata. Cf. AUG., De lib. arb. l.3 c.18; De pecc. mer. l.1,c.38. Ita concedi poterit ab orthodoxis: concupiscentiam esse naturalem, sc. empirice (GRIGOREVSKĬJ l.c.264), a catholicis: aequilibrium illud (ravnovēsĭe GRIGOREVSKĬJ 267), quod gratia efficitur, non esse nisi compensationem aequilibrii quod in statu normali hominis vigeret, in empirico deest.

Ceterum etiam haec quaestio abunde a clarissimo operis nostri socio tractatur.

D.

Negant orthodoxi theologi (cf. SEB. KUMENITES, Dogmatikē didaskalĭa 1703,380.387) *ante Christum remissum esse peccatum originale*, homines deificatos esse aut Spiritum S. habitasse in iis. Ideo Christum ad inferos descendisse existimant, ut iustos V. T. sibi incorporaret eoque modo peccata remitteret. Hoc a Jugie in D. Apol. non commemoratur nec ostenditur, quomodo opinio de B. Maria V. a peccato originali non praeservata cohaereat. Inter *occidentales* RICHARDUS VICT., De pot. lig. et solv. M. 196,1171-2 patriarchas cum Christo non ante eius ad inferos descensum concorporatos esse dixit. Posteriores scholastici iustos poenam damni in inferno ante Christi passionem habuisse concedebant (velut ARMACANUS, Summa l.8 c.14), reatum tamen culpae in pueris Iudaeorum circumcisione, in puellis eorum et in infantibus gentilium aliquo alio sacramento sublatum esse credebant (THO. AQ. III q.70 a.4 ad 3); qui sine hoc sacramento decessissent, iis descensum Christi nihil profuisse statuebant. Cf. SUAREZ, De myst. vitae Chr. 1866 dp.43,s.3 n.1 p.718. Orthodoxi (MAKARĬJ § 258 IV 6°) patriarchas Hebraeorum in ipso inferno fuisse credunt. Spiritum S. in iustis habitasse ne nunc quidem omnes theologi catholici consentiunt; sunt enim qui sibi minime constent, cum remissionem peccatorum, concorporationem cum Christo, deificationem hominis ab inhabitatione Spiritus S. separent (cf. CYR. ALEX. M. 75,569; Sl.l.th.I 113; II 63).

Origo opinionis orthodoxorum cum errore cohaeret quo *historice* sumuntur ea quae *idealiter* sumenda sunt. Idealiter prior sane est Christi redemptio quam redemptionis applicatio; at historice eam priorem esse non sequitur. Negandum enim est — cum s. AUG. hexaëmeron interpretante — nihil verum esse nisi quod historicum sit, acsi

prioritas idealis significari in libris a philosophia alienis aliter possit quam verbis quae prioritatis historicae vim habent.

Argumentum *catholicorum* praecipuum est hoc Post mortem nemo Christo incorporari potest; postquam enim status iusto inferior, ubi opera supererogatoria fieri et homines societate operis cum Christo redemptore se coniungere possunt, cessavit, incorporatio inutilis est. Ideo enim genus humanum in statu empirico relictum est, ut Christo incorporaretur. Solum id fieri potest, ut vis idealis ad modum efficientiae tempori adstrictae fingatur quod idealiter post Christi opus « fuit », fuisse etiam tempore post illud. — Patrum auctoritates ('Aprem, Hymni et serm. ed. Lamy II 588; Theodotus Ancyr., Hom. 6 n. 11 etc.) v. Sl.l.th. III 101.

Argumenta *orthodoxorum*: 1) Christus *prius abire debuit* quam Spiritum S. mittere posset (Io 7, 37-9; 16,7); *Makarij*, Prav.-dogm bog.[3] II 1882, 112. Ideo Christus ipse ne baptizabat quidem. 2) Ne *apostoli* quidem ante Christi mortem Spiritu S. baptizati sunt (Act 1,5). 3) Ante Christi mortem Spiritus S. non habitabat in hominibus *nisi in Christo* Cyr. Alex., In Io 7, 39 M. 73, 756; 'Aprem. Hymni in fest. Epiph. ed. Lamy I 55; cf. Aug., Tr. in Ps 91; Athan., Or. 2; Rupertus Tuit., De glorif. Trin. 1 c. 11 etc. ap. Petavium, De Trin. l. 1 c. 11. 4) Vetus Testamentum *caruit adoptione filiorum*: Rom 8,14. Cf. Io. Chrys. in h. l. (hom. 14 in Rom); sed v. Athan. Or. 5 ap. Petav, De Trin. 8,7,9-11. 5) In Christi ad inferos descensu peccatum originale et cetera *peccata patrum* ita *remissa* sunt, quemadmodum in baptismo remittuntur Testam. Galil. n. 38 (Patrol. or. IX 209); signum *incorporationis* iis tum impressum est: Odae Salom 42 v. 25. Itaque indulgentiam consecuti sunt: ⟨Euagr. Antioch.⟩, In Rom 5, 15 M. 17, 97. 6) Christus iustos V. T. *a mortuis suscitavit* iisque vitam attulit. Atqui non physice (non enim corporibus induti sunt), ergo metaphorice (cf. Ignat., Philad. 7, 3) i. e. a peccatis eos liberavit. Maior autem probatur ex Ign., Magn. 9, 2 (Funk 1881 I 198; Lightf. II 131 παρὼν ἤγειρεν αὐτοὺς ἐκ νεκρῶν); ex actis Thaddaei (cc. 250; Euseb., H. E. ed. Schwartz I 96); cf. Col 1, 18; Act. 4, 2; ex Hippolyto, De Chr. et Antichr. n. 45. M. 10, 764; e modo, quo Christi ad inferos descensus pingi solet in oriente: e sepulcro enim Adam a Christo abducitur cum Eva aliisque. 7) Christus descendit ad inferos liberandorum causa sanctorum V. T. Cf. B. D. Kalliḱron, Ortódoxos hierà katēk[3] 1869, 58. Atqui *frustra descendisset*, si iam incorporati fuissent. Probatur maior α) e Io 8, 56; quod enim scriptor perfecto ibi usus est, sicut Christum pharisaei intellexerunt, non obstat, cum apud Hebraeos eiusmodi locutio saepe occurrat; ex Hebr 9,8.24. Cf. Apc 1, 18. β) e patribus: Ignat., Philad. 5, 2; 9, 1; Iren., Adv. haer. l. 4, c. 22 n. 2. M. 7, 1047; Dem. c. 78 TU 31, 1, 42; Tertull., De an. 55 (ed. Reifferscheid, 387 s.; M. II 742-3); Ev. Nicodemi ed. Tischendorf 1876, 322 ss. 389 ss.;

HIPPOLYTUS, De Chr. et Antichr n. 45 M. 10,764; CYR. HIEROS., Cat. 14 n. 19 M. 33, 849; Cat. 4, n. 1 M. 469; EPIPHAN., Haer. 69 n. 62 M. 42, 305-8; [EPIPHAN.] M. 43, 452-64; 'APREM (MONNIER, La desc. 118-9); IO. CHRYS., In Mt h. 36 n. 3 M. 57, 417; FILASTRIUS M. 12, 1250 s.; AUG., De haer. M. 42, 45; HIERON, Ep. 120 ad Hedibiam c. 8 M. 22, 991; PETRUS CHRYSOL., Serm. 123 M. 52, 539 A; GREG. M., Ep l. 7, 15 M. 77, 869-70; ALCUIN. M. 100, 683; 101, 258-9; REMIG. LUGD. M. 121, 1017. 1122 s.; GENNADIUS M. 160, 1159; Liturg. Mozar. (DAChrL fasc. 37 c. 685) etc. Neque responderi potest α) descendisse Christum ad *praedicandum* evangelium; de hoc ad quaestionem de sorte mortuorum exponetur; β) descendisse eum ad liberandos iustos non a peccato originali, sed a *reatu poenae* pro eo Dicent enim orthodoxi: aut satisfactio Christi iis applicata est aut non est; si est, nihil iis est expiandum; si non est, peccatum remissum non est. Negant enim posse distingui reatum culpae a reatu poenae (vindicativae seu satisfactoriae); γ) descensum sumendum esse *metaphorice* cum sub cortice terrae infernum collocandum non sit, sed potius status damnatorum hac voce significetur (cf. ABAELARDUS, Expos. symb. apost. M. 178, 626 non enim anima vel spiritus aliquis, ut beatus meminit AUG., loco movetur; IO. PICUS MIRANDULA †Opera Bas. 1601 t. I Conclusiones n. 29; Apol. p. 83-90; DU PLESSIS D'ARG., Collectio iudic. 1724 II 1, 320-1; MARSILIUS FIC., De relig. chr. 1617 c. 15 etc.) Et tum applicationem satisfactionis Christi ne temporaliter quidem (cf. « hodie » Lc 23, 43; SEVERIAN. GABAL., De mundi cr. Or. 5 n. 6 M. 56, 478) collocandam esse post Christi mortem. Quapropter saepe descensum (mythologice) cum victoria a satana reportata coniungi (Evang. Nicod.; cf. J. MONNIER, La descente 1905, 91-107); atque inferos deletos esse tradi (SEVER. ANT. Hom. 69 P. Or. VIII 389; Odae Salom. 42 v. 15 ss.). LOOFS hoc modo (« mythologice ») etiam Mt 27, 51-3 explicat. Sed ita concludi posset e 1 Cor 15, 17 etiam resurrectionem Christi imaginem tantum esse rei abstractae; quin etiam ad docetismum perveniretur, si Deum nostris rebus se accommodare posse aut velle negatur. Adde patres interpretantes Mt 12, 39-40 (ἐν τῇ καρδίᾳ τῆς γῆς) de Christi ad inferos descensu (IREN., Haer. l. 5 c 31 n 2 M 7, 1209; GREG. NYS., Or. 1 de resurr. M. 46, 604; AMBR., In Eph. c. 4, 9 M. 17, 587; HIERON., In Ion. c. 2 M. 25, 1131 etc). δ) Christum descendisse ad beatitudinem iustorum *perficiendam* (Hebr 11, 39); negant enim orthodoxi iustos ante diem novissimum perfecta beatitudine frui; ε) Christi ad inferos descensum nihil aliud significare nisi eum *mortuum esse* sorte humanitatis propria (cf. Rom 10, 7; Act 2, 24 27. 31); Cf. B. PICTET, Graecor. recentior sententiae collatio 1700, 87; hoc enim universa traditione refutatur.

Cf de hac re SUAREZ, De myst. v. Chr. dp. 42-3; PETAV., De incarn.

13 c. 15-8; A. ET P. DE WALENBURCH, Tract. speciales de controv. fidei II 1671, 52-63; RAYM. MARTINI, Pugio fidei III 1687 dist. 3 c. 17, 873-9; TRIVULTIANI, Sec. responsio (a. 1702) 240 ss.; MURATORI, De ingenior. moderat l. 3 c. 9; COTELIER, In Hermae l. 3; J. L. KÖNIG, D. Lehre v. Christi Höllenfahrt. Frkf. 1842; A. CIOJA, La discesa.. R. 1846. E. GÜDER, D. Lehre v. d. Erscheinung I. Chr. unter d. Toten. Bern 1853; C. ZEZSCHWITZ, Petri ap. de Chr. ad inf. descensu sententia L. 1857; J, KÖRBER, D. kathol. Lehre v. d. Höllenf. I. Chr. Landsh. 1860; F. TEIPEL in Th Q 1860; J. B. M... in Bibl. S. 1862, 1-31; A. SCHWEIZER, Hinabgef. zur Hölle, als Mythus ohne bibl. Begr... nachgew. Zür. 1868; E. H. Plumptre, Spirits in Prison... N. Y. 1871; [3] 1885; F. HUIDEKOPER, The Belief of the First Three Cent conc. Chr. Miss. to the Und.[2] N. Y 1876; J. M. USTERI, Hinabgef. z. Hölle. Zür. 1886; STENTRUP, Soteriol., th. 45-53; ORLIN, Sošestvïe Gosp. naš. Iis. Xr. vo ad i ego propov. mertvym, in Pr. Ob. 1889; F. SPITTA, Christi Predigt an d. Geister. Gött. 1890; J. CRAMER in Nieuwe Bijdr. op het gebied v. godgeleerdh. VII 4 Utr. 1891, 73-149; C. BRUSTON, La Desc. du Chr. aux enf. d'apr. les ap. et d'apr. l'égl. P. 1897; A. POQUET, Disp. theol. de incarn. Québ. 1899, dp. 9 q. 5, 475-83; CLEMEN, Niedergef. zu d. Toten. Giess. 1900; KATTENBUSCH, D. apost. Symbol 1900 II 895-915; P. IA SVĒTLOV, Kurs apologetič. bogosl. K. 1900, 348-56; L. JANSSENS, Summa theol. tr. de Deo-Hom. 1902 s. 3 m. 4, 879-89; C. TURMEL, La Desc. du Chr. aux enf. P 1903 (ex Ann. de phil. chr. 74, 508-33); P. J. JENSEN, Laeren om Kristi nedfart til de dode. Copenh. 1903; J. MONNIER, La Desc. aux enf. P 1905; H. HOLTZMANN, Höllenf. im NT in ARW 11, 1908, 285-97; F. LOOFS, Christ's Descent into Hell in Transactions of the 3. Intern. Congr. f. the Hist. of Rel. Oxf. 1908 II 290-301; id. Descent to Hades in Hastings ERE IV 654-63; M. LAUTERBURG in RE[3] VII 199-206; QUILLIET in DThC (Desc.); GSCHWIND, D. Niederf. Chr. in d. Unterwelt 1911; J. WEISS, Höllenf im NT 1911; L. CAPÉRAN, Le probl. du salut des inf. P. 1912; BOUSSET, Kyrios Christos 1913, 32-40. — Cf. E. ABBOT, The Literat. of the doctr. of a fut. life. NY 1871 n. 2637-709[b].

## E.

De immaculata conceptione M. JUGIE scripturus erat in DApol.[4] s. v. *Immac. Conception*; cum bello orto impeditus esset, scripsit X. LE BACHELET s. v. *Maria*.

Triplex quaestio hic occurrit 1) num Maria *a culpa originali* inde ab initio libera fuerit. *Negant* ISID. THESS. (?), In dorm. Dp. n. 33 M. 139. 161 B; METROPH. KRITOP.; DIAMANTES RUSIOS, Lat. tresk. ĕlegkoi 36 p. 90-7; EPHRAEMUS II HIEROS.; SEB. KUMENITES; EUG. BOULGARIS; ATANAS PARIOS; KOURSOULAS, Sŭnopis 1862, 336-42; TEOPILOS PAPAPILOS; ANDROUTSOS, Dokĭm. sumb. 1901, 173-6; TEOF. PROKOPOVIČ; A. LEBEDEV, Raznosti... et multi recentiores. Cf. S. PÉ-

TRIDES, L'Imm. Conc. et les grecs modernes EO VIII 1905,257-70. Inter *occidentales* idem negarunt RATRAMNUS, PETR. DAMIANI, ANSELM., BERN., P. LOMB., ALEX. DE ALES, HUGO VICT., THOM. AQ., BONAVENT. etc. Cf. TÖBBE, D. Stellung d. h. Thomas v. A. zur unbefl. Empf. d. Gottesmutter 1892,33-6. *Concedunt* autem GLABAS THESS. (cc. 1393), LEONARD. PHILARAS (cc. 1640), CHRISTOPH. DAMALAS (1855); DEMETR. ROSTOVIENSIS etc. Alii, etiam recentiores nonnulli, abstinent a iudicio.

2) Num Maria ab omni *peccato personali* voluntario et involuntario libera semper fuerit. *Negant* LEONT. BYZ., C. Nestor. et Eutych. l.2 M.86,1332; SEB. CYMENITES, Dogm. didaskalia 1703.62.64.

3) Num Maria ab *inclinatione ad peccatum* libera fuerit (eam liberam fuisse definitum esse contendi non potest; cf. LE BACHELET in DApol.[4] III 212). *Negat* e. c. SEB. CYMENITES, l. c. 276 (κλίσις εἰς ἁμαρτίαν).

Controversia proxime versatur de *prima* quaestione. Responsum ad eam patet pendere ex opinionibus de *peccato originali* et de *fructu redemptionis* praeoccupato ab hominibus piis *V.T.*, de quibus modo diximus. Praeter haec fundamenta obicere nobis solent orthodoxi α) *Lc 1, 35* I. ZEREMSKI in Bog. Glasnik III 1903. Cf LE BACH. l.c.260. β) *Rom 5,19*; cf. Io 3,5. γ) Locos patrum qui *solum* Christum a peccato exemptum esse dicunt; cf. LE B. 244. δ) Locos patrum qui Christum ideo a peccatum liberum fuisse dicunt, quod *ex virgine* natus sit. SEB. CYM., D. did. 398. ε) Locos patrum qui dicunt in annuntiatione *purgatam* esse Mariam. (velut 'APREM, Op. gr. et lat. II 270; IO. DAM., De f.o.l.3 c.2 M.94,986); nihil enim fuisset, a quo purgaretur (CYM. 340). Cf. LE B. 230-2.258. ζ) Locos eorum qui dicunt eam propter peccatum Adami *mortuam* esse (CYM. 341). Cf. LE B. 266-7. η) Locos eorum qui dicunt eam *redemptam* esse. Cf. LE B. 265-6. θ) Usum liturgicum *sacri faciendi* ὑπὲρ τῶν ἐν πίστει ἀναπαυσαμένων προπατέρων... ἐξαιρέτως τῆς παναγίας ἀχράντου... (Exercitatio theologica de statu eccl. et religionis moscoviticae 1709,128) ι) Argumentum negativum ex *ignorantia* huius doctrinae in ecclesia antiqua. Cf. LE B. 219-30; 232-3; 241 2 cum bibliogr. p. 233 (BALLERINI 1855.1857; GAGARIN 1857; DE MEESTER 1904-5; MARINI 1904-8; ŠPALDÁK 1905.1906.1914. JUGIE 1910 1912. 1913) et 242-3 (JUGIE 1909.1910.1914.1915; BAUR 1897 {56 8}, LE BACHELET 1902; ŠPALDÁK 1904.1906; A. PALMIERI 1910). κ) Argumenta *ad hominem*; velut: Deus non fuisset omnibus aequus (CYM. 339 347 etc.). Eadem convenientia postulasset, ut etiam ab aliis hominibus peccatum originale abesset (ib. 343.368); inutilis fuisset incarnatio, potuisset enim ipsa redimere etc.

Praecipua argumenta *catholicorum* sunt: α) Ex interpretatione *Cantici Canticorum* de BMV. Ubi loci occurrunt (4,7; 5,2; 6,8; 7,1; 7,6 etc.) qui patent indefinite et sunt « cum expressione summae admirationis divinae et cum contestatione puritatis singularis non reperibilis in alia

anima humana ». E. AMORT, De pecc. orig. disp. 2 q. 4. Cf. J. M. DE JESÚS PORTUGAL, La Concepción Imm. de la Virg. Santiss., à la luz de la Divina Escritura. Barcel. β) *E convenientia rei faciendae* Cf LE B. 270-1 γ) *E consensu ecclesiae recentioris.* δ) *E concreta notione matris Dei*, prout in revelatione integra continetur; nam notio Mariae quam Filius matrem habuit et quae in opere reparationis nova Eva constituta est, novi Adami socia, implicite continet privilegium marianum : LE B. 273-4. — Contra argumentum liturgicum (GAGARIN ; cf. J. THIBAUT, Panégyrique de l'Immaculée dans les Chants... 1909 etc.) cf Pr. Ob. 1884 II 336-7; MAX, Vorlesungen üb. d. orient. Kirchenfr. 1907, 175.

E scriptoribus, qui immaculatam conceptionem impugnarunt commemorantur a LE BACH. 218-9 WILBERFORCE 1855; L. DURAND 1859; E. PREUSS 1865; E. B. PUSEY 1866. 1869; SEB KUMENITES 1703 T PROKOPOVIČ 1792; A. MURAVIEV 1856 1858-9 (ap. J. M. NEALE, Voices 1859). Cf. etiam Xr. Čt. 1857 II 3-43; 1858 I 73-126; 184-220; 221-63; Euagg. Kēr. 1887, 262-75 ; LEBEDEV etc. — E scriptoribus catholicis laudantur 274-5 : PASSAGLIA 1854. 1855 ; MAI OU 1857 ; TH. HARPER 1866; E. PREUSS 1879; HILAIRE DE PARIS 1880; SCHEEBEN 1882 ; X. M. LE BACHELET 1902; D. PALMIERI[2] 1904; ULLATHORNE 1904; TERRIEN 1904; L. KÖSTERS 1905; MIR Y NOGUERA 1905; A. LÉPICIER[3] 1906; VAN CROMBRUGGHE 1913; POHLE-PREUSS 1914. Praeterea Pareri dell' Episcopato cattolico 1850-4; A. ROSKOVANY 1873-81 ; ESCARD in Polybiblion 1879-80.

R. F. COLLEDGE.

## De assumptione Mariae Virginis.

De hac quaestione sperabamus iam nunc posse nos edere C. KING, viri doctissimi, commentationem; interim saltem argumentum quod tractat adumbrare licebit.

A. BULGAKOV, O prinjatii ešče odnogo novago dogmata v rimskom katolicizmē. Kiev 1903 exprobrat ecclesiae romanae quod opinionem de assumptione Dei genetricis, quam ipse maxime dogmate de immaculata eius conceptione negando impugnat, inde a medio saeculo XIX pro dogmate habeat. Quapropter videndum est, num principia theologiae catholicae postulent aut permittant, ut illam opinionem pro dogmate vel saltem pro re revelata habeamus. Cf. W. W. SETON in Ehe Hibbert Journal XVII, 73.

Itaque quaedam ante omnia tenenda sunt : 1. Cum iudicatur aliqua res posse credi, cum pie credi solet, pie ab omnibus (ab ecclesia) creditur — hae locutiones explicite dicunt veritatis obiectivae fundamentum certum deesse, pietatem autem in re pro nostrae cognitionis statu obscurâ sequi opinionem, quae in hac obscuritate sensui christiano

magis commendatur. Auctoritas ecclesiastica potest imponere talem opinionem, non autem proponere eam infallibiliter Cf. SALV. DI BARTOLO, I criteri teologici T. 1888, 127. — 2. Ecclesia est infallibilis in rebus fidei ac morum : hoc ambiguitati patet et distinguendum est Ecclesia iudicans de aliqua re sitne revelata necne, est infallibilis ; item iudicans de honestate vel inhonestate. Ecclesiae credentis consensus est infallibile testimonium revelationis, si res ad doctrinam religiosam vel ad mores pertinens creditur esse revelata. Ecclesia credens est ita infallibilis in rebus religionis pertinentibus ad doctrinam, ut credere (sive ut revelatum, sive aliter) non possit contrarium eius quod est revelatum ; et in rebus morum ita, ut non possit habere pro honesto quod inhonestum est ; non tamen est ita infallibilis, ut non possit non credere rem, quae revelata est per accidens tantum, vel saltem, ut non possit credere explicite quod alias crediderat explicite ; neque ita infallibilis, ut non possit pro vera habere rem, quae revelata non est, etsi cum re revelata coniuncta est ; neque ita, ut cognoscere possit omnia quaecumque obiective e comprehensiva vel adaequata notionis revelatae cognitione deduci possunt.

Iam doctrina de assumpto corpore B. Mariae V. in caelum intellegi potest vel ut legenda vel ut factum historicum. Nam etiam legenda vera quodam sensu esse potest, quin saepe verior est quam sententia ex historicis fontibus eruta et historicis testimoniis innixa ; cf. Th. ZAHN, D. apostol. Symbolum 1893, 35. Potest enim veritatem menti nostrae crassa materia assuefactae minus perviam concrete ostendere ac declarare ; potest ea quae nos homines abesse fingere vix possumus, exhibere loco rei, quae quidquid pretii in re humana inest, continet modo superiore ; potest additis coloribus motibusque oculis subicere quae anthropomorphistice dici semper consueverunt. Quaeritur tamen, num legenda fieri possit dogma (sicut FR. MICHELIS altiorem legendarum veritatem intuitus, posse, si opus sit, concedere sibi visus est, in evangeliis contineri legendas velut de stella magos praecurrente) (1). Aliter enuntiari haec quaestio potest hoc modo num ecclesia in

(1) Renans Roman vom Leben Iesu. 1864, 37 Dass wir uns die Weisen aus dem Morgenlande als die *3 h. Könige* denken, ist rein legendenartig, und wie schön ist diese Legende im wahren, tief verstandenen Sinn des Evangeliums weiter ausgebildet worden, wenn diese h. 3 Könige als die Repraesentanten der 3 Hauptstämme der Menschheit aufgefasst und weiterhin die Schätze, welche sie opferten, auf die Siegesbeute des Welteroberers Alexander zurückgeführt werden. Ich wenigstens würde nie in die Versuchung kommen, meine kritische Kraft an einem etwaigen Beweis für die Unechtheit der Schädel der h. 3 Könige zu versuchen... Wenn es ferner im Evangelium selbst heisst, dass der Stern vor ihnen hergieng und stillstand über dem Hause, so weigere ich mich nicht, dass in dieser *Darstellung* irgendwie ein legendenartiger Zug liegt, den die echte Wissenschaft zu erklären hat.

docendo uti possit vocibus divinas res humano modo significantibus, mentis nostrae infirmitati accommodatis, num vera absoluta tantum an etiam relativa definire possit. Sed hanc quaestionem explicari hic necesse non est, quippe cum haec res non agatur.

Etenim, credo, nemo christianus, ne Bulgakov quidem negare potest, si notiones nostrae humanae temporis et spatii extra haec citima eandem vim haberent quam habere in rebus humanis videntur, rationem convenientiae adesse, qua legendae veritas postuletur. Haec convenientia hypothetica, cui re vera respondere potest convenientia realis ordinis superioris, potest esse vera legendae sententia. Velut cum sanctos cum Deo collocutos esse ferunt, convenientia quaedam hypothetica in eiusmodi legendis certe inest, siquidem patrem, amicum abstinere a loquendo cum Filio probissimo, cum amico carissimo fingere non possumus. Num tamen, si historice constet rem ita non fuisse, concludere licebit Deum non exsistere? Absit.

Itaque iam non de veritate legendarum propria, sed de veritate facti quaeritur, sitne ita explorata, ut dogma haberi vel fieri possit. Ac bene animadvertendum est agi de facto, de re omnino concreta et non de re abstracta qualis est immaculata conceptio; et de facto tali, ut si quis testis eius fuerit, eandem vim habeat ad firmandam fidem quam Christi resurrectio.

Atqui tantum abest, ut res quam compertam facere et facillimum erat et fieri magni intererat, rebus magis abstractis et minoris momenti certior evaserit, ut

*a*. adsint testimonia contraria *α*. Silent enim patres, cum certe tacituri non fuerint, si tradita res fuisset. Nam I. de tot aliis rebus, abstractis quoque, tam saepe exposuerunt, nec ratio specialis erat silendi de hoc facto. II. saepissime occasionem habuerunt, qua usi certe essent, si iis dogma hoc ob animum versatum esset; velut cum laudes B. Mariae V. cumulabant (Proclus M. 45,715.679; Cyr. Alx. M. 77, 991; Richardus Victor., In Cant. c.39 M.196,517; Ambr., De virginib l.2 etc.); cum doctrina de ascensione cum corpore defenditur (Christi, non Mariae Aug., M.38,1211); cum quaeritur num iustus post mortem statim habeat corpus caeleste (Aug, De gen. ad litt. l. 9 c.6 n.11 M.34,396); cum explicatur Mt 27,52.53 (Aug., Ep. 164 n.9 M.33,712) (1); Io 3,13 (Alc. Avitus, Frag. M. 59,316-7); Io 6, 40.44.55; Io 11,24; Lc 2,35 (Ambr. M. 15,1574); Mc 16,19; Act 1, 11 (assumptus); Hebr 11, 40 (Aug., Ep. 164 M. 33,713); Gen 3,19 (Guibertus Novigentinus, De pignorib ss. l.1 c.4 M. 156,626); Cant 6,9; cum agitur de Henoch et Elia; de secundo adventu Domini;

(1) Cf. Th. Livius, The blessed Virgin in the Fathers of the first 6 centuries. 1893 p. 347-8.

cum explicatur integritas a sequelis peccati (HIPPOLYT. M.10,863); cum ad contemnendam mortem (in vitis SS. etc.) mentio fit resurrectionis Christi; cum resurrectionis exempla enumerantur (CYR. HIEROS., Catech. 18 M.33,1037, B) etc. In specie AUGUST., Serm. 87 c.4 M.38, 533; ANSELM., De excell. virg. Mariae c.8 M.159,572-3 (ubi de receptione Mariae in caelo loquitur). — β. Explicite negant rem traditam esse EPIPHAN., Haer. 78 M.42,716; EUSEB. (vel interpolator) Chron. M. 27,581 (ubi res repetitur a revelatione privata); [HIERON.] ⟨AUTPERTUS⟩, Ep. ad Paulam et Eust. M.30,122-3; VALAFR. STRABO M. 114,1084 (de corpore ducta pudico); Capitularia Caroli M. M.97,326; ADON M.123,202; USUARDUS M.124,365; ODILO CLUNIACENSIS M.142, 1028; GUIBERTUS NOVIG. M. 156,673; IVO M.161,301; ARNOLD. BONAEV. M. 189,1733; [AUG.] M. 39, 2129; [AUG.] M.40,1142; [ILDEPHONS.] M.96,266; ANDREAS CRET., Hom 2 in dormit. M.97,1081 D etc. — γ) Explicite negant rem factam esse : qui dicunt *solum* Christum resurrexisse (et hoc fuisse necessarium ἔδει), velut HIPPOL., De Chr. et Ant. n.46M.10,764: AMBR., In Iob l.1 c.7 n.25 M.14,807; IO. CHRYS., In Hebr. hom. 28 M.63,192; THEODORET. in eund. l.11,39-40 M.82,769; AVITUS, Serm. pasch. M.59,315. Praeterea, probabiliter saltem, concilium ephes. quod dicit corpus Ephesi exstare.

*b.* Testimonia autem quae afferuntur, nihil valent. I. In genere voce assumptionis nihil aliud significatur nisi ingressus in beatitudinem CYPR., Ep. 9 ad mart. et conf. : assumptionis meae; Ad Quirin. l.3,c.163; EUSEB., De v. Const. 3,45; 4,64; HILAR., In Mt 26; GREG. NAZ., Or. pro Gorg. sor. AUG., S. 33 de divers.; De pastorib. c.11; BEDA, Hiem. Hom. de B. Bened. Biscopio abb.; Hist. l 4c.14; CLEM. IV in bulla canoniz. s. Hedwigis; Brev. Rom. Off. S. Martini, Resp. post lect. 7; BONIFAT. ep. Mog., Vita s. Livini etc. etc. — II. Etsi multa facti exstarent testimonia, serio examinanda essent, num vere res traderetur ut revelata vel fide divina credenda. Cf. PINARD in D Apol.[4] I 1151; atqui nemo ex patribus ita loquitur. — III. In specie [DION. AREOP.] nihil aliud demonstrat nisi se hausisse ex apocryphis et sua auctoritate apocryphis auctoritatem conciliare potuisse; non autem est testis assumptionis corporeae. — GREG. TURON. M.71, 708 item hausit ex apocryphis (12 apostoli, quin Adam et Eva adfuisse dicuntur); ceterum innovatio ea est, contra quam scripsit BEDA, Retract. in Acta Ap. c.8. — IUVENALIS affertur a Io. DAM. M.96,748; sed ipsum Damasceni testimonium suspectum est (historia Euthymii) et Iuvenalem insuper mendacem esse notum est. Cf. TILLEMONT, Mém. t. I p. 494; LAUNOIUS, Opp. I 71-73; L. FONCK in ZkTh 22,1898, 481-8; LEO M., Ep. 119 M.54,1044. — Apocryphis (1) debentur

(1) MELITONIS ep. Sard., De transitu (cc. 400); IO. AP. eis tēn koïmēsin; IOS. ARIMATH. CLEMENS ROM. (M.99, 1701); LEUCIUS etc. RB. 1906, 248.

quae occurrunt in picturis (H. LECLERCQ in DArchL I 2991 12 apost.; s. IV.); item quae occurrunt apud VILLIBALDUM (cc. 754), Itinerar. 1891, 46; ap. THEOD. STUD. († 826) M.99,719; NOTKERUM (cc. 870) M.131,1161; SIMEONEM METAPHR. († 960) M.115,560; ATHONEM M.134,857 etc. Quodsi nonnumquam locos scripturae commemorant (Cant2,10; 9,3; Ps 15,10; 44,10; Ps 131,8), certe non interpretes agunt sed solum iis utuntur ad opinionem suam verbis sacris induendam. — IV. Festi obiectum non plus probat. Id patet ex natura rei: institutum (ad sepulcrum Virginis apud Gethsemani, ut coicit F. CABROL in RClFr 63, 1910, 385-97) ad celebrandam « nativitatem », « dormitionem » certo occurrit Sergii (687-707) tempore nec ante saec. V (peregr. Etheriae) in occidente (Liber pontif., ed. Duchesne I 376); saec. VI. in oriente (NICEPHOR. c. 17,28; syr. ZkTh. 1880, 599.611; MODESTUS M. 86,3288 s.; ROMANUS ap. Pitra, Anal.. s I 164), probabiliter iam prius (conc. ephes. etc.). Sed quod tempore procedente adiuncta est opinio de assumptione *corporea*, apocryphis debetur (non ante saec. 7 Missale goth. et miss. gallic. vet. M.72, 245-6; MODESTUS l.c.; ANDREAS CRET. M.97, 1053 s. 1081 s.; GERMANUS. CP. M.98,345 s.; IO. DAM. M.96,716 etc.). Idem patet ex testimoniis: LEO SAP., Or. de dorm. Dp. M.107,157.164 (ἐκδημούσης) etc.; [ILDEPH. TOL.], S. 6 de ass. M.96,266; ODILO, S. de ass. M.142, 1027-8; ISAAC abb. M.194,1862; AELREDUS M.195,315; IO. BELETHUS, Expl. div. off. c.146 M.202,148; USUARDUS M.124,365-6 cuius martyrologium cantabant Dominicani (ALB. M.; THOM. AQ. etc.; BERNARDUS etc.); nec usquam ut falsum impugnarunt; ubi autem Usuardi martyrologium in usu non erat, nulla traditionis contrariae vestigia occurrunt. Praeterea breviaria, romanum ante 1570, quod continebat lectiones ex [HIERON.], Ep. ad Paul. et Eust.; remense, etiam a. 1543; bellovacense 1554; aurelianense 1574; Cisterciensium usque ad 1654; Carthusianorum, usque ad finem s. XVII etc. Contra vero nihil affertur non loci liturgici maioris auctoritatis ex ecclesia occidentis (locus « mortem subiit temporalem, nec tamen mortis nexibus deprimi potuit » nihil aliud exprimit nisi antithesin ⊢eo tempore in precibus saepe affectatam⊣ inter mortem B. Mariae V et libertatem eius a morte i. e. peccato originali); non ex ecclesia orientis; ibi enim assumptio celebratur, non autem corporis. Et etiamsi occurrerent tales loci faventes legendae, animadvertendum est ecclesiam posse sequi opinionem probabilem et occurrere locos claros et in occidente (miss. mozarab. M 85,823, c,D) et in liturgia graeca (cf. ZkTh 1878,212), quibus assumptum esse b. Ioannem in corpore significatur (cf. FULBERTUS, Serm. 11 de nativ. B.M.V.; THO. AQ. Suppl.77 q.1,a.1); tamen diserte testatur POLYCRATES ap. HIERON. contrarium; item conc. ephes. Cf. TILLEMONT, Mém. I 372-4. Ex festo ne id quidem colligi potest pietate rem commendari; tamen negandum non est, apocrypho-

rum auctoritatem pietatis (rationumque convenientiae) adminiculo orbem pervasisse; sed necessarium id non fuit, ut patet ex Ioannis exemplo. Denique vera festi natura apparet ex ipsa festi appellatione assumptio celebratur *die obitus*, ut patet ex precibus et voce dormitionis. (De festo et cultu assumpt. B Mariae V cf. BENED. XIV. Opp. IX 276-88; THOMASSIN., Tr. de festis 1697 l.2c.20,415-23; MIGNE, P.L. 220, 495-7; KELLNER, Heortol.[3] 1911; H. THURSTON in The Month vol. CXXX 1917, 121-34).

Restat, ut rationes theologicae examinentur. Nam ut M. JUGIE, assumptionista, opinatur EO 1909, 57, solum eae idoneae sunt ad ita confirmandam testibus carentem de assumptione opinionem, ut definiri possit. Ac principio quidem distinguendae sunt rationes convenientiae e quibus colligitur Mariam mori non debuisse, ab iis, quae postulare videntur, ut post mortem anima cum corpore coniuncta sit. Prioris generis rationes dogmate definito continentur, si quidem, quod contra ipsum hoc dogma urgebat XOMIAKOV (Pr. Ob 1875 I 31), mors poena peccati est; saepe etiam patres eam conclusionem commemorant; velut Io. DAM., H.9n.8 M.96,733C; ANDREAS CR. Or.13M.97,1085C; GERM. CP., S.6 M.98,345 C-D; Ios. HYMNOGR, Mariale M.105, 1000B; Io. EUCHAIT., S. in dorm. n.20 M.120,1180; ISID. THESS., S. in nat. B.V M. M.139,36,A; GREG. PAL., In dorm. M.151,461C; MAN. PAL., In dorm. M.156,105C; CYR. LUC. ap. KIMMEL, L. symb. 1843,335-6; Io., ep. Birtae, S. de transitu Dei gen. in Or chr V 1905,100-2; Menaïon t. Augoûstou Ven. 1874p.761 (14/VIII Vesp); p. 85 I (15/VIII Ode I); p 86 II (ode VI) etc. cf. ZkTh 28,1904,774-5; Trudy III., velegr. suězda 1914,73. Fuerunt etiam — inde ab Epiphanii aetate — qui Mariam mortuam esse negarent; cf. MACEDO, De clavib. Petri 1660 I l.4 s.3; BENED. XIV, De festis D.N. et B.V. II c. 8 (Opp.VIII Pr. 1843, 276-8; Migne, C. th. 26, 589-92); GOTTI, Veritas relig. chr. 1737 IV c.40 p.328 etc. Tamen dubitandum non est quin mortua sit et concludendum alias rationes privilegio illi contrarias fuisse. Ce qui nous paraît convenable, peut ne pas toujours être le plus convenable aux yeux du Seigneur. Dom RENAUDIN in RThom. IX 457.

Iam pro corporis mortui in caelum translatione rationes theologicae eiusdem momenti afferri non possunt; nec plus valere solent quam illae quibus de pulchritudine corporis B. Mariae V vel de eius scientia (cf. Lc 2,50) disputatur. Ut enim omittamus rationes nimis infirmas (velut ABSALON M.211,255; cf. TH. LIVIUS, The blessed Virg. in the Fathers of the f. 6 cent. 1893,355), praecipua est analogia cum Christo. Verum est Mariam posse vocari corredemptricem et sociam Christi. Tamen, ut inde concludi posset, eius corpus statim assumptum esse in caelos, 1. oporteret nos habere notionem perfectam status hominis iusti post mortem (cf. ACHELIS, D. Christent. in d. ersten 3 Jhd. II

439 s.); 2. perfecte cognoscere rationes, propter quas Christus statim resurrexerit; 3. certo cognoscere participationem Mariae in redemptione esse saltem propiorem muneri Christi quam muneri ceterorum sanctorum omnium. Secunda est : Maria libera fuit ab omnibus peccati originalis effectibus in quibus aliquid fuit quod matrem Dei dedeceret. Atqui corruptio fuisset talis effectus. Nam a) corpus eius escam vermibus traditum in communi sorde putredinis quis christianus dicere animum inducat? b) Christus virginitatem matris suae servavit incorruptam; atqui eadem fuit ratio servandi mortuae matris corpus incorruptum. At a) aliud est putrefieri corpus, aliud manere separatum ab anima; b) qui eiusmodi rationes proposuerunt, de continua corporis mutatione non cogitarunt. Tertia est potuit Deus matrem assumere cum corpore in caelum, sicut Eliam assumpsit et eos qui cum Christo resurrexerunt (Mt 27, 53); ergo assumpsit. At retorqueri argumentum potest Elias mortuus non est, ergo mater Christi mori non debuit. Quapropter iure dicit J. Bellamy in DThC I 2138 On ne voit pas trop, comment l'assomption pourrait être déduite, comme conclusion strictement théologique, d'un dogme révélé quelconque... Rigoureusement parlant, son corps virginal aurait pu attendre la résurrection générale, et nul n'aurait pu y voir une atteinte sérieuse à l'économie du monde surnaturel. Cf. P. Renaudin in R Thom IX, 1901-2, 449-59.

Itaque non negamus esse aut fuisse theologos catholicos qui assumptionem definiri posse existimarent, sed ii verum assecuti esse non videntur.

Cf. de hac quaestione : Iac. Gaudinus, Assumptio corporea b. M. V vindicata. P. 1670; Nic. Billiard, Vindiciae parthenicae de vera ass. c. b. M. V. P. 1670. Cl. Joly, Traditio antiqua ecclesiar. Franciae de verbis Usuardi ad f. ass. b. M. V. vindicata. Sen. 1672; Launoy, Iudicium de controv. super exscribendo parisiensis eccl. martyrologio exorta. Laud. 1671; Le Hir, Etudes bibliques 1869 I a.3 et 4; Jürgens in ZkTh 1880; Ag. Lana, La Risurrezione e corporea Assunz. al Cielo d. S. V Madre di D. R. 1880; A. Janucci, De psychosomatica et pneumosomatica Deiparentis assumpt. Tor. 1884; Vaccari, De B. V. Mariae morte, resurrectione et in caelum glor. ass. 1887; Scheeben, Handb. d. kath. D. § 281; A.-E. Naegel, L'Assomption, ses Harmonies Dogmatiques L. 1903; Sinding, Mariae Tod u. Himmelf. Christ. 1903; M. Sieniatycki, Wniebonzięcie N. Maryi Panny. Lw. 1904; J. Turmel in Dict. de la Bible I 1132-8; F. G. Holweck in AER (Philad.) 43, 1910; van Crombrugghe, Tract. de b. virg. Maria G. 1913; Dom Renaudin, La doctrine de l'Assomption de la S. Vierge[2] 1913.

E. Portas.

## De merito.

Hic theologi orthodoxi nobis impugnandi sunt qui negant doctrinam de merito de condigno et dicunt gloriam semper pura liberalitate donari a Deo.

Reiciunt autem nostram doctrinam 1. quia reiciunt *iuridismum* theologiae scholasticae proprium, a quo eam repetunt. Cf. am. Sergïj, Pravoslavnoe učenïe o spasenïi. S-P. 1895,121 Понятіе о возмездіи связано неразрывно съ юридическимъ пониманіемъ жизни человѣка, которое высшее благо человѣка полагаетъ не въ нравственномъ добрѣ, а въ самоуслажденіи (1), и добро признаетъ только благомъ относительнымъ, только средствомъ къ достиженію самоуслажденія въ будущемъ мірѣ. De iuridismi crimine cf. supra p. 263-4.

2 quia negant doctrinam de gratia actuali entitative supernaturali, quam dicunt facticiam esse ac ponere in Deo voluntatem quae sibi placeat in eo, ut faciat possibile quod est impossibile. Cf. supra p. 413.

3. quia negant nostra opera esse supererogatoria.

4. quia pactum feriri posse negant nisi inter pares. Cf. M. Grigorevskïj in Xr. Čt. 1906 II 560; Teof. Prokopovič, Četyre sočinenïia. M... 1773,196.

Nec praetermitti haec quaestio potest. Etsi enim verum est non omnes scholasticos docere iustitia rigorosa posci mercedem operum nostrorum et aliae quoque inter scholasticos controversiae sunt de merito (cf. Walenburch, Tract. spec. II 1671,560), tamen quaedam ab ecclesia definita sunt, quae rationibus allatis petuntur. Cf. S. Mpalanos in Nëa Siōn 1907,694.

Praeterea quidam orthodoxi etiam meritum de congruo impugnant.

Tridentinum noluit definire « meritum de condigno » propter opiniones quae de hac voce a multis theologis proponebantur, ab aliis autem impugnabantur; et quia noluit definire nisi quod in revelatione aperte continetur. Quare ipsam vocem prorsus devitavit et satis fuit ei definire « iustos... *vere mereri* » (s. VI cn. 32, Denz., Ench. 842). Nec dicendum est id quod definivit esse meram vocem, nihil fuisse *commune* inter varias notiones meriti vitae aeternae, quales tenebantur a thomistis, scotistis, augustinensibus qui aderant in concilio, inter quos s. synodus *noluit* dirimere quaestionem. Pallavicini in Hist. conc. Trid. refert, ex actis concilii, facta quaedam ex quibus elicere possimus quid omnes patres intellexerint verum meritum et quid commune

(1) De amoris nostri crimine quo meriti ratio laboret cf. S. Harent in DThC V 648-73 (Alb. Bayet. Le mirage de la Vertu P. 1912, 277-8 etc )

contra protestantes definierint. Notio illa rei, cuius existentiam definierunt, necessario vaga ex parte, sed satis determinata tamen, duas notas comprehendit 1. quoddam pretium in actione quae dicitur mereri, aliis verbis, *quandam aequalitatem seu proportionem* inter opus et id quod retribuit Deus; 2. *quandam iustitiam* ex parte Dei in retribuendo. Num autem sit *stricta* aequalitas, *strictum* pretium, *stricta* iustitia, minime definitur; item, utrum ea iustitia sit *commutativa* an. *distributiva* an ea *latius dicta*, quae est mera fidelitas in promissis servandis. Notas illas duas concludimus ex iis quae dicit Pallavicini. Distinguebant enim patres *omnes* relationem *peccatoris* ad *iustificationem* ab habitudine *iusti* ad *vitam aeternam* in merito considerando. *a*) Iustificationem sub *nullum* cadere meritum tenebant aliqui; (etiam nunc thomistae complures); « plerique » tamen volebant eam cadere sub *meritum congruum* (ut nunc theologi S.I.); quam sententiam Tridentinum nec negare voluit nec affirmare, nolens catholicorum controversias definire; unde orthodoxi, si hoc *meritum* de congruo negant in iustificatione (cf. am. Sergïj, Pravosl. uč. o spas. 1895,85.37) non adversantur doctrinae catholicae. Itaque, cum synodus dicit (s. II c. 8, Denz. 801): « nihil eorum quae iustificationem praecedunt... ipsam iustificationis gratiam promeretur » hanc vocem merendi, promerendi intellegit de aliquo merito quod plus pretii habeat quam meritum de congruo (quod ipsa *negare* in ipsa iustificatione nolebat). Illud « aliquod meritum plus quam congruum » est « verum meritum » vitae aeternae (de quo in cn. 32), quod nunquam dictum est *congruum* : eius prima nota est quoddam singulare pretium. Cf. Pallavicini, H.C.T. l. VIII c. 4 n. 4. Aug. Vind. 1775 I 274. — *b*) Cum lecta esset ipsa haec sententia : « nihil eorum quae iustificationem praecedunt » quidam patres intercedebant; volebant ibi distingui opera quae fiant *ante fidem, sine fide* (opera infidelium propria), quae ipsi fatebantur iustificationem non mereri ab operibus quae fiant *post fidem, ex fide,* quae illi cum aliis multis tenebant *mereri de congruo* iustificationem; timebant, ne sententia proposita hoc meritum negaretur in illis operibus vi gratiae et fidei factis. Responsum est, ut ait Pallavic., ne ipsa quidem {illa opera peccatoris ex gratia actuali et fide peracta} ita mereri iustitiam, ut ipsis *omnino deberetur*. Ex quo liquet ibi esse locutam synodum de merito perfecto et cui praemium non modo *congrueret* sed *deberetur* (ibid. c. 14 n. 4 p. 295). Sententia autem quam impugnaverant in decreto remansit. Habemus notam huius meriti *veri* seu *perfecti,* de quo nunc agimus, esse ut res a Deo collata huic merito *debeatur, omnino debeatur;* ut in Deo imponat aliquam necessitatem dandi, quae revocatur ad *quandam iustitiam* vago modo intellectam, ut supra diximus; haec est altera nota illius notionis veri meriti, communis inter patres, qua usi definitionem emiserunt.

Posse concilium abstinere a definienda et omnibus imponenda opi-

nione aliqua positiva de intima alicuius rei (v. c. meriti) *natura* et tamen definire eius *exsistentiam*, notione *magis vaga* et definitione *nominali* (quae tamen sufficit ad eam ab omni alia re discernendam) apprehensam, idem Pallavicini contra P. Sarpi tuetur in alia re, dico in peccato originali. H. c. t. VII c. 10 n. 7, 261. In tali casu aliquid clare dici a concilio, aliquid autem ambiguum remanere, ita ut theologi de hoc disputent; primum solum esse firma fide omnibus credendum, alterum dogma fidei non esse, saltem iis non agnoscendum, qui de concilii sententia dubitent prudenter, idem exponit, cum de disputatione inter Catharinum et Sotum de certitudine propriae iustificationis seu status gratiae narrat l. VIII c. 19 n. 16, p. 309. Cf. c. 12 n. 9 et s., p. 290. 291; ubi id quoque monet, non esse confundendam rem definitam, quae est obiectum fidei, cum *consecutionibus* ex ea ductis, quae obiectum fidei non sunt. Sic nostra in re dixerit quispiam « Inter meritum de condigno et de congruo medium nihil est; atqui Tridentinum vero merito significavit plus quam congruum; ergo significavit condignum ». At respondendum est: potuit hoc intellegere, significare, sed non definivit, quia noluit inter varias subtiliores veri meriti definitiones eligere (definiendo) unam quae obicienti placet. Consecutio eius potest esse bonum *argumentum* pro merito *condigno*, sed sumit aliquid subtile, arbitrarium in definitionibus et sententiam illam de nulla re inter utrumque media, quae tam clare fontibus revelationis non continetur; quare eo, quod Tridentinum definivit unum (meritum *verum*) non efficitur necessario id definivisse alterum (meritum *condignum*); quo posito ex *libera* eius *voluntate* (definiendi hoc, non illud) habemus *quid* definierit (1).

His rebus ante expositis, dicimus *verum meritum* a Tridentino definitum certissime abhorrere a *pura liberalitate* qualis sit in mera *donatione*. Ergo orthodoxi re impugnant doctrinam catholicam, ubi dicunt gloriam semper pura liberalitate donari a Deo. Idem protestantes dicebant, quos concilium condemnare voluit.

Iam ad eorum argumenta veniamus. Reiciunt nostram sententiam 1. quod « iuridismo » theologiae scholasticae proprio continetur; res enim sacras ad rerum forensium rationem revocandas non esse. — At negandum est catholicam de merito sententiam propria quadam *opinione philosophica* vel *iuridica* scholasticorum contineri; sed scriptura continetur, *sensu communi* hominum intellecta, et patrum, etiam graecorum, institutione.

(1) Fr. Veronii, De regula fidei cath. (ap. Migne, Curs. th. I col 1331-5. sententia de fide non est 1) dari meritum de congruo; 2) dari meritum de condigno; 3) merita esse ex iustitia potius quam ex fidelitate; 4) multo minus ea esse ex iustitiae rigore; 5) omnia bona opera iustorum esse aeternae vitae meritoria; 6) quae in specie opera mereantur gloriam, an opera temperantiae, spei, fidei et alia praeter caritatem.

a) Continetur scriptura (cf. Fr. Mahling, Lohn u. Strafe in ihrem Verh. zu Rel. u. Sittlichk. = Bibl. Zeit- u. Streitfr. IX 2/3). Ibi enim iusti operibus saltem quibusdam *merces* a Deo tribuenda adscribitur et ipsa vita aeterna merces dicitur. Plurimis locis vox mercedis (μισθός) et similes (mercenarii, μισθαποδοσίας Hebr 10,35) usurpantur. Eadem res aliis quoque vocibus (retributionis, ἀνταποδόσεως Col 3,23) significatur (cf Mt 16,27; Lc 14,13; Rom 2,6 s. etc.), saepe iis, quae proprie ad athletarum praemia referebantur (στέφανος βραβεῖον (1) 1 Cor 9,24.25; Iac 1,12 et c.) Iam vero nisi sensum communem omnium hominum falli putas, ille qui dicit *mercedem* seu *praemium*, dicit aliquod verum meritum (saltem vago modo, ut diximus). Ita enim omnes homines loquuntur ut vocibus meriti et praemii seu mercedis tamquam *correlativis* utantur (cf. Tho. Aq. I.II. 114 a. 1). *Merces* non est purae liberalitatis sed est aliquid *debitum* « merces imputatur... secundum *debitum* » dicit Paulus Rom 4,4, negans iustificationem esse debitam, dari ut mercedem. Cur apostolus qui totus est in mercede a *iustificatione* impii removenda (ibid. 5) negatque « fidem » qua iustificetur impius esse « ex operibus » seu meritis, sed contendit esse « gratiam » et « Dei donum » Eph 2,8.9 nec unquam eam vocat mercedem, — cur modo prorsus contrario loquitur (idque saepe) de vita aeterna, de beatitudine caelesti, *si utrumque est pura liberalitas* et iustificatio fidesque et vita aeterna. Agi autem hic rem gravissimam apparet ex Hebr 11, 6 *Credere oportet...* quia est {Deus}, et inquirentibus se *remunerator* sit

Itaque contra scripturae non dubiam auctoritatem protestantes meritum negarunt. Unde profecti? Ex opinione qua *beatitudinem futuram* temere pro aeque *gratuita* habuerunt atque *iustificationem*. Cur? Quia Luther monachus quaerens solacium quo conscientiae anxiae mederetur, de sua iustificatione *certus* esse voluit quidquid egisset vel acturus esset; et cum, si incertus maneret de sua *praedestinatione et salute*, solacio se privari sentiret, certus *etiam de hac re* esse voluit, confundens iustificationem cum aeterna salute vel haec duo inter se ut inseparabilia coniungens, ut Calvinus magis logice exposuit, cum iustitiam auferri posse negaret. Quare Luther hominis opera nihil facienda esse putavit, sed illud interesse, ut illam « fidem » certitudinem dico de iustificatione et salute haberet; quapropter omne meritum esse negandum.

Orthodoxi igitur, qui ob iuridismi « scholastici » scrupulum seu

(1) Cf. Fr. Balduinus. Examen Apologetici quem Gasper Schoppius... Witt. 1606, p. 172 Quem ad modum parentes bona sua promittunt liberis non quibusvis sed morigeris et obsequentibus, quibus tamen est et manet hereditas, non stipendium aut *brabeum*, ita Deus coronam vitae ἐπηγγείλατο, promisit (non ut habet vetus versio repromisit) diligentibus se, qui eam non merentur operibus sed qui divites unt fide.. ut explicat Iac 2,5.

opinionis vana commenta sententiam *catholicam* tàm clare scripturae auctoritate innixam respuunt, iidem a *protestantibus* opinionem vanitatem humanae cogitationis multo magis redolentem nec verae cognitionis fontibus innixam, quin eam quae condicioni animi Lutheri propriae insanoque solacii potius quam veritatis desiderio debeatur, accipiunt.

b) Patres vero quae credebant exponentes sententiam catholicam adeo clare confirmant, ut Calvinus (Instit. 3 c.15 n.2) dicat « Usi sunt, fateor, passim { illa ipsa voce meriti } vetusti ecclesiae scriptores; atque utinam, voculae unius abusu, erroris materiam posteris non praebuissent! » Ipse Aug. aliique Latini qui toti erant in hoc ut gratiam, fidem, iustificationem gratuita esse defenderent ac merita a Pelagianis ficta tollerent, bonis operibus e gratia factis mercedem deberi agnoscunt. Exemplo sit illa sententia augustiniana a conc. arausicano II. prolata « *Debetur merces* bonis operibus, si fiant; sed gratia, quae non debetur, praecedit, ut fiant » (cn. 18, Denz. 191). — De patribus graecis, quibus maxime delectantur orthodoxi, multa affert doctor sorbonicus Is. Habert, Theol. graecor. patrum vindicata circa universam materiam gratiae... III c.13 ss., usque ad finem operis (1863, 455 ss.) Cf. R. Seeberg, Lehrb. d. Dogmengesch.[2] I 1908, 545.

2. Ad alterum orthodoxorum argumentum respondemus a) nihil esse cur contra eos defendere debeamus doctrinam de gratia *actuali entitative* supernaturali. Nam haec res numquam est ab ecclesia definita; ne in scriptura quidem et traditione clare continetur, a scotistis etiam negatur; et licet hodie sit satis communis, tamen etiam theologi tritam viam sequentes eam ut *probabiliorem tantum* defendunt, ut Schiffini, De gr. div. 1901 thes. XII p. 229 ss. Nec dici potest eam doctrinam notione « veri meriti » postulari, quod cum Tridentino contra protestantes et orthodoxos tuemur, dico meriti *vago modo* intellecti, in quo proportio cum praemio variis modis explicari atque etiam a non necessario Dei decreto cum scotistis integra fide peti potest; sicut e decreto rei publicae moneta chartacea (billet de banque) cum mercibus quae ea emi possunt proportionatur. — b) Ratio autem qua adversarii eam opinionem impugnant non valet. Nam, ut omittamus gratiam *actualem*, saltem gratia *habitualis* vel habitatio Spiritus S. in iusto aliquid *supernaturale* est, idque *entitative*; et patres graeci clarius exponunt quam latini de illa supernaturalitate : hominem attolli supra naturam, iam non esse hominem sed Deum fieri etc.; maxime vero *visionem intuitivam Dei* in patria esse aliquid entitative supernaturale ex ipsa rei natura clarissime apparet. Atqui ratio qua opinionem illam impugnant sic retorqueri potest contra patres : Deus, cum in ordine empirico homines vult ad visionem intuitivam pervenire « postulat arbitrario ab homine proportionem (cum videndo Deo) quam homo habere non potest; ut autem habere possit, ipse dat hanc proportionem.

Deus hoc modo sibi placet in eo, ut faciat possibile quod est impossibile ». Non deest in hoc *sapientia*, ut orthodoxi opinari videntur rem arbitrariam et facticiam dicentes. Nam hac ratione Deus *omnipotentiam suam ostendit*, ne de aliis consiliis loquamur quae sapientissime habere potest. Denique argumento non solum dona entitative supernaturalia petuntur sed etiam omnia miracula et merus rationalismus sequeretur.

3. Tertium orthodoxorum argumentum est Ut opus sit meritorium necesse est id esse *supererogatorium*. Atqui opera nostra omnia Deo debita sunt, nulla sunt supererogatoria; ergo nec meritoria. — Resp. a) nego maiorem. Nam est contra scripturam. Paulus enim, enumeratis aliquibus actionibus suis sane non supererogatoriis sed prorsus debitis, sine gravi culpa non omittendis, velut: « fidem servavi », statim ait pro iis quae fecit repositam sibi esse « coronam » seu *praemium* quod significat ea esse *meritoria*; quin etiam Deum dicit eam coronam esse « redditurum seu retributurum idque ut « iustum iudicem », ergo ex aliqua iustitia (2 Tim 4,7.8). Quae omnia significant « meritum verum quod defendimus. Cf. Chr. Pesch, Prael. V n.412. Ceterum etiam de re publica, de societate bene merentur ii, qui leges servant et omnia officia recte implent, etsi nihil ultro addunt. — b) Etiam minor est falsa. Nam scriptura et patres praecepta a consiliis distinguunt; consiliorum autem observatio iure dici potest supererogatoria: etsi enim Deus, supremus dominus, etiam talia postulare potuit, tamen noluit id quod revelatione cognovimus. Cf. s. de thes. mer.

4. *Pactum* feriri posse negant nisi *inter pares*. Atqui, assumunt, doctrina catholica meriti importat pactum fieri inter Deum et hominem, qui non sunt pares. Ergo. — Resp. *dist.* mai. « Pactum » sensu *stricto*, *tr.*; sensu *lato*, *n.* Et *contrad.* min. — Sane inter Deum et hominem nequit esse pactum strictissimum, quo eodem prorsus modo *ligetur* utraque pars *erga alteram*. Tamen in scriptura passim dicitur ipse Deus pactum ferire cum hominibus. Nec doctrina meriti catholica importat « pactum » nisi sensu *lato*. Importat aliquam « Dei promissionem » (promissiones enim Dei in tota revelatione sunt aliquid sollemne, obiectum fidei et spei nostrae, quod nemo christianus recusare potest); sed promissa exsequi Deus *suae* fidelitati debet, non ligatur erga *alterum*. Ceterum, etsi aliqui theologi de merito exponentes voce *pacti* utuntur, plerique tamen hanc vocem devitant et de *positiva et libera Dei voluntate* visionem sui intuitivam pro meritis nostris *promittentis* et simul bona opera iusti ut meritoria talis praemii *accipientis*. Quam positivam voluntatem Dei acceptantis fere pro una ex meriti condicionibus necessariis habent; ea enim ducuntur ratione, quod non apparet, cur Deus ut supremus dominus omnia bona opera quae facimus, a nobis simpliciter postulare non possit, mercede, nedum tanta, nulla nobis promissa; sin ea ita postularet, et tamen iusto beati-

tudinem supernaturalem daret, daret eam non ob meritum sed ex alia ratione. Deum autem in ordine hoc nostra opera *ita non poscere* sed ea *accipere* ut praemio digna, divinitus cognitum habemus quatenus esse verum meritum vitae aeternae plane revelatum est. Scotistas etiam plus tribuere positivae Dei voluntati in merito constituendo iam vidimus Cum positiva illa promissio et acceptatio divina nobis prorsus *gratuita* sit (praeter gratiam interiorem, quae est principium meriti), vitam aeternam nonnumquam dicunt dari gratis, non proxime sed tamquam in radice, non ut meriti ratio negetur sed ut ipsum meriti fundamentum ostentetur. Cf. Trid. sess. VI c. 16, DENZ. 809.

ST. HARENT.

## De sacramentis in genere.

### A

### DE SACRAMENTORUM (ALIORUMQUE RITUUM) ORIGINE

M. JUGIE praecipuas inter catholicos et orthodoxos controversias recensens (in DAp[4]) opinionem graecorum theologorum commemorat de oeconomia ecclesiae qua usa possit extra fines suos validum vel invalidum facere ritum, dogmatice ὀρθόν, sed cum canonibus non convenientem et παράτυπον, quo sacramenta conferantur. Hoc modo K. ANDROUTSOS, Dogmatikē t. ort an. ek. 1907, 308 et alii (velut KRUS. PAPADOPOULOS in EP 1915, 469-83) usum rebaptizandi Latinos post annum 1755 in ecclesia graeca introductum et usum recipiendi eos qui apud Russos sine baptismate recepti erant explicant. (Cf. La Terre S. 1901, 14 etc.) Certe etiam antea reconfirmabantur Latini; in ecclesia russica a. 1620 coepti sunt Latini rebaptizari, quod a. 1667 improbatum est. Idem ius tribuitur ecclesiae de ordinationibus anglicanis (ANDR., Dogm. 391-4), de matrimonio haereticorum (399). Haec opinio occurrit etiam in Pedalio (ed. Ath. 1886 p. 54 n. 1; p. 140 n. 4). WILL. PALMER, A treatise on the Church of Chr.[3] II 20-1 talem oeconomiam etiam in ecclesia catholica admitti posse putavit: non enim esse definitum baptismum haereticorum necessario validum esse aut agnoscendum. Cf. MART. GERBERT, Principia theologiae sacramentalis 1759, 20.

Alias ab orthodoxis theologis negatur (id quod JUGIE non commemorat) posse ecclesiam efficere aliqua condicione apposita, ut intra ipsam ritus qui prius valebat, irritus fiat; velut in confirmatione vel in ordinatione administranda; contrarium multi theologi catholici postulant, ut historia sacramentorum explicari possit. Audiamus e. c. OVERBECK, Libellus invitatorius ad clerum laicosque romano-catholicos

1871, 14 « Fingamus enim penes papam esse invadere administrationem sacramentorum, tale ius illicitam quidem potest reddere administrationem, non vero invalidam

In hac re dicendum nobis videtur:

1) Opinio eorum, qui negant substantiam sacramentorum mutari, i. e. ritum qui valebat desinere posse valere, alium qui non valebat posse legitimum et efficacem fieri, etsi videtur patrum tridentinorum (qui sumunt quidquid ad sacramentum valide administrandum poscatur, originis divinae esse: sess. 14 de extr. unct. cf. A. STRAUB, De eccl. Chr. n. 697,II 67), Clementis VI (RAYNALD. a. 1351 n. 3), Pii X (Ep. ad aepp. orient. 26/XI! 1910) auctoritate commendari, tamen definita non est. Nam Clementis VI sententiam definitionem esse STRAUB (n. 556) frustra nititur; nemo enim est qui dicat quotienscumque a papa in fidem alicuius inquiratur, definitionem ex cathedra edi. Tridentinum autem, etsi verbis « salva illorum substantia » sess. 21 c. 2 eam sententiam significare videtur (aliter tamen ST. HARENT in Ét. 73, 1897,320 ea interpretatur, substantiam definiens l'union d'un symbolisme bien déterminé et d'une force surnaturelle avec ce double rite, en tant qu'il est désigné par certaines *conditions générales*... tant que les conditions fixées par Jésus-Christ sont respectées, la substance du sacrement, au sens le plus strict du mot, reste la même [-cf. YSAMBERTUS, De ordine d. 3. a. 7 -]; quod statui posse negat STRAUB, De eccl. n. 697), tamen effici non potest ea verba non in transitu adiecta esse; quod enim STRAUB (n. 695 II p. 64 et n. 697 p. 67) contendit Tridentinum, si rem decidere noluisset, alium loquendi modum usurpare debuisse ac dicere: non esse suae intentionis comprehendere substantiam sacramentorum etc., ne potestati ecclesiae accuratius explorandae praeiudicium crearet, manifestum non est.

Res confirmatur plurimorum theologorum auctoritate qui contrarium docuerunt. Quorum praecipui recensentur a ST. HARENT in Ét. 73,326-31 Alex. Hal., Bonav., Capreol., Paludan., Petr. Cantor. Iac. de Vitr., Innoc. IV., Ruard. Tapper, Petr. Soto; Gonet, Sylvius, Nat Alexander, Gotti, Billuart, Salmant., Ysambert., Hallier, Gamache, Is. Habert; Branc. de Laurea, Henno, Mastrius, Krisper; Wirceburg., Coninck, Praepositus, Arriaga, de Rhodes, Platel, Simmonet, Mayr, Sardagna, Antoine, Gormaz; Ferraris, Lacroix, Sporer, Holzmann; P. Arcud.; Ballerini-Palmieri, Billot.

Eadem opinio argumentis non confirmatur. Concedi enim potest ecclesiam nunc non posse mutare substantiam sacramenti, ob incertitudinem sui iuris; non tamen sequitur ei hanc potestatem datam non esse aut frustra eam fuisse, cum antiquis temporibus quibus ritus facile mutabantur, utilis esse potuerit. Nec urgeri possunt mala quae ex admissa opinione contraria nascerentur (J KERN in ZkTh 31,1907); quae enim Innoc. IV in apparatu defendere potuit, omnino absur-

da esse non videntur (cf. SALTET, Les Réordinations 1907, 340).

2) Opinio contraria non efficitur iis quae de rituum sacramentorum differentiis ac mutationibus nota sunt. Quapropter ea negata integritas doctrinae ecclesiae romanae non petitur nec defendi eam opus est contra orthodoxos. Argumenta quae afferri solent, sunt *a*) AMBR., De Sp.S.M.16,714 aliique (NICOL.I M.187,1800; PETR. LOMB.; CAIETAN.) *baptismum* in nomine Iesu administratum idem valere iudicaverunt ac formulam eius ordinariam. Atqui, si ecclesia careret iure determinandi condiciones ad id necessarias, ut sacramenta valerent, ita iudicare non potuissent. Cf ÉT. HUGUENY in R Sc Ph Th VIII 1914, 239-57. Responderi potest ut Christus formulam baptizandi ipse determinaverit ita, ut tres personae distinctae nominandae sint (STRAUB quidem hoc a Clemente VI. definitum esse putat), Ambrosius vel ignorare potuit Christum baptismum, ubi sua formula non adhiberetur, valere noluisse, vel etiam errare potuit ecclesiae potestatem illam tribuens. Cf. STRAUB, De eccl. Chr. II 85. — *b*) *Confirmatio* ab apostolis impositione manuum administrabatur (Act 8,14). Cf. Fr. SCHMID in ZkTh 32, 1908, 254-9; HUGUENY l. c., 240. — STRAUB n. 699, II 69 respondet Lucan sicut ritum baptismi aut eucharistiae integrum non descripserit ita nec habuisse, cur confirmationem describeret. Ceterum alii, velut SIRMONDUS, Is. HABERT negant unctionem necessariam esse, cum in nonnullis ecclesiis antiquitus per saecula nullum unctionis vestigium reperiri possit. Cf. GALTIER in RSR 1911,350-82; Ios. KERN in ZkTh 31,1907, 506; P. DE PUNIET in D Arch Chr L III 2522-35. Similis est quaestio de impositione manuum in *unctione infirmorum* adhibita; cf. A. MALVY in RSR 1917,522-3. — Praeterea magna invenitur differentia inter formas sacramenti confirmationis adhibitas in variis ecclesiis Cf. ST. HARENT in Ét.83,1897,323-4. STRAUB l.c.n.710,II 84 respondet: « Ad sacramenta ea, pro quibus formam certiorem verborum Christus non praefinivit, sufficeret semper forma omnis, quae indolem sacramenti cuiusque satis exprimit. » Neque ex analogia cum baptismo effici potest in forma confirmationis libertatem tantam admittendam non esse (HARENT 324). — Etiam illud a sola ecclesia definitum videtur esse, quis sit minister confirmationis conferendae. Cf. SCHMID in ZkTh 32, 1908, 50-1. STRAUB n. 700, II 70 respondet Christus ipse ministrum duplicem instituit, ordinarium quidem episcopum, extraordinarium presbyterum ab ecclesia pro loco hoc illove et tempore designatum, qua institutione divina sola explicatur, cur omnis et solus presbyter ministerii talis per designationem ecclesiae recipiendi capax sit. Proinde ecclesia designando non dat ipsa legem ut sit minister alius praeter ministrum a Christo institutum, sed mere legem saltem concedentem Domini agnoscit et secundum eam agit. — *c*) Etiam *eucharistiae* forma videri potest ab ecclesia definita (cf. ZATTONI in Sl. l. th. II 154; BUCHWALD ibid. IV 72), praesertim, si huc refertur illud εὐχα-

ριστεῖν ὅσα θέλουσιν (Didake 10,7; in freier Rede: HARNACK in TU II 1886, 37) et illud ὅση δύναμις αὐτῷ (IUSTIN., Apol. 67 ed. Krüger[2] 58). Aliis, velut FR. SCHMID in ZkTh 32, 281-2 persuasum est *epiclesin* formam eucharistiae numquam esse posse (1), alii velut STRAUB l. c. n. 710, II 86 solum dubium id esse censent; cf. MAX in R e l'Or I 25; certe inde non firmius potest peti argumentum quam ex forma confirmationis. — *d*) Nota est quaestio de formula *paenitentiae* indicativa et deprecativa. Hinc quoque argumentum sumi solet (cf. ÉT. HUGUENY l. c. 241). Respondet STRAUB n. 703, II 72-3 α) non constare formulam deprecativam in ecclesia iam non valere; β) etiamsi valere desiisset, nihil effici. Nam res mutari potuit iurisdictione restricta a romano pontifice; vel etiam eo, quod ecclesia auctoritate sua (sicut auctoritate civili verba vel formulae certo quodam sensu indui et exui possunt) declarare potuit, deprecativam formam significatione sententiae iudiciariae privari. Nam « ex institutione Domini vis formae exigentis vel practice significantis gratiam convenit verbis prout et quandiu per institutionem hominum theoretice id significant, quod pro indole cuiusque sacramenti expressum Christus voluit, non autem est alligata verbis, prout soni sensibiles hi prae aliis existunt ». — *e*) Praecipuum argumentum e materia sacramenti *ordinis* duci solet. Cf. SCHMID l. c. 259-65. Sed patet quid rursus responderi possit; nec enim Eugenii IV. decretum pro Armenis documentum infallibile haberi potest. Cf. G. M. VAN ROSSUM, De essentia sacr. ordinis disquis. historico-theol. Frib. 1914, 193-4; STRAUB l. c. n. 704, II 73-4. — Praeterea affertur ordines inferiores quoque esse sacramenta et tamen esse institutiones ecclesiasticas, materiam igitur et formam eorum a Christo decerni non potuisse. Cf. HUGUENY, 242-3. — *f*) Sacramenti *unctionis* infirmorum materiam remotam suae opinioni favere censent, velut SCHMID, 265-7; de forma mentionem iam fecimus. — *g*) Denique materiam et formam *matrimonii* etiam nunc incertam esse urgent: HUGUENY 243; SCHMID 269-73; 278-80. Sed STRAUB n. 705-9 II 74-83 negat quicquam esse materiam matrimonii remotam; eiusque materiam et formam ait determinatas esse per naturam contractus; materia est ipsa mutua traditio vel oblatio ad officia matrimonii; forma autem acceptatio. Nullam esse penes ecclesiam in hac re potestatem, nihil eam facere posse, nisi ut contractus validus non exsistat, non autem ut contractus validus non sit sacramentum. Essentiam sacramenti semper manere eandem: contractum christianorum validum secundum legem divinam naturalem vel positivam et ecclesiasticam.

3) Opinio contraria argumentis allatis non solum non efficitur,

(1) Aliis verba 'hoc est corpus meum' formam esse non posse, sed benedictione Eucharistiam confici CHR. DE CHEFFONTAINES, Varii tract. Par. 1586 (De neç. çorr. th. sch. l. 1.) f. 4. 12[a]. 22[b]. 23[a] etç.

sed ne fulcitur quidem. Nam ut ordinationis exemplum commemoremus, quis credat ulli huius sacramenti ministro aut ulli concilio aut ulli papae placuisse, ut traditio instrumentorum evaderet necessaria ad sacramentum conficiendum. Potius dicendum est theologos aliquos (1) commentos esse hanc necessitatem, a notione materiae profectos; quos secuti episcopi idem crediderunt, non tamen mutare quicquam ipsi voluere.

4) Tamen hanc opinionem contrariam alteri praeferimus. Sumendum autem videtur esse quemvis ministrum sacramenti hanc potestatem habuisse; cf. Harent in Ét. 73,332 (contra Bened. XIV). Praeferenda videtur esse opinio potius propter generales rationes. Quarum aliquae hoc modo a St. Harent p. 325 exponuntur Si l'Eglise des premiers siècles n'avait pas eu conscience de posséder ce pouvoir très large et en même temps très précis dans ses résultats, très apte à tout simplifier et à trancher les questions difficiles sur la valeur des sacrements, on s'explique mal la sécurité, la facilité avec laquelle elle admettait tant de liturgies si diverses, tant de changements introduits dans les rites les plus sacrés, sans discuter ces nouvelles formules, sans controverse théologique qui ait marqué dans l'histoire. Il ne suffit pas de répondre que l'Eglise est infaillible; car son infaillibilité ne la dispense pas de recherches et de travail et si l'hypothèse de nos adversaires était vraie, l'examen délicat des diverses liturgies eût exigé des recherches épineuses, qui n'eussent pas manqué d'exciter entre les Églises des controverses fort animées, dont nous devrions retrouver quelques traces dans l'histoire. — Etiam recentissimum de forma unctionis infirmorum decretum exemplo esse potest.

Ceterum ea quaestio cohaeret cum quaestione de sacramentorum forma et materia. Fr. X. Roiron scholasticorum de hac re doctrina nata videtur esse e formula philosophiae propria ad ritum translata ob illud s. Augustini de elemento et verbo unde baptismi sacramentum oriatur; nullo argumento effici posse hanc distinctionem ad sacramentorum essentiam pertinere; cur enim solis verbis vel etiam sola unctione sacramentum contineri non possit? In matrimonio certe difficillimum esse differentiam inter formam et materiam invenire. Quae cum ita sint, orthodoxis, qui rationem de forma et materia sacramentorum reiciunt (velut Androutsos, Dogmatikē t. o. a. ekkl. 1907, 292; Duobouniotēs, He dogm. t. Krēstou Andr. krinomenē. Ath. 1907,50), nos adversari necesse non est.

Cum hac de ecclesiae in ritibus sacramentorum determinandis potestate controversia arte conexa est radix vehementissimarum et

(1) De orientalibus (Gabr. Sev. Philadelph., Theoph. Xanachius Philad.) cf. Io. Bapt. Catumsyritus, Vera utriusque eccl. sacramentor. concordia. Ven. 1632. Proleg. 56; tract. I, 223.

plurimarum inter occidentem orientemque litium liturgicarum. Falluntur enim qui eas nullis fundamentis niti putant. Nec solum civilis prudentiae legibus, licet Michael Cerularius ea potissimum ratione usus · Latinos impugnaverit, ne per Italiam inferiorem pervaderent, graecus novandi in ritibus horror explicari potest. Cum omnem traditionem apostolicam dogmatis instar servandam esse dicunt (cf. A. PALMIERI, Theol. dog. orth. Prol. I p. 87) nobisque exprobrant quod canonibus supersedeamus, metu iacturae faciendae duci videntur. Cuius sollicitudinis ac diligentiae in rebus liturgicis exempla antiqua afferre solent; velut anathema inflictum iis, qui alium usum liturgicum sequerentur (MANSI VI 892 etc.). Ceterum aliam quoque rationem nonnumquam afferunt, ob quam a novandis ritibus abstinendum sit unam eandemque debere esse extrinsecus rationem unius, san tae, catholicae, apostolicae ecclesiae: propterea litem de paschate ortam esse (cf. HAM. ALIBIZATOS, Tò aìtion t. p. t. păska erìdon Ath. 19 1).

Huc pertinent quae Latinis crimini dantur de modo administrandi baptismi; de azymis (quorum usum ante saeculum IX generalem non fuisse A. LEBEDEV, Sobr c.-i. soč. VI 366-9; cf. K. M WOLLEY, The Bread of the Eucharist); de communione laicorum (cf. S[illegible] ep pereiaslaviensis, Com end. theol. 1805, 460 ec lesia nihil mutare potest in substantialibus sacramentorum v. g calicem a Christo institutum non potest cenae demere. Non est d[illegible] [illegible]amentorum'; ANDROUTSOS, Dogm. 367); de communione infantium (Cf. B P c [illegible], Graecor. recentior. sententiae... collatio 70[illegible],88-94; F R[illegible]H RD, Targa 1658 I 147-55); de caelibatu (R CHAR[illegible] I 289- 15; G[illegible]RG. SKOL. ap. Dosith., Tom. agap. 1698 II 313 ss. etc.); de kalendario emendato (MICH. NAU, Ecclesiae romanae graecaeque v eff. 1680, 240-67; IEREM. II. ap. SATHAS, Biografikòn Sked'asma p. t. patr Ierem. II. Ath. 1870,27 etc.); de ieiunio (NAU l.c. 267-79) de sculptis exstanti opere imaginibus et signo crucis (NAU 279-88); de cultu s. Cordis (Cf. Louis Asseline, Marie Alacoque et le Sacré-Cœur. P. 1873 p. 41; AAV VII 200-6) etc. Cf. GETTE in V i R. 1887 II 541-56.

Sed errant Graeci cum nihil a se mutatum esse in ritibus putant. Sicut formam ecclesiae in nonnullis rebus mutaverunt (metropolitarum munus sublatum est, « synodi » restitutae), ita frustra originem apostolicam quaerent usus miscendae calici consecrato aquae calidae, cf. M. A. PANARETOS in R e l'Or X 146-8, potestatis chrismatis consecrandi patriarchae reservatae; ceterum ne ipsi quidem liturgiam sive chrysostomianam sive basilianam ab apostolis repetunt. Plura de hac re v. ap. L. ALLATIUM, De eccl. occ. a. or. perp. consensione 1648 III c. 13, 1128-62, cuius argumenta resumuntur a K. WERNER, Gesch. d. apol. u. pol. Lit. d. chr. Th. III 1864,146-8; JUGIE in D Ap[4] II 381 ss. SALAVILLE in EO 14,1911,268-70.

Tamen aliquid Graecis concedi potest: ritus ab iis minus deliberate

mutatos esse quam a Latinis. The growth and modification has been natural, unconscious and organic. The Eastern Church has never been in the position of having to make a selection, so to speak, of what it will accept or reject; it has never reconstructed and recast its teaching. A C. HEADLAM, The Teaching of the Russ. Ch. L. 1897,24; cf. id., History, authority and theol. L. 1909,215. Verum providentiam divinam turbari animi humani applicatione quis dixerit?

G. LANZETTI.

## De vi sacramentorum.

Catholicis ab orthodoxis exprobrari doctrinam de efficacia sacramentorum ex opere operato a catholicis de controversiis inter utrosque theologos scribentibus saepe neglegitur, velut a M. JUGIE in Dict. Apol.[4], cap. Grecque (Eglise). Tamen latius fortasse haec quaestio patet quam multis patere visa est.

Antequam ad disputandum de ea re aggrediar, excusatione quadam mihi utendum est. Rogatus, ut quae utrimque afferuntur diligenter scrutarer et exponerem, mox difficultatem eo loco esse cognovi, qui a theologis catholicis ita neglegi solet, ut ab eorum argumentis afferendis potius abstinendum esse mihi persuaderem et sententiam oppositam cum omnibus quibus commendari videretur, exponere mallem ac refutationem eius exspectare quam res quae in omnibus theologiae catholicae libris continentur frustra repetere.

Ceterum fatendum est theologos orthodoxos de vi sacramentorum diversa statuere.

Sunt qui cum scholasticis theologis in capite hoc non discrepent. Tamen potius negative (quaestione accurate non proposita) quam positive consentiunt; velut MAKARÏJ (BULGAKOV), Pr.-dogm. bog. § 243; A. MALICEV, Kniga molebnyx pēnïj. Berl. 1897 XVI-III; cf. M. F. JASTREBOV in TrudyKDA 1907 II 502.

Alii, etsi illud Dosithei ὄργανα δραστικὰ χάριτος ἐξ ἀνάγκης (KIMMEL p. 450; MANSI 37,559; cf. definitionem energiae sacramentorum κοινωνία τε καὶ μετουσία τοῦ ἁγιασμοῦ τε καὶ τῆς χάριτος αὐτῶν: Synod. Cp. 1727. MANSI 37,897 n. 4; δραστικῶς τεταγμένον: NIK. BOULGARIS, Katekesis h. 1681 p. 4) comprobant, tamen catholicam doctrinam impugnant, negantes bonum motum interiorem necessarium non esse, sacramenta agere, etsi homo solum passive se habeat, dummodo ne impediat obex peccati mortalis (D. KURIAKOS in RITh 1897 p. 11; DUOBOUNIOTES, He dogmat. t. Krēstou Androutsou krinoměne 1907,51; S. V TROICKÏJ in Hastings ERE VI 43; P KREMLEVSKÏJ, Nužna li cerkovi xristïaninu 1902,110; VL. DIMITRIJEVIĆ in Sl. l.th IV 353; cf. V BELIAEV in Xr. Čt. 1915,1373; A. SVĒTLAKOV, Izlož. uč. pr. c. o Cerkvi 1878 etc.).

Maxime magicam naturam efficientiae sacramentorum petere solent non quod proprio sensu magicam eam a catholicis putari existiment (cf. BUSNELLI, Manuale di Teosofia 1911, p. 331-8; LAKE, The Earlier Epistles of St. Paul², 433), aut quod miracula fieri negent adhibito ad id aliquo corpore vel certis quibusdam sonis, sed quod negant effectum ab animis recipiendum similem esse effectui a corpore producto, i. e. « mechanice » agi posse in spiritum. (M. GRIGOREVSKÏJ in X̰r. Čt. 1906 II 276; am. X̰RISANT, X̰arakter protestantstva ²1871 p. 48-9; cf. BEN. BAADER, D. Verfassung d. christl. Kirche ² 1871, 14; J. S. CANDLISH, The Christian Sacraments p. 35-7).

Denique alii altius rem repetunt negantque ipsos ritus esse causas; signa tantum declaratoria sacramenta ducunt, velut PLATON {LEVŠIN}. Cf. GAGARIN, Religion et mœurs des Russes P. 1879 p. 106.

Hi omnes cum catholicis theologis positive consentiunt, quatenus protestantium opinionem, sacramentorum vim ad solum affectum excitandum vel confirmandum (Conf. Aug. Art. 13) revocantium reiciunt.

Cum triplici hac sacramentorum notione quaedam ulteriora cohaerent.

Ex primis ii, qui magis sibi constare videntur quam theologi catholici, negant, vel saltem in dubium vocant (ABAELARDUM secuti; cf. DEUTSCH, Pet. Abälard, Beil. 5 p. 466 s.; Theol. christ. l. 2 col. 1173. 1205) vim baptismi desiderii (ANDROUTSOS, Dogmatikē t. ort. anatol. ekkl. 1907, 327-8); nam si qua vis propria est sacramenti, eadem vis affectui tribui posse non videtur.

Alteri convenienter negant intentionem habitualem idoneam esse ad sacramentum recipiendum. Cf. MIX. ARX̰ANGELĮSKÏJ, O tajnē sv. eleja Spb. 1895, 107. Eadem opinione imbutis facile persuadetur contritionem imperfectam nihil iuvare ad recipiendum paenitentiae sacramentum (cf. MAKARÏJ, Pr.-dogm. b. § 224 I; Sl. l. th. VI 210 etc.).

E tertia opinione efficitur, quaestionem de communione infantium, licet communionis proprium sit hominem corpori Christi inserere, dogmaticam non esse, sed solum liturgicam; missae praesanctificatorum eandem esse vim atque missae ordinariae (cf. CHARON, Hist. des Patriarcats Melk. t. II 289); praeterea sine caritate nullum peccatum tolli posse; matrimonium clandestinum aeque valere atque contritionis actum, neutrum tamen esse sacramentum, sacramenti utriusque ministrum esse sacerdotem (1) etc. (2).

(1) Cf Androutsos, Dogmat. 398.

(2) Cum mechanica sacramentorum consideratione cohaeret metus ne ob intentionis ministri defectum sacramenta irrita sint (cf NIKOL HO KERAMEUS ap. DOSITHEUM, Tomos karas II 56); cohaeret oeconomiae in sacramentis administrandis apud orientales vigentis invidia; si enim mechanice agunt, aut totam gratiam confe-

Maximi momenti tertia opinio est, propterea quod *a*) non solum ii, qui alteram opinionem tenent, inscii tertia nituntur, nec nisi adversariorum argumentis seducti ad suam pervenire potuerunt, sed etiam opiniones adiunctas et usus (ut exemplum afferam, sacramento paenitentiae secus atque catholici tamquam simplici ritu in Russia passim utuntur) sequuntur quae tertia continentur; *b*) quod ea sola ab orthodoxis defendi serio potest, multo difficilior refutatu quam altera, a qua quin theologi orthodoxi in angustias coacti omnes recessuri sint dubitandum non est.

Itaque hanc tertiam imprimis accuratius exponamus.

Originem opinionis scholasticae (quam capharnaiticam vocare solent) de sacramentis ab ecclesia visibili confusa cum invisibili seu cum corpore Christi repetunt. Non enim animadvertisse eos posse aliquid dici de ecclesia visibili quod proprie valeret de invisibili, cuius illa expressio est (cf. M. O. GERŠENZON, P Ia. Čaadaev. Spb. 1908, 250), posse adhiberi vocem qua res exterior significaretur ad significandum factum interius, posse ritui externo, facti interioris symbolo, effectus huius facti tribui. Cum dicitur: Christus est qui baptizat, negant esse putandum (cf. Sl.l.th. II 157) Christum verba sacramentalia pronuntiare et gratiam effici ideo quod verum esse necesse sit quidquid dixerit. Sed Christum illud facere quod symbolo significetur quo sacerdos eius iussu utatur: inserere corpori suo baptizatum. Ritum vivum non esse ad formulam revocandum. Hoc errore factum esse, ut omnia sacramenta eodem modo agere putarentur: matrimonium sicut baptismum vel eucharistiam; ut in sacramento paenitentiae formula indicativa loco deprecatoriae induceretur etc.

runt aut nihil nec ecclesia rem mutare potest; orthodoxi autem tenent in schismate aut haeresi totam gratiam non conferri; etsi enim recipiuntur ut christiani, non tamen ut orthodoxi (cf A. XOMIAKOV ap. W. J BIRKBECK, Russia and the Engl. Church I 1895, 158); ecclesia vero agnoscere potest baptismum extra eam collatum, i. e. non postulat necessario novum actum externum, quo ut christianus orthodoxus aliquis recipiatur, sed solum actum quo e christiano heterodoxo orthodoxus fiat; — cohaeret praeterea opinio de vi ordinis quam orthodoxi non in mechanica donorum Spiritus S. traditione sed in potestatis ecclesiasticae transmissione (occidentali iurisdictionis collationi simili; cf. AAV VIII 170; de agnitis Iacobitarum ordinibus cf. Renaudot) ponunt (cf. Brief an Döllinger v. ein. Laien d. russ. or th. Kirche p. 35; K. DUOBOUNIOTES, He dogm. t. Kr. Andr. krin. 1907, 52); unde iuridismus occidentalis in paenitentiae usu a medendi ratione orientali (cf. A. ZAMIATIN, Pokaianïe 1904), vis sacramentorum e potentia divinitus collata et indelebili pendens apud catholicos, a vi eorum in auctoritate ecclesiae posita apud orthodoxos discrepat. Quod discrimen etiam latius patet sacerdos catholicus magister est: Deus per eum docere putatur; sacerdos orthodoxus est magistratus ab ecclesia ad exteriora (seu ecclesiae visibilis propria) munera gerenda, ad vitam supernaturalem interiorem visibiliter exprimendam delegatus, non propheta divinitus instructus (cf. AAV VIII 191) etc.

Duplex est vis sacramentorum : significant enim gratiam et externum eventum; ut exemplum afferatur, contractus matrimonii nor producit, sed significat, sollemnem, exteriorem, fixum reddit (« fiksiruet » A. Tuberovskïj, Voskresenïe Xristovo 1916 p. 274 cf. 279) eventum, quo matrimonium effectum est, sicut vitae initium non fit per nativitatem sed per conceptionem reconditam nec pubertas annc legali expleto et sicut matrimonium secundum theologos orthodoxos (1) cessat non declaratione ecclesiae sed ipso adulterii facto (cf. C. D. Wright ap. W F. Crafts, Practical Christian Sociology N. Y. 1895, 451 ; M. E. Krasnožen, Starye i novye zakony o razvodě Iurjev 1904, 10). Sacramentum matrimonii significat novum modum muneris christiani, idque mutationem sine sensu procedentem resumendo in modum abruptum; et simul eventum quo ab ecclesia hoc munere induitur. Utrumque cohaeret et utrumque maxime convenit homini ; nam vel ut habeat pro qua re gratias agat, necesse est eum continuam Dei actionem in phases vel stadia dividere inter se separata.

Haec opinio estne reiecta a concilio tridentino an non?

Verum est hoc concilium protestantes petiisse, imprimis Lutherum, qui his verbis usus erat, De captivitate babyl. cap. de bapt. t. II p. 287 {Sacramenta} sunt signa seu sacramenta iustificationis quia sunt sacramenta iustificantis fidei {non : iustificantis gratiae} et *non operis*: unde tota eorum efficacia est ipsa fides, non operatio. » Tamen verba quibus horum doctrinam reicit latius patere videri possunt.

Sess. 7. cn. 6 de sacr. in gen. (Denz.[11] n. 849) opinio condemnatur eorum qui negaverint sacramenta novae legis continere gratiam quam significent aut ea gratiam ipsam non ponentibus obicem conferre. Verum est addi : « quasi signa tantum externa sint acceptae *per fidem* gratiae etc., quibus verbis solum protestantismi error negatur, sed illa « quasi » particula non videtur posse restringi prior sententia. Potius contendi posset contradictorium huius enuntiationis esse : saltem aliquod sacramentum (velut Eucharistia) continet gratiam vel eam confert, non autem necessario omnia.

Sed videamus quid significet continere gratiam eamque conferre. Posse dici sacramenta continere gratiam quatenus signa gratiae sint Thomas Aq. S.th. III q. 62 a. 3 auctor est. Quaestio est potius possitne dici ea gratiam conferre (cf. K. I. Duobouniotes. Tà mustēria 1913 μεταδιδ. μυστηριωδῶς τὴν χάριν) et eatenus continere. Conferri autem gratia sacramentalis potest vel per quandam concomitantiam ita ut in ipso signo nulla sit virtus quae operetur ad sacramenti effectum sed virtus divina sacramento assistens effectum sacramenti producat, vel ita, ut ipsum signum sit causa instrumentalis. Sacramentum enim a Thoma Aq. III q. 60 a. 2 definitur : signum rei sacrae in quantum {haec

(1) Non omnes : cf. N. N. Glubokovskïj in Xr. Čt. 1914 p. 549.

res} est sanctificans homines. Potest autem symbolo tribui id quod vere ipsa re sacra efficitur (1). Similiter enim baptismi voce praeter receptionem in ecclesiam significari potest simpliciter eventus quo homo corpori Christi inseritur. (Baptizati estis = regenerati estis; cf. AR. J. TAIT, The nature and functions of the Sacraments 1917,62-3). Ipse s. Paulus ita locutus est acsi demum « baptismo » peccatorum, quae unquam commisisset, remissionem consecutus esset. Eiusdem generis metaphora est qua utimur cum claves, potestatem ecclesiae adire aliquem dicimus. Sane pictor actionem gratiae conferendae expressurus non ipsam rem sacram, sed symbolum eius pinget.

Sed etiamsi concilium « sacramenti » voce ritum ut est signum significasset, nondum efficeretur ritum esse causam (причина: ieromon. MAKARÏJ {PETROV č}, Cerkvi vostočnyja pravosl. učenïe Spb. 1783 § 88 p. 103) gratiae. Certe Durandus, In S. l.4 d.1 q.5 et scotistae (si non verbis, saltem re; cf. DUNS SC. Opp. XVI P.1894 p.183-6; SEEBERG, D. Theologie d. Scotus p. 345 ss.) sacramenta pro condicionibus tantum habebant nec veri simile est Tridentinum eorum doctrinam condemnare voluisse; quin, ut hoc evitaretur, Tridentinum a causae voce abstinuit (cf. POURRAT, La théol. sacramentaire[4] 1910 p. 164). Sane etiam res quae ut condicio concipiuntur (discrimen autem inter vulgarem et accuratam causarum condicionumque notionem bene explicavit A. KOWALEWSKI, Üb. d. Causalitätsproblem L. 1898, 96; cf. J. MACCOSH, The method of the Divine Government[4] 1855 p. 80-1; BOUTROUX, De la contingence des lois de la nature[3] 1898, 26 etc.) dici potest continere vel conferre effectum; velut canalem continere divitias alicuius regionis vel eas ei conferre, licet non sit nisi removens quod prohibet fluxum aquae; vel etiam clavem thesauri conferre vel continere vitae prosperitatem, licet facta sit ad reserandum.

Accedit quod certo quodam modo ipsis ritibus efficientia quaedam tribui potest: voluntas enim qua Deus sacramenta seu ritus symbolicos, quibus mystici eventus respondent, instituit, virtualiter includit voluntatem causativam signati; ergo sacramenta, ut illam voluntatem includunt, etiam voluntatis sequentis effectum et actionem ex divina dispositione includunt; includunt autem illam voluntatem, quatenus eam significant ut impletam ex Domini institutione.

Praeterea cum D. VIVA (Curs. th. 2 p.7 d.2 q.2 § 5 ss.; cf. etiam GUIL. ANTISSIOD., Summa l.4 tr.3) ad appropriationem hic usus loquendi revocari potest; dici enim potest: sacramentis virtus Spiritus S. appropriatur propter eorum significationem.

(1) Alio quoque modo sacramentis tribui potest efficientia si quis eo nomine amplectitur etiam praeparationem animi ad sacramentum vel gratiam sacramento respondentem recipiendam. Quae appellatio certe transversa est, sed occurrit apud ALEX. DE ALES, Summa Col. 1622 IV q.14 m 2 a.1 § 3 (468).

Verum est theologos Russos ritus sacramentales pro condicionibus non habere ; tamen facile concedent saltem votum sacramenti condicionem esse posse, quatenus nefas est praeceptum transgredi

Denique si ratio habetur aliorum Tridentini decretorum, prior vocis sacramenti explicatio etiam positive commendari videri potest Nisi enim admittitur ea voce in ritum proici quodammodo cogique actionem inuisibilem, negandum est quod Tridentinum dicit sacramentis *omnem* veram iustitiam vel incipere vel coeptam augeri vel amissam reparari (Sess. VII, Prooem. : STREITWOLF-KLENER, Libri symbol. eccl. cath. I. 1846 p. 38).

Praeter illum cn.6 et qui eo explicandi sunt cn.7.8 de sacramentis in genere, baptismus in Sess. 6 cp.7 (DENZ.[11] 799) causa instrumentalis iustificationis vocatur. Sed nihil inde effici posse iam e Sl.l.th. VI 251 ad 4 apparet; est enim causa instrumentalis quia et quatenus est signum fidei seu quatenus fides eo exhibetur, quae est condicio absoluta iustificationis, sine qua nulli unquam contigit iustificatio », seu quatenus est actio symbolica qua fideles constituimur et in ecclesiam recipimur. Neque enim frustra vel inutilis ornatus causa haec verba addita sunt, sed ut rem explicarent. Aliis verbis dici potuit : ut aliquis iustificetur, necessarium est eum baptizari, i.e. christianum fieri; non autem eo ipso — formaliter — iustificatus est, sed solum dispositive seu per modum causae instrumentalis.

De EUGENII IV. decreto pro Armenis nihil dicendum hic est, quia peremptorium non est.

Itaque haeresis a catholicis accusari posse non videtur qui sacramentis declarandi tantum vim tribuit eaque definit ut « symbola mystici processus interioris seu invisibilis, quo homo cum Christo coniungitur in ordine ad societatem operis redemptionis ». Cf. MALDONATI De sacr. 1676 I c.2 p.41 iudicium de sententia ALEX. DE ALES aliorumque et A. VEGA, In decr. Trid. l.13 c.33 (tueri eos possumus) de iis qui absolutionem declaratoriam solum esse defenderunt.

Sed videamus argumenta.

*a*) positiva : 1) *Communio* symbolum est insertionis habitualis hominum in corpore Christi; quae insertio numquam communione ipsa fit sed diu antea facta est, tantum ea repraesentatur sicut baptismo id tribui solet quod « baptismo desiderii » iam effectum est. Si Eucharistiae sacramentum illud efficeret quod significat, communio necessaria esset necessitate medii, sacramentum mortuorum esset, nec baptismo aut paenitentia peccata remitterentur etc.

Huius orthodoxorum doctrinae (cf. DIONYS. patr. Cp., Super Calvinistar. erroribus 1672 MANSI 37,455; S. KUMENITĒS, Dogm. didask. 1703,59 διὰ τοῦτο ὁ εὐμήχανος καὶ πάνσοφος θεὸς ἄνθρωπος ἐγένετο, ἵνα διὰ τῆς οἰκείας ἐνανθρωπήσεως συναποθεώσῃ πάντα ἄνθρωπον ἐρχόμενον εἰς αὐτὸν καὶ θεωθῆναι βουλόμενον διὰ τῆς ἱερᾶς μεταλήψεως τῶν παναγίων αὐτοῦ

μυστηρίων; LEBEDEV, O lat. kultĕ Serdca Ïisusova[2]. Spb. 1903, 79-80 etc.) testes sunt IREN., Haer. 5,2,2 M.7,1124; AUG., In Io. tr.26, n.13 M.35,1613; Sermo 57 c.7 M.38,389; GELASIUS, Ep.14 « Necessarium » ed. Thiel p.541; Io. CHRYSOST., In Io. hom.46 n.3 M. 59, 260; CYR. HIEROS., Catech. 22,1 M. 33, 1097; 22,3 M. 1100; GREG. NYS , Or. catech. 37 M.45,93; AUG., Serm.57,7; MAX. CONF., M.90, 877; Io. DAMASC. etc. Cf. A. v. HARNACK, Lehrb. d. Dogmengesch [4] II 455; « Wenn die Handlung (des Abendmahls) ihr Wesen und ihren Inhalt aus der incarnatio empfängt {CYR. ALX.; LEO, Ep. 59}, diese aber auf die Vergöttlichung abzweckt, so ist sie eben selbst das reale Mittel der Vergöttlichung. Es ist derselbe Gedanke, den schon Ignatius mit seiner Bezeichnung der h. Speise als φάρμακον ἀθανασίας angedeutet hatte. Ceterum vel catholici theologi nonnumquam ad hanc sententiam prope accedunt, velut cum E. SPRINGER docere conatur — rei veritatem contorquens — baptismum esse manducationem spiritualem Eucharistiae (Pastor Bonus XXIV 602-10; 652-9).

2) Similiter de *confirmatione* argumentum institui potest. Si enim confirmatio symbolum est Spiritus S. hominibus donati, iam infantes baptizati Spiritum acceperunt. Cf. HIERON., C. lucif. 9 M.23,164-5. Quin etiam ante baptismum Spiritus S. accipi potest; cf. Act 10,47 et HIERON., Ep. ad Heliodor. 14; J. DRUMMOND, Studies in Christian Doctrine L. 1908, 414.

3) Ex usu ecclesiae in *baptismo* observato. Nec enim olim cuiquam persuasum erat se debere cum propriae vitae discrimine infantem in periculo positum baptizare, nec nefas esse vulgo existimabatur baptismum differri; exemplo sunt Hieronymi, Ambrosii, Basilii; nam etiam ii, qui firmiter decreverant christianis moribus uti, metu humanae inconstantiae ducti habebant, cur paenitentiae publicae baptismum serotinum praeferrent, — si baptismo vis erat gratiam declarandi, non conferendi. Cf. etiam Canones HIPPOLYTI n. 36 (ACHELIS in TU VI 4).

4) Ex usu ecclesiae in *paenitentia* observato. Numquam enim peccata absolutionis tempore remittebantur; absolutio enim non dabatur nisi postquam gratiam divinam reciperassent qui eam perdidissent. Nec patres remittendi effectum absolutioni tribuunt nisi quatenus absolutio figura est copiae remissionis peccatorum post baptismum commissorum, quemadmodum baptismus figura est veniae peccatorum extra ecclesiam commissorum; tribuuntque eam paenitentiae, conversioni. Res est manifestissima in occidente. Ibi paenitentia non imponebatur nisi pro adulterio, idololatria, homicidio; id apparet e canonibus paenitentialibus quae saec. III. exeunte valebant; etiam in conc. illiberritano maxima pars canonum ad haec peccata pertinet, applicabantur tamen minus mechanice. Cetera peccata « contrariis operibus » (PACIAN.) exstinguebantur, nulla vero satisfactione canonica aut absolutione (cf. AMBR., De lapsu v. n. 32.36). Cf. ACHELIS, D. Christentum in d. ersten

3 Jhd. II 1912, 125-33; « La réconciliation ecclésiastique est le rite, le signe sensible de la rentrée en grâce avec Dieu » A. D'ALÈS, Etudes 1915 t. 145, 44.

Praeterea adversarii ad sententiam suam tuendam statuere debent peccata remitti posse sine caritate, quam, ne quis peccet, necessariam esse concedendum est; id quod videtur absurdum esse.

5) Si ritus sacramentales causae efficientes essent, *effectus* eorum esset aut dispositio animi aut ius ad auxilium gratiae aut grátia sanctificans aut eius augmentum. Atqui non primum, nam hoc pugnat cum experientia; non tertium, quia non omnia sacramenta sunt « mortuorum », non quartum, quia insertio hominis in corpus Christi est indivisibilis, non admittit plus vel minus. Restat ius ad auxilium divinum; hoc oritur ex eius necessitate; homo etsi non confirmatus eget auxilio divino ad munus suum implendum et quo eget ad munus quod accepit, ad id ius quoque habet. Dices accipit ius ad auxilium uberius, efficacius. Sed hoc nec experientia testatur nec traditio docet; nec Deus largiendi rationem ad res accommodat, quae ex voluntate hominis non pendent.

6. Ex *1 Pet 3,21*. Quo loco effectus salutaris baptismi diserte tribuitur non ritui externo sed solum interiori eventui qui hoc symbolo significatur. Cf. Hebr 9,13 s. et H. WINDISCH, D. kathol. Briefe 1911, 69; D. G WOHLENBERG, Der 1. u. 2. Petrusbr. 1915 p. 118-9; A. TUBEROVSKIJ, Voskresenie Xristovo 1916, 275.

7 S. PAULUS magicam vim baptismi ignorat; quae alias sacramento tribuit, ea aliis locis rei sacramento significatae adscribit. Cf. C. CLEMEN, Religionsgeschichtl. Erklärung des N. T. Giess. 1909, 174-5. Et illud ipsum quod, ut supra vidimus, baptismo effectus tribuit, quos certe ante hunc eventum symbolicum consecutus erat, argumento est veram esse orthodoxorum opinionem.

8. Similiter de Io. dicendum est. Cf. BAUMGARTEN ap. IOH. WEISS, D. Schriften des N T. II 3,344.

9. *Patrum* loci si accurate examinantur nec voces ambiguae sed sententiae considerantur, idem testantur. Afferri possunt: CYPRIANUS, Ep. 68 n. 12 CSEL III 760-1 (aliter pectus credentis abluitur, aliter mens hominis per fidei merita mundatur); STEPHANUS ap. FIRMIL., Ep. 75 (Cypr.) n. 9 CSEL III 816 (dicunt eum qui quomodocumque foris baptizatur mente et fide sua baptismum consequi posse); AMBROS. {?}, De sacram. l. 1 c. 3 (non vidisti illa quae operantur); ⟨EUAGRIUS ANT.⟩, Quaest. in N. et V T. 59, 1 CSEL 50, 105 (aqua cernitur, sed qui non videtur, Spiritus operatur, ut fides in eo sit, quia sicut sordes corporis aqua, ita Spiritus animam abluit a peccatis); AUG., Ep. 98 ad Bonifat. n. 2 M. 33, 360 (aqua exhibens forinsecus sacramentum gratiae et Spiritus operans intrinsecus beneficium gratiae; Augustinum non docere signum esse causam effectus quem significat certum est; cf. POURRAT,

La théol. sacramentaire[2] p. 25). — GREG. M., In evang. hom. 26 n. 6 absolutionem pro sola declaratione habet (A. Lagarde in RHLR III 1912 p. 181); similiter HIERON, In Mt 16,19; AUG., In Io. tr. 49 n. 24; FIRMIL., Ep. inter Cypr. 75 n. 4 CSEL III 812; AMBR., De Sp. 3 c. 18; Io. CHRYS., In Gen. hom. 30 n 5 etc. — GREG. NYSS., Serm. in bapt. Chr. M 46,581 (ὑπηρετεῖ πρὸς ἔνδειξιν τῆς καθάρσεως); GREG. NAZ. Or. 40 n. 8 M. 36,368 (nihil aliud esse vim et facultatem baptismi existimare debemus quam secundae vitae ac purioris vivendi rationis pactum cum Deo initum); cf Carm. l. 1 s. 1 c. 9 v. 91-2: baptismus infantium signum tantum est (σφραγίς quid sit v. Or. 40, n. 4 M. 36,364), baptismus adultorum remedium }ex opere operantis{.

Nec potest responderi denotari his locis sacramentorum causam principalem tantum; nam nemo unquam dubitavit aut dubitare potuit quin Deus esset auctor et causa principalis salutis; ergo cum patres a sacramentorum ritibus abesse dicunt efficientiam, simpliciter, non cum restrictione sunt audiendi.

Augeri haec argumenta possunt consideratione locorum quibus patres, si magicam vim sacramentis tribuissent, omnino aliter loqui debuissent; velut CYPR., Ep. 63 ad Caec. CSEL III 701-17, ad docendum vino, non aqua, utendum esse in Eucharistia celebranda.

10) Patrum sententiae ex occasione enuntiatae exceptae sunt *scholasticorum* de re meditantium assensu Iuvat commemorare ARNOLDUM BONAEVAL., De cardinalib. operib. Christi 4 M. 189,1628 (rem vero sacramenti Spiritus S. format et. efficit); ALEXANDRUM III. (GIETL, D. Sentenzen Rolands. Freib. 1891,203: in baptismo remissa ostenduntur et certificatur ecclesia tunc de remissione facta. Tunc enim dicitur aliquid fieri cum ostenditur factum; unde apostolus loquens de Filio Dei ait: « Factus est oboediens... donavit illi nomen quod est super omne nomen », non quod ab initio non dederit, sed tunc dedit, i. e. tunc innotuit hominibus datum. Sic in baptismate peccata dimittuntur, i. e. ostenduntur remissa); ADAMUM DE PERSEIGNE, Ep. 26 ad abb. de Vernusia M. 211,681 D et 682 C. Cf. ROB. PULLUS, Sent. l. 5 c. 13; Mag. SIMON, Cod. lat. monac. 19134 f. 100; in oriente v. c. Novaịa Skrižalị 4 c. 2 § 1 ap. N. PALỊMOV, Postriženie v monašestvo 1914 p. 92-3.

Praeterea afferamus ROB. PULLEYN, Sent. l. 6 c. 61 M. 186,910 (Absolutio quae peracta confessione super paenitentem a sacerdote fit, sacramentum est, quoniam sacrae rei signum est. Cuius sacrae rei est signum nisi remissionis et absolutionis? Nimirum confitentibus a sacerdote facta a peccatis absolutio remissionem peccatorum, quam antea peperit cordis compunctione designat); PETRUM PICTAV., Sent. l. 3 c. 13 M. 211,1071 (Quod autem obicitur quod res praecedit signum, i. e. contritio praecedit confessionem, non est mirum. Quandoque enim in multis rebus *res* et *signum* simul sunt, ut circulus et taberna.

Quandoque *signum* praecedit rem, ut nubes obscuritatem vel pluviam. Quandoque signum praecedit rem {l. *res*}, ut vestigia quae denotant aliquid praecessisse... Verius videtur quod confessio sacramentum sit et res signum praecedat). Cf. HAYMO HALB., Hom. de temp. 81 M. 118, 494; HERICUS ANTIS., Hom. in die apost. Petri et P. M.95,1483; RADULPHUS ARDENS M. 155,1391-2; PETR. LOMB., Sent.l.4.d.18 M.192, 1100; ALEX. DE ALES, S.th.p.IV 1575 q.21 m.1 (p. 339: dicitur baptisma peccata dimittere ratione rei interioris quam Deus infundit. Similiter sacramentum paenitentiae); BONAVENT., In l.4 a.2 q.1; Io. MAIOR, In l.4 d.14 q.2; GABRIEL BIEL, In l.4 d.14 q.2 a.2; RAYM. DE PENNAFORTE, Summa cas. R. 1603 p.493-4; cf. KÖNIGER, D. Beicht nach Caesar. v. Heisterbach. 1906 p.77.94; etc.

Primus inter scholasticos sacramentorum notionem crassiorem HUGO VICT. videtur invenisse. Cf. HARNACK, Lehrb. d. Dogmeng.[4] III 548; STEITZ-KATTENBUSCH in RE[3] 17,360.

*b*) negativa (argumentis adversariorum refutandis).

Iam in cn. tridentino explicando quaedam commemorata sunt, quae ad solvenda argumenta valent. Pauca addi necesse est quae ad sacramenta universa pertineant. Cum enim ritibus V. T. ut infirmis atque inanibus ritus N. T. opponuntur, concludi non potest illos signa rei sacrae non efficacia, haec eiusdem signa efficacia esse. Etsi enim verum est Christi opus etiam ad V T. pertinuisse, tamen haec eius vis ritibus externis significari non potuit, quippe qui spatio ac tempore contineantur; neque enim res quae sunt extra tempus aliter humano modo exprimi possunt nisi historice. Negandum igitur est circumcisionem vim sacramentis similem habuisse; nihil enim nisi virum ad populum electum pertinere significabat. — Locos s. Pauli (Gal 3,27; 1 Th 4,13 ss.; 1 Cor 6,11; 10,1 ss.; 12,13; 15,29; Rom 6,2.7; Col 1,13; Eph 5,26; Tit 3,5) et epistulae ad Hebr. C. CLEMEN (Religionsgeschichtl. Erkl.d.N.T. 1909; 167-75; contra HOLTZMANN, HARNACK, GUNKEL, BOUSSET, JÜLICHER, LIETZMANN etc.) docet nihil efficere. Cf. DOBSCHÜTZ, Theol. Studien u. Kritiken 1905; DEISSMANN, Paulus 1911; J. R. WILKINSON in Rev. of Theol. a. Philos. VI 1911, 533-4; KENNEDY, St. Paul a. the Mystery-Religions 1913; AR. J. TAIT, The nature a. functions of the Sacraments 1917, 67-9. — Reliqua in singulis sacramentis considerandis perstringere in animo est.

I. De *baptismo* Omnia explicantur, si sumitur baptismum significare hominis in ecclesiam visibilem cooptationem ac respondentem huic receptionem in statum humanitatis redemptae, muneris Christi participis (1). Sequitur baptismo significari non ablutionem sed immersionem,

(1) Die Taufe macht zum Eigentum Jesu Christi 1 Cor 1, 13, sie versenkt und versetzt in ihn hinein Rom 6,3 ss.; Gal 3,27: W HEITMÜLLER, Taufe u. Abendm. im Urchristent. 1911 p. 16; cf. p.12: Versiegelung oder Verstempelung. Cf. J. J. LANIER,

mortem cum Christo communem (cf. Mc 10,35; Papyrus Parisin. 47, ZNW XIII 1912,9; Rom 6,3.4; Cyr. Hier., Catech. myst., 2,4 M. 33, 1079; Const. Ap. III 17, Funk 211-3 etc.); baptismus per infusionem vel aspersionem collatus non est nisi vicarius sicut baptismus sanguinis.

Mc 16, 16 qui baptizatus erit, intellegi potest qui sacramentum baptismi receperit, i e. (cum actio baptismalis sit symbolica qua repraesentatur effectus invisibilis supernaturalis) qui acceperit id, quod symbolo baptismi exprimitur; vel etiam intellegi potest qui praeceptum positivum de baptismo observaverit. — Io 3,5 non potest afferri contra hanc opinionem nisi (contra recentiores exegetas, velut Zahn in h. l.) probatur baptismum intellegendum esse baptismum christianum, non baptismum Ioannis eiusve discipulorum. Ceterum etsi hoc constaret, nondum efficeretur ritum baptismi causam habendam esse salutis. Animadvertendum est, saepe de regeneratione agi sine baptismi mentione. — Act 2,38 baptismus ab aliis lavationibus distinguitur verbis in remissionem peccatorum, non efficientia ritui ipsi tribuitur. — Nihil aliud precibus liturgicis probari vel inde patet quod *post* baptismum in ritu aethiopico Deus rogatur Spiritum tuum quoque Sanctum super hos famulos tuos misericorditer emitte iisque regenerationem ex aqua et Spiritu S. cum peccatorum remissione largire. Assem., Cod. liturg. eccl. univ. R. 1749-66 II c. 3 p. 191; cf. Ph. a Carboneano ap. Antoine Th. mor. 1757 II 164. — Io. Chrysost., Hom. 25 v. 26 in Io n. 1 M. 59, 153 (sicut Beda, In Lc l. 1 c. 10) de virtute sanctificandi loquitur aquis e contactu carnis Christi in Iordane collata. At nullam virtutem supernaturalem aquam tum accepisse constat; nihil igitur aliud s. orator dicere voluit nisi aquam designatam esse materiam baptismi. Quae cum ita sint, cum alii de vi divina aquae loquuntur velut Ambr., De myst. 4, 21; Aug., Hom. 80 in Io.; Greg. Nyss., Or. cat. 33 M. 45,84; Io. Dam., De f. o. 4,9 M. 94, 1121 B: τὰ γὰρ ὁρατὰ σύμβολα τῶν νοουμένων ἐστίν; Aprem etc., nihil quod plus valeat inde effici potest. Cf. Petr. Dam., Gratissim. c. 20 M. 145, 131. De locutione conferendi gratiam (cf. Opt. Milev., De schism. l. 5 c. 1; Conc. Araus. c. 25 Mansi 8, 717) iam supra diximus. Si huiusmodi locorum sententia crassior accipienda esset, opiniones falsissimae patribus tribuendae essent; velut Const. Ap. 7,43; Cyr. Alx., In Io 3,5 M. 73,244 (Spiritu enim sanctificatur hominis spiritus, aqua vero sanctificatur corpus); Cypr., Ep. 70,1 CSEL III 767; Paulin. Nol. ap. Le Blant, Inscript. chrét. de la Gaule II 1854,390 (Sanctus in hunc caelo descendit Spiritus amnem, caelestique sacras fonte maritat aquas) etc.

Ceterum animadvertendum est 1° mirum non esse, si quidam theologi antiqui, scholasticorum instar, conatum habuerint ad imagines

The Church Universal: A Restatement of Christianity in Terms of Modern Thought 1911.

seu figuras premendas vel difficultatem in earum natura intellegenda (cf. A. Malvy in RSR VIII 521[3]: flottement); 2° etiam facilius accidere potuisse ut imprudentes in figuris haererent; imagines statuaeque saepe rerum quae iis significabantur vices gesserunt; 3° nonnihil superstitioni tribui posse; saltem Tertullianum, qui etsi De bapt. c. 6 fidem dicit impetrare ablationem delictorum (cf. d'Alès, La théol. de Tertull. 1905, 331) tamen vim ritus videtur exaggerare, A. Harnack, Lehrb. d. Dogmengesch.[4] I 472 existimat superstitionibus niti, quippe qui aquam ad Spiritum S. et spiritus impuros (cf. Melito ap. Pitra, Anal. Sacra II p. 3) pertinere crediderit; 4° ad immutandas notiones aliquid momenti etiam mysteria opinionesque religionum antiquarum et gnosticismi (cf. M. Schlesinger, Gesch. des Symbols 1912 p. 326) habere potuisse. Harnack quidem eo modo dispositas mentes fuisse christianorum tenet (Die Mission u. Ausbr. d. Chr. I 1915, 228.232). Ansam vero huius alienae opinionis recipiendae A. v. Stromberg, Studien zur Theorie u. Praxis d. Taufe (N. St. z. Gesch. d. Theol. u. K. XVIII) 1913, 249 dicit fuisse « weil die organische Einheit zwischen Heilserfahrung und Taufe des Christen zerrissen ist. » Cf. G. Anrich, D. antike Mysterienwesen in s. Einfl. auf d. Chr. 1894 p. 105.113.187-8; 5° artis dicendi scribendique rationem non solum in verbis adhibendis sed etiam in ipsa explicatione veritati vim inferre posse. — Denique animadvertendum est nihil effici ab eo qui probet aliquos patres baptismi ritum regenerationem (τὸ τῆς ἀναγεννήσεως: Orig., In Io. t. 6 n. 33 al. 17 Gr Chr Schr IV 143; de Herma cf. G. Wobbermin, Religionsgeschichtl. Studien zur Fr. d. Beeinfl. d. Chr. d. d. ant. Myst. 1896, 151) efficere aut eum non ob praeceptum (cf. Aug., Qu. in Heptat. l. 3, 84 M. 34, 712-3) sed ob eius efficaciam necessarium esse ad salutem existimasse. Illud enim falsum est, hoc certe non de omnibus sacramentis affirmatur; neque affirmari potuit ab iis qui sacramenta vocabant etiam symbola quae causas gratiae esse nemo dixerit (cf. Aug., De pecc. mer. et r. 2, 26 M. 44, 176).

II. *De confirmatione.* Ritus confirmationis vis est significare christiani munus fluens e statu hominis sui iuris. Cui muneri gratiae quaedam respondent: per Spiritum S. conscientia collustratur, ingenium confirmatur, nascuntur in confirmato caritas, gaudium, pax, patientia, benignitas etc. (Gal 5, 22.23). Quorum donorum largitio ritu symbolico in certum temporis punctum transfertur. Tempore apostolorum huic ritui donorum quasi ipso momento acciperentur subiectio seu imago adiungebatur: et loquebantur linguis et prophetabant (Act 19, 6). Nihil interest, utrum haec dona exteriora habeantur veri nominis miracula an eventus psychologici explicandi quos sive casu sive providentia divina res disponente, sollemnitas ritus in peculiari illorum temporum condicione facti tulerit. Si miracula dixeris, assimilanda sunt miraculo ascensionis Domini quod factum non est nisi ad oculis subiciendam

rem invisibilem; si negaveris, certe, etsi facile errari potuit in iis eventibus aestimandis, tamen fatendum est eos non simpliciter humanae originis esse, sed ad eos efficiendos conspirare et res externas mentem sensumque hominis disponentes et condicionis supernaturalis, i. e. inhabitationis Spiritus S. veritatem, cuius illi eventus splendor quidam externus sint. Haec explicatio in promptu videtur esse, nisi quis aut oculis nucleo clausis in putamine haeret nec dubitat absurdissima fingere (cf. Gunkel, D. Wirkungen d. h. Geistes nach d. popul. Anschauung d. ap. Z. 1888; Weinel, D. Wirkungen d. Geistes u. d. Geister 1899 etc.), aut scholasticorum more locos scripturae a contextu divulsos ac seiunctos libere interpretatus ratiocinatiunculis ea inde colligit, quae opinioni angusti animi capharnaitarum accommodari possunt.

III. De *eucharistia*. Ratio eucharistiae multiplex est. Distinguenda sunt hic α) sacramentum, β) ratio quae scholasticae de transsubstantiatione opinioni respondet γ) sacrificium.

α) Concilium trid. S. 13 cp. 2 docet haec Effectus Eucharistiae est : cibus animarum quo aluntur et confortantur. Hoc ad gratias actuales pertinere videtur sive eas, quae proprium eucharistiae effectum (i. e. effectum, cuius eucharistia proprie symbolum est) consequuntur sive eas, quae ex animi dispositione in eo, qui ad eucharistiam accedit nascuntur. Quidquid patres tridentini significare voluerunt, eucharistiae sacramentum symbolum est hominis in corpore Christi permanentis, cum Verbo coniuncti; ideoque est sacramentum artissimi necessitatis cum Christo vinculi. Non initium novi status olim factum eo exprimitur sed vita interior cotidiana, vita in Christo eiusque fructus velut lenticulato vitro collecta repraesentatur. (« Qui caritatem invenit Christum manducat in omni momento » Isaac Nin., De f. et paen. ed. I. B. Chabot 1892 p. 7). Similiter etiam paenitentiae sacramentum imago est vitae interioris. Inde intellegitur cur « communio » intime cohaereat cum communione ecclesiastica (excommunicatio); item cur effectus communionis in animum lege psychologica redundans (« ex opere operantis ») non sit omnino extra sacramentum collocandus sed ipsi symbolo vitae interioris animi nostri admisceatur ut eius vitae reflexa, i. e. sensa coacervatio animi responsum ad illud argumentum sanctissimus, pulcherrimus, amoris dignissimus et plenissimus mihi se tradit.

Differentia quam inter baptismum et eucharistiae sacramentum indicavimus, non est res maximi momenti; id quod in ipso evangelio significatur, si Loisy in RHLR 1900, 488 recte interpretatus est 1 Io 5,8. — Praeter hanc sacramenti naturam ad hominem individuum pertinentem alia ratio symbolica in eucharistia inest. Non uni sed omnibus datur, in commune accipitur (κοινωνία) et hoc modo mysticam fidelium in Christo unitatem significat.

β) De « transsubstantiatione » sunt orthodoxi, qui a scholasticorum opinione vix discrepant; velut MAKARÏJ, Pr.-d. bog. § 216 I; ANDROUTSOS; alii; ex antiquioribus unum commemoro MELETIUM PEGAM (Perì t. akr. muster. tò deùteron). Recentiores tamen scholasticorum opinionem fere reiciunt (cf. AAV VII 207), maxime illud negantes substantiam panis desinere esse (cf. W. PALMER, Notes of a Visit to the Russ. Ch. 1882 p. 239.263.281.531). De antiquis disputatur in utramque partem. Cf. Io. M. CARYOPHILUS, Elegkos... Zak. t. Gerganou 1631, 421-70; CLAUDE, Réponse au livre de M. Arnaud int. La Perpet... Qu. 1670, 151-610; P. RICAUT, The present state of the Greek and Armenian Churches L. 1679 p. 181-7, qui negat Graecos quaestionem bene intellexisse; DOSITEOS p. h., Egk k.t. Io. toû Karuopùlle 1694, 79-105; B. PICTET, Graecor. recentior. sententiae cum Graecor. vet. plac. br. collatio. Amst. 1700, 33-7; J. FECHT, Kurtze Nachr. v. d. Relig. d. heut. Gr. 1711 p. 51.94; DE LA CROIX, Etat présent des nations et églises, Grecque, Armen... 1715,59; JOHN COVEL, Some Account of the present Greek Church.. Cambr. 1722, 106-81; J. P. KOHL, Ecclesia gr. lutheranizans. Lub. 1723, 124-31 etc.

Qua in re dogmatica differentia statuenda non est. Cf. CH. A. BRIGGS, Theological symbolics. Ed. 1914, 287-9. Illud enim solum definitum est a catholicis: « Transsubstantiatio nihil addit praesentiae corporis Christi nisi desitionem panis virtute significationis verborum seu quo verba Christi sint vera, et nomine transsubstantiationis nihil aliud est intellegendum ». FR. VERONIUS, De reg. fid. cath. c.2 § 12 M.Curs.th. I 1386. Similiter BOSSUET dogma catholicum definivit (cf. JOHN BARNES, Catholico-romanus pacificus s.8 in O. GRATIUS, Fasciculus rer. appetendar. II 1690 p.849; DU PIN ap. Arch. MACLAINE in J. L.v. MOSHEIM, An Ecclesiastical History 1825 t.VI. Append. III p.96; LEBRETON in R pr. d'Apol. IV 1907,533; BATIFFOL in RClFr 55,1908,532; E. LE ROY, Dogme et critique 260-2 etc.). — Orthodoxi plerique vocem transsubstantiationis recipiunt (velut synodus cp. 1727 MANSI 37,899: ἀκριβέστατα ἐμφαντικὴ καὶ σημαντική); eadem vox iam ante DOSITHEI confessionem usurpata est a Georgio Coressio, Dionys. protosync., Gabr. Philad. (cf. SIMON, Fides eccl. orientalis 119), praeterea — ut testatur synodus cp. a. 1691 (patr. CALLINICUS) — etiam a Gennadio Schol., Max. Margunio, Mel. Pega, Nect. Hieros. (MANSI 37,465). Primus (1) autem Michael Palaeol. ea voce usus videtur esse ap. MANSI 24,72 (cf. JUGIE EO X 1907,5-12; A. PALMIERI, Theol. orth. I 500-1). Itaque verum non est synodum hieros. ea voce usam esse « ex imperio et voluntate romanensium » (KIESLING, Hist. concertationis Graecor. Latinorumque de transsubst. in sacrae Euchar. sacram. L. 1754,317);

(1) Inter Latinos primus videtur fuisse HILDEBERTUS TURON. († 1137) M. 171, 776.

CALLINICUS patr. cp. a. 1691 (MANSI 37,467) opinionem eorum anathematizavit, qui vocem μετουσίωσις negarent esse orthodoxam et a contagione Latinorum repetendam esse putarent. (1)

Quam vocem aliter interpretari solent ac scholastici (cf. P. SVĒTLOV in Bog. V. 1904 I 282; DUOBOUNIOTES, Opeilomene apant. Ath. 1908 etc.). PHILARETUS diserte solum graecam vocem comprobat, transsubstantiationem per abusionem usurpari ait; distinguit enim substantiam ab essentia (Cerk. Vēst. 1897 27/III). Cf. A. C. HEADLAM, The Teaching of the Russian Church. L. 1897 8-12. CYRILLUS patr. Alx. in ep. ad M. Antonium de Dominis 6/IX 1618 transsubstantiationem chimaeram appellat; solum simul praesens esse corpus Christi (proprie, essentialiter, realiter) tenet (« praesensque cum re subiecta adesse creditur ») ap. LEGRAND, Bibl. hell. t. IV 1896 p. 335.

Sed non sola scholasticorum de transsubstantiatione opinio magicam efficientiam poscere videtur, verum etiam opiniones ab ea diversae. Sunt enim qui eam quam scholastici transformationis opinionem vocant tueantur. Transsubstantiationem mutationi ciborum in corpus receptorum assimilant. In occidente hanc opinionem DURANDUS secutus est. Eam defendi posse (etiam post Tridentinum) Petrus de All., Caietanus, card. du Perron existimant (negant alii, velut LERCHER in AAV VIII 106). Similem opinionem professi sunt DESCARTES (ZkTh 1915,24), CALLY, Durand commenté ou l'accord de la phil. avec la théol. touchant la Transsubst. de l'Euch. 1700,182 ss. (2), DES GABETS, DE VIOGUÉ, DE CLERSELIER, ROHAULT, alii. — De PALUDANO (In l.4 d.21 q.2 a.1 n.24), OCKAM (In l.4 q.6 col.2), PICO MIRANDULANO (Apol. q. 6), IOANNE PARISIENSI, aliis v. theologos antiquiores velut G. VASQUEZ, In III. p.t.3 (Antv. 1614) disp.180 c.5 (133) et 7 (137).

Ab opinione quam modo commemoravimus nonnihil differt opinio dicentium substantiam quae fuit substantia panis fieri corpus Christi ita ut non desinat illud quod est substantia, sed solum ratio ob quam est substantia huius corporis. In occidente similem huic opinionem proposuit Bayma (S. Offic. 7/VII 1875; J. PICCIRELLI, Disquisitio dogmatica crit. schol. polem. de catholico intellectu dogm. trans. p 35-6). Impugnatur huius sententia recentissime apud J. PICCIRELLI l. c. p. 185-7 et in R Thomiste 1914 p. 552-3. Quod hoc loco affer-

(1) Praeter hanc vocem res significatur simili modo velut : μεταβολὴ οὐσίας εἰς οὐσίαν : ATAN. PARIOS Epitome eite sulloge 1806, 211.

(2) De même que lorsque nous mangeons, le pain, le vin et les autres aliments que nous prenons ne demeurent pas en nous, mais que leur substance perd sa propre forme et reçoit la nôtre, de même dans le mystère de l'Eucharistie, une portion de la matière perdant la forme du pain reçoit celle du corps de Jésus-Christ. La substance du pain et du vin ne reste donc pas dans l'Eucharistie. Cf. G. VATTIER in Ann. de phil. chr. 1912 t. 163, 380-409.

tur la vérité de la formule « ceci est mon corps » exige que *tout* ce qui *était* du pain ait disparu; atqui Baymana opinio conservat omnem panem — falsum est. Nam nec accidentia evanescunt nec, si substantia panis cessat ita, ut eius substantia iam sit corpus Christi, verum est panem manere. Piccirelli autem afferens voces substantiae et accidentium usurpatas a conciliis constantiensi et tridentino, non probat eas eodem modo intellegendas esse quo philosophi scholastici eas intellexerint. — Similis Baymanae opinioni est ea, quam GEORGEL proposuit in Ann. de philos. chr 1901 t.142 p.184 Rien donc n'empêche que... le Verbe incarné, pour nous donner son véritable corps, se contente de transformer la substance du pain en la faisant participer au moment où il se l'unit, à la vie de son âme et à sa personne. Cf. etiam A. DĘBROWSKI in Sl. l. th. III 6. Ex antiquioribus theologis huc videtur pertinere RUPERTUS TUIT., In Exod 2,10 M.167,617 Quomodo Verbum a summo demissum caro factum est, non mutatum in carnem, sed assumendo carnem, sic panis et vinum, utrumque ab imo sublevatum, fit corpus Christi et sanguis, non mutatum in carnis saporem sive in sanguinis horrorem, sed assumendo invisibiliter utriusque divinae sc. et humanae, quae in Christo est, mortalis substantiae veritatem.

Est alia quoque explicatio a viro catholico proposita, ab ANT. DE ROSMINI (Introduz. del Vangelo secondo Giov., lez. 87 p. 285-6; cf. Alle quaranta Rosminiane proposizioni... Note. Mil. 1888 p. 35). Cf. DENZINGER, Ench.[11] n. 1919-21.

Praeterea aliae quoque opiniones propositae sunt velut sententia impanatorum et similes; cf. MALDONAT., De sacram. Brux. 1676 I 528-32. Sed Christum assumpsisse unquam aliam naturam quam humanam neque catholicis neque orthodoxis venit in mentem.

Negari certe non potest graecos patres generatim et insuper aliquos latinos non scholasticorum de transsubstantiatione opinionem tenuisse sed docuisse Christum in corpus suum panem assumere. Ut exemplum afferam GREG. NYSS., Or catech. c. 37 manifestissime loquitur de sola in corpus assumptione (alimenti instar); nec potest cum ⟨MAZZELLA⟩, Rosminianar propositionum... trutina theologica R.1892, 300-1 aliisque responderi patres, cum panem in corpus Christi mutatum cibis in corpus conversis (vel incarnationi) assimilent, prudentes modum diversum similitudine explicare. — Notus est locus THEODORETI, Eranistes M.83,56 (cf. LEBRETON in Études 117,1908,489). Eodem modo [Io. CHRYSOST.], Ep. ad Caesar. M.52,759-60; GELAS. Ep., 14 ed. Thiel 541-2; EUTHERIUS DE TYANA (G. FICKER, Euth. v. Ty. 20-1); NESTORIUS (NAU p. 25-8; BETHUNE 141-6) rem explicant. Cf. P. Batiffol, L'Euchar.[5] 454-76. — Accedunt ATHANAS. { ?} ap. EUTYCHIUM M.86,2401 fr.7; Io. DAM., Def.o.4,13 M.94, 1144 (divinitatem coniunxit cum pane et vino); 1145; EPHRAEMUS ANT. M. 103,980; EUTHYM., In

Mt 26,28 M.129,668 (cf. HARNACK, Lehrb.d.Dogmeng.[4] II 465-6; LOOFS in RE[3] I 57); DIONYS. BAR ṢALĪBĪ-H. LABOURT, Expos. liturgiae CSChO II 93 p.75; HAYMO, In 1 Cor 10 M.117,564; ARNOLD. BONAEVALL. M. 189,1644 etc. (1).

Adde testimonia negativa: aliter locuturos fuisse patres, si transsubstantiationem credidissent; velut nullam eos habituros fuisse difficultatem in concedendo continens non esse necessario maius quam contentum (commemoratur THEOPH. ANT., Ad Autol. l. 2 p. 81; IREN., A. haer. 2 c. 1; TERT., Marc. 1 c. 15; GREG. NYSS., De vit. Mos. p. 238; EPIPHAN., Haer. 42), declaraturos fuisse nos sensibus decipi (AUG., Serm. ad infant., TERT., De an. c. 17) affert M. LARROGUE, Hist. de l'Euch.[2] Amst. 1671, p. 416-9. 426.

Graeca ecclesia hanc opinionem usque adhuc conservavit (HARNACK l. c. p.466).

E liturgicis argumentis unum commemoremus e latina haustum liturgia: nomen assumptionis usurpatur ad significandum panis in corpus Christi transitum. Cf. AAV VIII 105.

Adde argumenta rationis; velut omni creaturae esse destinatum statum gloriae (Rom 8,22) — at opinionem scholasticorum ad nihilum redigere magnam partem substantiarum a Deo effectarum. Cf. GEORGEL in Ann. de phil. chr. 1901 t. 142, p. 177.

Quae tamen omnia non videntur tollere necessitatem magici interventus in ipsa eucharistia efficienda.

At removeri tamen potest. Patres conversionem panis exponentes etsi rem ita fingebant acsi in tempore fieret, nolebant tamen affirmate dicere tum demum eum converti, cum sacrum patraretur. In medio reliquerunt sententiam — etsi plerisque in mentem non venit — quae statuit in mysterio eucharistiae nihil fieri nisi ut veritas, quae sita est trans ea quae videmus et experimur, trans falsum huius mundi, temporis spatiique ratione induta nobis apparentis aspectum, nobis proponatur. HARNACK hoc videtur animadvertisse, cum Lehrb. d. Dogmeng.[4] II 459 scribit patres non credidisse praesens esse corpus Christi quo olim indutus fuisset, sed credidisse « einen mystischen Leib Christi, der ihnen ganz real ist — er ist Geist, Leben, Unsterblichkeit —, und diesen haben sie als realen in die Handlung verlegt » (2).

(1) De AELFRIC Grammatico, Sermo in Pasch., et Ep. ad Vulfstanum (ap. W. A. COPINGER, A Testimony of Antiquity p. 10-1. 16.27.57: cf. DAN ROCK, The Church of our Fathers[2] I 20-4), de RATHERIO VERON. De ATTONE VERCELL. etc. v. M. LARROGUE, Hist. de l'Euch.[2] A 1671, 664-5; 674-7; 678 9 etc. De GREG. VII. v. L. DUTENS, De l'Egl du Pape[3] 1790, 178.

(2) FR. BAADER, Sämtl. W. X, 291 Christus in der Eucharistie } gibt { nicht seinen individuellen Leib, sondern solchen als gemeinsame Substanz und Natur (darum heimlich und ohne sichtbare Gestalt, auch in Ubiquität) als Same und Element des Auferstehungsleibes. Cf. p. 124.

In hac opinione controversiam de vi *epiclesis* evanescere apparet.

Eadem opinio etiam in occidente quondam aperte enuntiata videtur esse (« corpus Christi iam ante verborum prolationem visibilibus panis accidentibus subesse » : Du Plessis d'Arg , Collectio iudicior. I 129) ; cf. etiam Nat. u. Offenb. VI 371.422. Nequaquam autem confundenda est cum errore ubiquistarum qui proprietatem naturae divinae humanae communicari putarunt.

Inter patres clare hanc opinionem exposuit Macarius Magnes, Ap. l.3 c.23 p.105-7 (ed. Blondel 1876 ; cf. TU 31,4,45-7 (1). Praeterea indicia eiusdem opinionis occurrunt ; velut cum dicitur : Corpus Christi sumus nos non minus quam panis. Quid est panis? Corpus Christi. Quid fiunt ii qui eucharistico epulo fruuntur? Corpus Christi. Io. Chrys., In 1 Cor h. 24 M. 61,200). Eos enim qui ad eucharistiam sumendam accedebant iam antea corpus Christi esse patres certe exploratum habebant. Simili modo loquuntur Maruthas ap. Assemani, Biblioth. or. I 179 ; Leo M., Serm. 64 c. 7. M. 54,357 aliique. Aliud indicium invenitur locis, quibus arborem vitae (vitem ? cf. Apoc. Baruch in TSt V 1899, 87-8) vel fructum eius de corpore Christi intepretantur velut Dionys. Bar Ṣalībī-H. Labourt, Exposit. lit. CSChO II 93,1903,54 ; cf. J. Rybák in Rádce duch. 1912.

Clare res significatur in liturgia ecclesiae conscientiam directam verissime exprimente. In epiclesi enim inculcatur non novi aliquid effici, sed corpus Christi ostendi, exhiberi (ἀποφῆναι, ἀναδεῖξαι) ; non videtur aliter explicari posse, cur hae voces aliis praeferantur. Praeterea actio ipsa, qua eucharistia attingitur ἀνάδειξις vocatur. Sequitur, ut species nobis exhibeantur ut positae in vero quodam habitu ad corpus Christi, quo fiat ut id simili modo ut praesens significent ac species panis substantiam panis significant. Vel e romana epiclesi

(1) P. 106 Πῶς οὖν κἄλλος τις εἰπεῖν κατετόλμησεν· Ἡ σάρξ μου βρῶσις, καὶ τὸ αἷμά μου πόσις, ἐπειδὴ γῆς δημιουργὸς καὶ ποιητὴς οὐδεὶς ἀνεφαίνετο οὐδ' οἰκεῖόν τινος τοῦτο τὸ κτίσμα καὶ ποίημα, μόνου δὲ τοῦ θεοῦ τοῦτ' ἴδιον; Διὸ καὶ ἔλεγε· Τοῦτό μου· ἐμοῦ γὰρ καὶ οὐκ ἄλλου τυγχάνει τὸ κτίσμα τῆς γῆς· πάντες γὰρ μετὰ τὴν γῆν παρ' ἐμοῦ λαβόντες τὸ σῶμα γεγένηνται, ἐγὼ δὲ πρὸ τῆς γῆς παρ' οὐδενὸς ταύτην λαβὼν ἐδημιούργησα ἐξ αὐτῆς δὲ τὸ σῶμα ἅτε ἐξ ἐμοῦ ποιήματος λαβὼν ἐνηνθρώπησα· ἐξ ἐμοῦ γοῦν ἐμὸν ὑμῖν προτείνω τὸ χάρισμα· ἐκ γῆς ὁ ἄρτος ὑμῖν εἰς τροφὴν ἀφώρισται· ἐμὸν δὲ καθέστηκεν ἡ γῆ δημιούργημα· ἐκ γῆς ὁμοίως τὸ σῶμα καὶ τοῦτ' ἐμὸν φύραμα· ἄρτον γοῦν καὶ ποτήριον ἐκ συμπλοκῆς ἧς συνεπλάκην ὁ ἅγιος τῷ γηΐνῳ σφραγίσας δίδωμι, σῶμα τοῦτ' ἐμὸν εἶναι καὶ αἷμα διαστελλόμενος. Εἰ γὰρ ἦν εἰπὼν Ἀβραάμ, ἢ ἄλλος τις τῶν δικαίων· Ἡ σάρξ μου βρῶσίς ἐστι, καὶ τὸ αἷμά μου πόσις, θρασυνόμενος μεγάλως ἐψεύδετο, ὡς ἴδιον τὸ ἀλλότριον καταχαριζόμενος, ἐζημίου δὲ τὰ μεγάλα, διδοὺς ἄρτον καὶ ποτήριόν τι ἐξ εὐχερείας καὶ λέγων. Τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου, καὶ τ. ε. τὸ αἷ. μ. Οὐ γὰρ αὐτοῦ, ἀλλ' οὐ τοῦτ' ἐτύγχανεν ὕπαρξις. Ἀλλ' οὐδ' ἐσθιόμενα τοῖς ἐσθίουσι ζωὴν ἐχαρίζετο, ἐπεὶ μὴ τὸν ζῶντα λόγον εἶχεν ἐν τῇ συμπλοκῇ Θεοῦ δὲ σῶμα χρηματίσαν τὸ γήϊνον εἰς αἰώνιον ζωὴν ἦγε τοὺς ἐσθίοντας... Τὴν γὰρ κλῆσιν τοῦ Σωτῆρος ὁ μυστικὸς ἄρτος κεκτημένος ἀχώριστον τὴν γενομένην ἐπὶ τοῦ σώματος αὐτοῦ καὶ τοῦ αἵματος ἑνοῖ τὸν ἐσθίοντα τῷ σώματι τοῦ Χριστοῦ καὶ μέλη τοῦ Σωτῆρος τοῦτον ἀπεργάζεται.

argumentum elici potest; occurrunt enim ibi verba: sanctifica... ut nobis fiat corpus; unde aperte intellegitur pane sanctificando fieri nobis corpus Christi (cf. AUG., Serm. 227 M. 38, 1099; Canones HIPPOL. 20; cf. FRANZ, D. kirchl. Benediktionen 1909 I 229-63); quae sanctificatio non potest esse vera rei mutatio sed rei verae declaratio ut *nobis* fiat corpus.

Quin haec opinio clare contineri videtur ipsis Christi verbis; non enim dicit: Pater fac hoc corpus meum vel simile aliquid quod dicendum erat, si scholasticorum opinio vera esset, sed eius verba continentur veritate corporis iam praesentis: hoc est *enim* corpus meum (1).

Accedit quod eadem opinione necessitas explicatur vescendi eius carne et sanguine, quam docuit. Quibus verbis aliud significari videtur quam oportere accedere ad mensam Domini vel consequi gratiam interiorem eucharistiae respondentem seu adoptionem filiorum Dei (cf Strannik 1894 III 422-40). Materia Christi incarnatione in statum gloriae aeternae evecta, a nobis libere capienda est, ut vitam aeternam habeamus. Corruptionem abicientes cum immortali Domino in unum coniungimur » IEREM., Ep. ad Tubing. c. 7 ap. SCHELSTRATE, Acta I 155, ap. MESOLORAS p. 141. Cf. CLEM. ALX., Paedag. 2,2,19,4 ed. STAHLIN p. 168; MAC. MAGN. l. c. p. 107. Non enim idem est ego Christi et nostrum. Hoc modo sacramentum eucharistiae mysterium est mysterii. Mysterio anadeïxeos superpositum est mysterium spiritüalis cum Christo concorporationis. Quodsi patres deificationem saepe pro eadem re videntur habere atque immortalitatem, partem dumtaxat alteram altera insigniorem faciunt. Certe quicumque vim eucharistiae cogitatione non perceperunt, patres de ea loquentes intellegere nequeunt.

Etiam e verbis Christi « caro mea vere est cibus » argumentum duci potest. Si enim ἀνάδειξις — eucharistiae natura transcendentali non agnita — aliter explicatur, Christi praesentia aut simul cum speciebus panis desinit aut non desinit; si ais, numquam vere Christi corpore cibo utimur, numquam eo vescimur (cf. GEORGEL in Ann. de ph. chr. 1901, t. 142, p. 180); nec usus graecus eucharistiae conservandae e crimine eximi potest; sin autem negas, sequitur, ut saltem nonnumquam hostia nondum consecrata iam corpus Christi contineat. — Dicet fortasse quispiam haec eadem Christi verba nobis potius adversari; Christum enim, cum diceret: caro mea est vere cibus, non de corporibus circumstantibus locutum esse. At sane dubium non est quin corpus suum visibile non significaverit; haec enim capharnaitica sen-

(1) De argumento ex verbis Christi ex hoc genimine vitis, enuntiatis post consecrationem (PUSEY), cf. HARPER, Peace through the Truth I 1866 p. 219-34. Simile argumentum ex appellatione panis post consecrationem in liturgia v. v. c. ap. IO. W. WALSCHARDT, Disputatio theologica de transsubst. Trai. ad Rh. 1668 p. 5 (n. 3).

tentia fuisset. Hoc modo Christi verba intellegenda non sunt, non magis quam v. c. decretum 17 conc. hierosolymitani (MANSI 37,563). Verum materia modo visibili ad Christum pertinens — corpus eius visibile — ad materiam quae modo invisibili, visa nostra transgredienti ad Christum pertinet, ad materiam gloriosam, cuius gloriae initium a Christo sumitur, significandam adhibetur. « In illa mystica distributione spiritalis alimoniae hoc impertitur, hoc sumitur, ut accipientes virtutem caelestis cibi in carnem ipsius qui caro nostra factus est, transeamus ». LEO, Ep. 59 c. 2 M. 54,368.

Nec praetereundum est fieri non posse, ut qui alias opiniones sequuntur cenam Christi plane intellegant. Non corpore Christi nondum caelesti gloria induto vescebantur, sed epulum caeleste, i. e. gloria caelestis corporum nostrorum anticipata est, tantum quod specie rerum sensibus subiectarum tegebatur.

Quaeri potest, num corpus Christi ita fuerit initium gloriae mundi visibilis, ut solum natura, non tempore, praecederet; et, si tempore id praecessisse negetur (sicut Spiritus S. missionem visibilem tempore praecessisse Spiritus S. inhabitationem negandum videtur, etsi Io 7, 39 obstare dixeris), quaeri potest, cur in V T. nihil simile eucharistiae institutum sit. Sed his solvendis opinio ipsa obnoxia non est. Certe nonnullis patrum locis sumi videtur Deum hominem fuisse iam antequam aspectabili specie appareret, et haeresi ariana hanc veritatis partem in falsum auctam obscurari potuisse non est cur negetur. Cf. IREN., Epideix. I 34; Acta Ioannis c. 98; interpretes Prov 8,22 (v. c. ap. CHRYSOSTOME, Le motif de l'Incarnation 1913 p. 46 ss.). HARNACK tamen aliter tales locos explicat, Lehrb. d. Dog.[4] I 797-806. Cf. P. FLORENSKĬJ, Stolp i utveržd. ist. 1914, 340.

Restat, ut iis occurratur quae obici possunt sive contra ipsam opinionem sive contra eius cum doctrina utriusque ecclesiae occidentalis et orientalis concordiam. Seria non sunt. Nihil enim iuvat afferre canones Tridentini de ss. Euch. (DENZ., Ench.[11] 883-93); nihil cp. 3 Sess. 13 (DENZ.[11] 876); illud enim « vi verborum » nihil aliud significat quam voces corporis, sanguinis esse solum synecdochicas vel symbolicas et naturam rerum ferre, ut totus Christus ut Deus et homo adsit, quia ubi partem esse significatur, etiam totum adesse necesse est (vi naturalis conexionis et concomitantiae). Cf. conc. cp. 1727 MANSI 37,899. Nec urgeri potest opinionem, quam exposuimus, defendenti dicendum esse vi verborum partem, non totum corpus adesse. Nam probandum esset, substantiam naturae in statum gloriae elevatam dividuam esse (1). — Non plus operae dandum est argumento, quod e Nic. II., Sess. 7 (MANSI 13,400) duci potest, diluendo. Verum

(1) De vocis transsubstantiationis auctoritate cf. Rech. de sc. rel. VIII 1917 p. 144. 153-4. De cn. conc. later. cf. T. HARPER, Peace through the Truth I 1866, 164-9.

est condemnari ibi sententiam negantium Christum in humanitate sua determinatam formam habuisse. At, si formam intellegis figuram, ad formam aliam spectari non potest nisi corporis mortalis; sin omnem determinationem comprehendis, sententia a concilio negata non negatur omnem materiam splendore gloriae indutam posse haberi corpus Christi.

E locis patrum, qui de terrestri Christi corpore loquuntur vel qui ad visa revocant quae caelestia sunt (velut Io. Dam., De f. o. 4,13; [Io. Chrys.], De paen. h. 10 n. 2 etc.) nihil firmius erui posse patet. Facilius aliquid occurreret, si veritas trans haec citima sita ea intellegeretur, quae nondum est in se sed tantum in Dei cognitione (ceu veritas idealis, non realis); i. e. si non sumeretur gloria iam nunc ornatam esse naturam, etsi specie mortali nobis tegitur, sed solum id teneretur verum esse eam in statum gloriae esse transferendam. Hoc enim posito corpus Christi non re sed cogitatione (idealiter) tantum praesens esset; quam praesentiam voce exsistentiae significari posse non est cur negemus. Cf. Harnack, Lehrb. d. Dogmeng.[4] I 117.

Quod de transsubstantiatione credendum est, non est in se revelatum, sed e dogmate realis praesentiae concluditur (cf. Sl. l. th. V 26 A. Kirěev). Usque ad IV. s. nullus de ea re consensus reperitur. Constat tamen inter omnes, Christum vere dixisse Hoc est corpus meum (1 Cor 11,24). Num primi christiani vim horum verborum perfecte intellexerint, num Paulus ipse unam tantum mysterii partem viderit (1 Cor 10,17; sed cf. P. Wetter in ZNW 1913,212) disputare non libet. Certe hoc non obfuit, quominus plena veritas tempore progrediente a Spiritu S. patefieret. Neque illud quaerimus verumne sit romanum de transsubstantiatione decretum esse conclusionem ad quam cogitatio humana indoli suae terrestri, propensioni ad visa indulgens necessario compellatur; atque ad eam conclusionem sive prudentes sive imprudentes plurimos devenisse patres et theologos, etsi eam loco dogmatis non habuerint. Certe hoc non obstat, quominus Spiritu S. magistro veritas sub hac visibilium rerum specie latens aliquo modo retegatur. Conclusio quae ducit trans mundum quo visa nostra continentur, terrestri cogitationis nostrae fundamento adstricta esse non potest.

Non est nostrum in alias eucharistiae rationes inquirere praeter hanc principem; velut de aggregatione singulorum in societatem N.T. 1 Cor 11,25 (cf. Col 2,11.12); de communione cum Deo 1 Cor 10,18-21; de naturali convivarum gloriam futuram exspectantium inter se coniunctione; de mystica eorundem unitate (cf. 1 Cor 12,13); de symbolica mortis Christi significatione 1 Cor 11,24; de sacrificiorum Iudaeorum et polytheistarum cum eucharistia cognatione Hebr 13,10; de parusia cenae eucharisticae praelucente 1 Cor 11,26; de eucharistiae

ad cenam paschalem Christi relatione (1); de epulo amoris; de Christi persona ante oculos proposita; de conexione cum « vita » aeterna; de allegoria eschatologica (Did. 9,4). Solum de sacrificii ratione eucharistiae propria quaerendum nobis est.

Ac primum quidem tria distinguenda sunt (si quidem saltem a priori non potest sumi omnium religionum sacrificia proprie « anticipationem missae et communionis » fuisse id quod E. Michelis, D. h. Messopfer. Erf. 1841,103; J. Justus, D. Christent. 101-2 etc. statuunt) : 1) notio sacrificii, quam generalis religionum historia suppeditat, in eucharistiam cadens. Quae notio in eucharistia vera fieri potest etsi ratio illa, qua vera fit, non sit caput rei. Hoc modo, ut exemplum afferam, Lugonis (symbolo ante oculos proponi Dei hominis vilem condicionem) vel Gregorii M. (Dial. 4,58-9; cf. Renz, D. Gesch. d. Messopferbegr.[2] I 301; F. Michelis, Kath. Dogm. 273) opiniones defendi possunt, similitudo cum antiquis deorum epulis (1 Cor 9,18-21) comperta fieri (cf. G. Anrich, Das ant. Mysterienw... 1894,60-1.112). — 2) ratio maximi momenti — qualem christiana religio sacro suo tribuit — quae eucharistiae propria est et aliquo modo notioni generali sacrificii assimilari potest. — 3) ratio historica ob quam eucharistia sacrificium appellatum est; qua de re cf. O. Schmitz, D. Opferanschauungen d. späteren Judent. u. d. Opferauss. d. N.T. Tü. 1910; J. C. Lambert, The Sacraments in the N.T. Ed. 1903,411-3.

Sacrum christianum non est sacrificium nisi quatenus ad mortem Christi refertur. Christus enim semel oblatus est (Hebr 9,28), christianum sacrificium unum est (Hebr 10,14). Ideo ecclesia orientalis plura sacra simul fieri, altaria plura construi non permittit; non enim maiorem vim haberent quam unum. Cf. M. Larrogue, Hist. de l'Euch.[2] 1671 I 192; RO XI 53-5; 64-6. Verum haec mors non est nisi pars prominens operis Christi redemptoris, natura non differt eius vis a reliqua vita. Sacrificium crucis non est nisi symbolum e rebus religionis Hebraeorum natum, symbolum dico veri sacrificii quod Christus tota vita Deo offerebat. Cf. Ch. A. Briggs, Church Unity 1910, 280. Quapropter vis sacri christiani eo continetur quod operis Christi caput est, reparatione dico seu culpae redemptione. Missa autem non est solum rei factae monumentum, sed eius pars ulterior : rectius partis ulterioris symbolum; i.e. symbolum partis qua nos in societatem redemptionis venimus, in moriendo cum Christo (въ соумиранiи со Христомъ, прiобщенiи Его страданiямъ ...подлинное значенiе евхаристическаго акта : A. Tuberovskïj, Voskresenïe Xristovo 1916, 299), quae pars in nobis Dei causa deserendis, in Deo induendo con-

(1) Harnack, Lehrb. d. D.[4] I 807 canonem eucharisticum sumptum esse putat e simplici ritu cenae iudaicae paschatis initio habitae; alii aliter sentiunt, velut Preuschen-Krüger, Handb. d. Kircheng. I 1911, 62; Goltz, TU 29; J. B. Thibaut etc.

sistit (1). Cf. J. B. Thibaut, Monuments de la Notation Ekphonétique et Hagiopolite de l'Egl. Gr. Spb. 1913,22; Pell, Iesu Opferhandlung in d. Euch.[2] 1912 etc. Hac ratione missa fit *nostrum* sacrificium. Tota vita nostra, sociorum dico Christi culpas redimentis, sacrificium est. Quam vitae christianae in unum veluti conglobatae naturam missa visibiliter exhibet. « Ubi ei {ecclesiae} demonstratur quod in ea re quam offert ipsa offeratur ». Aug., De civ.D.10,6 CSEL $40^{a}$,456; cf. Serm. 227 M.38,1101. Nostrum autem sacrificium sacrificium non est nisi per Christum. « Ipsum vero sacrificium corpus est Christi » Aug., De c.D.22,10 CSEL $40^{b}$,614. Hac ratione missae sacrificium non est absolute idem atque crucis sacrificium, nec est eius repetitio (quae est quorumdam opinio, velut Simar, Lehrb.d.Dogmatik II 962), sed eius repraesentatio (cf. W R. Inge, The Sacraments in Contentio Veritatis L. 1907 p. 306). Offertorio haud scio an significetur pars operis salutaris, quae a singulis hominibus ipsis apportatur; quo forsitan pertineat etiam quod eucharistiae materia non sit corpus natura sola creatum, sed humani laboris monumentum. Elevationis ritus ad operum humanorum immutationem atque, ut ita dicam nobilitationem significandam valet, quae iis vero sacrificio inserendis continetur. Ritus a sacerdote patratur, ut ecclesiae interventus indicetur. Communione autem fructus sacrificii ostenditur. Haec symbolica vitae christianae realisatio psychologice ita necessaria est, ut symbolo pro re posito vere dici possit Ohne das h. Messopfer wäre das Christentum nur eine Erinnerung an einen vor Jahrhunderten gewesenen Heiland... Es ist das lebendig pulsierende Herz der Kirche, durch welches das göttliche Herzblut, das Leben, das aus der Höhe stammt in alle Adern und Glieder der Kirche, des Leibes Christi, verbreitet wird und dann mit den aufgenommenen und belebten irdischen Kräften vereinigt zur Höhe zurückkehrt ». E. Michelis, D.h.Messopfer. Erf. 1841,46-7.

Ob hanc rationem missa sacrificium appellandum est, sive voci offerendi vis subicitur Dei laudandi re aliqua concreta (Fr. Wieland, Der vorn. Opferbegr. 1909, 168 s.; cf. Rauschen, Euchar. u. Bussacr.[2] 1901,94-5), sive sacrificium ad donandum se Deo refertur (Tho. Aq., Alb. Stöckl, D. Opfer nach s. Wesen 1861 § 9 p. 38), sive culpae redimendae ratio habetur, quae saltem ad plurimorum sacrificiorum naturam pertinet (Cf. B. Steuart in The Irish Ecclesiast. Record X 1917 p. 6). Utut res est, origo sacri faciendi et sacrum christianum inter se optime conveniunt. Origo enim vel fundamentum illius communis omnium hominum consuetudinis in eo situm est quod usu

(1) Καταγγέλλομεν[[οὖν]] διὰ τοῦτο τὸν θάνατον αὐτοῦ καὶ οἱονεὶ συναποθνήσκοντες αὐτῷ διὰ τῆς τῶν παθῶν νεκρώσεως, ζωοποιούμεθα δι' αὐτοῦ καὶ ἀναστησόμεθα ἐν δόξῃ. Dositeos. Tom. agap. 1698 II 470.

vitae et philosophia historiae magistris omnibus persuasum est lege quadam ad rite vivendum postulari, ut careamus et abstineamus (Polycratis fabula). Nam non in ditando Deo sed in privando se ipso ratio oblationis est, sive primum fuit sacrificium propitiatorium, sive (ut vult F. STIEFELHAGEN, D. Theologie d. Heidentums 1858,122) alia genera aeque spontanea sunt. Atqui sacri christiani vis est in abiciendis propriae vitae commodis, in abiciendo sui amore quae est hominis destinatio in hac terra. Ceterum etiamsi aliquis diversas a nostra de sacri faciendi consuetudine sequitur opiniones (velut eam, quam LAGRANGE proposuit in libro Etudes sur les religions sémitiques 1903, 268; vel RAOUL DE LA GRASSERIE in Actes du I. Congr. intern. d'hist. des relig. 1900 fasc. III 20-39; vel W WUNDT in Völkerpsychol. II³, 667-83; vel E. S. AMES in The psychol. of religious experience L. 1910,116-33 etc.) missae vim sacrificii tribuere poterit eam quam nos tribuimus Cf. etiam Revue de l'Inst. cath. de Par. 1909,404-18.

Ita effici videtur eucharistiam a magia abhorrere etiam prout natura sacrificii spectatur. Verum est panem et vinum temporis puncto immutari, sed non aliter nisi quemadmodum cetera sacramenta (cf. EPHRAEMUS S., Adv. scrutatores s. 6 ed. Caillau III 193; CYR. HIEROS., Cat. myst. IV M.33,1090 C etc.); immutantur eo, quo consecrata hostia a non consecrata differt : consecratione; ea panis desinit esse panis communis et incipit ἀναδεῖξαι Christi corpus gloria indutum.

IV De *paenitentia*. Paenitentiae sacramentum similiter atque eucharistia non statum peculiarem significat, fortasse statum paenitentiam agentium, sed est ritus, quo vita interior declaratur (cf. ZIESCHÉ, D. Sacramentslehre d. Wil. v. Auvergne 1911). et simul, propter vim eventus externi et publici propriam, maxime afficitur. Natura autem sacramenti non est in hac vi, sed in expressione verorum eventuum mysticorum. « Effectus » paenitentiae est in culpa redimenda sive eo quod homo denuo corpori Christi inseritur sive eo quod ipse cum Christo culpis redimendis dat operam.

Etsi sacerdos ipse peccata non remittit sed remitti declarat, tamen ecclesiae (non dico hierarchiae; cf. XOMIAKOV ap. A. GRATIEUX in Bess. 1910 f.111-2 p.362) potestas in reos neganda non est. Ius ei est recipiendi vel non recipiendi in ecclesiam eos qui peccaverunt. Is qui poenam ab ecclesia iniunctam detrectat, non recipitur in ecclesiam visibilem, et quamdiu voluntatem hanc non mutat etiam extra Christi corpus manet. Quae receptio vel repudiatio non fit absolutione vel damnatione sed condicione ab ecclesia praescripta. Clave, non iudicio ministri clavium clave errante, de hominibus recipiendis vel repudiandis decernitur.

E verbis Io 20,23 « quorum peccata remiseritis » etc. aperte efficitur non indicari nisi condicionem. Aliter loquendum fuisset, si aliud significandum erat; velut : do vobis potestatem remittendi et retinendi

offensas Dei. Ex verbis autem Io. alia est remissio (nisi preces ecclesiae de peccatis remittendis latas efficiendas intellegas) ecclesiae, alia Dei; illa huius est condicio. Locus similis Mt 18,18 de ligandi et solvendi potestate etiam clarior videtur esse.

Quodsi quidam re minus diligenter considerata singulis episcopis absolventibus potestatem a peccatis contra Deum commissis absolvendi tribuerunt, tamen ne omnino a veritate deficerent, instinctu quodam fidei impediti sunt, absolutionem pro simplici declaratione habentes; velut ap. Orig. episcopus eos qui poenam impositam luerunt reconcilians nihil aliud facit, nisi ut testetur peccata esse condonata a Deo (cf. Alexis Vanbeck in RHLR 1913,120).

Itaque absolutio non est absolutio a peccatis contra Deum commissis ut sunt offensae Dei, sed est remissio ecclesiae quam remissio Dei consequitur; ecclesiae autem remissio valet in foro externo et remissio divina, quae iam dudum facta est, dumtaxat tempori certo addicitur. Quo fit, ut remissione facta a sacerdote et sic homine coram ecclesia vere absoluto, non semper (etsi vera manent verba Io 21,23) Deus peccata remittat. Cf. Aug., Ep. 93 c.4 n.15 M.33,329; Serm. 351 n.10 M.39,1546. Verum, etsi a Deo prius veniam consecutus est quam ab ecclesia, ut ad communionem corporis Christi admitti possit, necesse est eum extrinsecus quoque ad ecclesiam fidelium pertinere, quia communio est res externa, ecclesiastica, ideoque dignitas, quae ei respondet, externa quoque sit oportet.

Haec si tenentur, facile omnia fere argumenta diluuntur, quae a patribus pro scholastica ratione peti possunt. Quidam loci ut sint difficiliores, tamen afferri non possunt. Velut Aug., Ep. 228 n.8 M.33, 1016 quantum exitium sequitur eos, qui de isto saeculo vel non regenerati exeunt vel ligati. Aut enim dicit ad salutem absolute necessarium esse hominem denuo recipi in ecclesiam exterius, quemadmodum ut recipiatur ecclesia postulat, et errat; aut dicit ad paenitentiam sicut ad baptismum (qui sane etiam sine « ministris » fieri potest) homines a ministris ecclesiae iuvari posse, ut sacramento gratia interior vere respondeat, nec nobis adversatur. — Vel Caelestini I. Ep. 4 n.3 M.50,432 qui animam eius necari dicit, cui morienti remissio negetur; nihil enim aliud videtur significare nisi credi non posse Deum non condonare ei, qui se peccatorum pondere expedire desideret, dubitandum igitur non esse quin declaretur ei peccata remissa esse; qui aliter agat, eum in desperationem adducere moribundum atque animam eius necare.

Dices in controversia cum montanistis id actum non esse, num ecclesia declarare posset peccata mortalia dimitti sed num ea dimitterentur; cf. Sl.l.th. II 206-7. At aliud non agebatur, nisi ut usus ecclesiae defenderetur eos qui scelera commisissent ad communionem admittendi; quo in defendendo argumentis usi sunt patres quae omnia vera esse nemo tuebitur.

V. De *unctione infirmorum*. Hoc sacramentum est sacramentum status, status dico transitorii. Aliter enim operis Christi redemptoris particeps est infans, aliter homo sui iuris, aliter coniuges, aliter homo a grotus. In eo occurrit « debilitas spiritualis ex afflictione corporis, prostratio virium mentis ob collapsas vires inferiores ». J. KERN, De sacram extr. unctionis 1907,237. Hanc sacramenti notionem consequitur usus orthodoxorum ungendi etiam eos qui in periculo mortis non versantur; omnis enim morbus quo homo affligitur, extrinsecus inaugurandus est. Infirmorum igitur sacramentum est, non τῶν ἀποδημούντων (GABR. SEBEROS ap. Rich. Simon, Fides ec. or. 1671, p. 47-48).

Quamquam Iacobus 5, 14-5 de hoc loquitur sacramento, tamen non sequitur eum nihil commemorare nisi « effectus ex opere operato », potuit enim etiam ea commemorare quae ex opere operantis ecclesiae vel ex caerimoniae rei sacrae et divinae contagione et affectione (cf. IEREM., Resp. Tubing. I cp.13 Mesol. 156-60; PLATON } P. G. LEVŠIN }, Pravosl. uč.² M 1780, 132) nascuntur. Est desiderium theologorum omnium temporum, theologiae in libris sacris sine elaboratione et operae consumptione inveniendae. Quo quin multorum de natura unctionis opiniones inficerentur et corrumperentur fieri non potuit. Mirum igitur non est quod nonnulli etiam sanationem pro quodam prodigioso huius sacramenti effectu (ex opere operato) habuerunt. Qui sane ritum symbolicum esse nec significare nisi quae cuivis homini christiano bene affecto donarentur, perspicere non potuerunt. Cum tamen factis eorum opinio non probetur, theologi, ut rationem suam servarent, vocem « alleviabit » ita interpretati sunt, ut eam tantum virium corporis restitutionem comprehenderet, quae animo necessaria aut utilis esset ad officio suo satisfaciendum. Ut Iacobus hoc solum attenderit, certe eius verba de universa valetudine reciperanda intellecta sunt, velut a Procop. Gaz.M 87,762 s. Ceterum, cum in litterarum monumentis preces occurrunt (velut in SERAPIONIS or 17 TU 17,3 p.13; FUNK, Didasc. et constit. II p.179-80; cf. ierom. VENEDIKT } ALENTOV }, Čin tainstva eleosv. S.Pos.1917,61), quibus Deus rogatur, ut oleum vi augeat morborum sanandorum, contrariae nobis opinionis documentum hoc non est; nam tale oleum ad sacramentalia pertinere potest, cuius vis precibus ecclesiae tribuatur Alii totum sacramentum ad precum efficientiam revocarunt (velut VICTOR ANT., In Mc 6,13 ap. CRAMER, Catena I 324).

VI et VII. De sacramento *ordinis* et *matrimonii* aliud dicendum nobis vix est nisi ea sacramenta status esse et similiter atque cetera talia sacramenta explicari. Utrum ea a confirmatione et unctione infirmorum differant eo, quod status quem significant initium non capiat sine ecclesiae interventu an eodem modo statui iam orto signum ecclesiae imponant, nostra hic non interest. — Ne nobis obiciatur defendi non

posse matrimonium esse ritum divinitus institutum, nisi scholasticorum de ministro eius et de vi sacramentorum opinione, ante saeculum IX enim nullum fuisse ritum ecclesiasticum matrimonialem. Nam ut alia omittam, cf. TERT., Ad uxor.l.2 c.9. Cf V.A. PLIAŠKEVIČ in Pr. Ob. 1883 I 675-9 etc.

Addi potest hac sacramentorum notione explicari, cur ritus profitendi instituta hominum Deo dicatorum diu et in oriente (cf N. PALIMOV, Postriženie v monašestvo. K.1914 XII-XIII; 67; 190) et in occidente sacramentis adnumerati sint, antequam scholasticorum sinistris ingeniis notio obscuraretur. A veris enim sacramentis natura sua non differt nisi quod a Christo institutus non est nec status a Deo instituti sacramentum est. — Idem dic de lectoratu, cantoratu, subdiaconatu (cf. N. AKSAKOV in AAV VII 243-4) et etiam de unctione imperatoris, quam BALSAMON aequiparat cum episcoporum chirotonia (cf. A. P. LEBEDEV, Sobr. c.-i. soč.VII 110; TONDINI, Le pape de Rome et les papes de l'E. orth. 1876 p. 165).

Praeter scripta, quae iam commemoravimus, huc spectant

Gass, Symbolik d. griech. Kirche 1872, 228 ss.; Kattenbusch, Vergl. Confessionskunde I 1892,395 ss.; Steitz, D. Abendmahlsl. d. gr. K. in ihrer gesch. Entwicklung JdTh XIII 1868,649 ss.; I. E. Mesolôras, Sumbolikê t. o an. ekkl. II 2 1904, 137 ss.; K. M. Rålles, P. t. musterion t. metan. k. t. eukel. 1905; Dobronravov, K voprosu ob otpušč gr. v rimsko-k. c. in Dušep. Čt 1896; ep. Germogen, O sv. tainstvax pravosl. c. Spb. 1894; Al. Gusev, Otvēt starok. prof. Mišo X.1899 (e V. i R. 1898-9); A. L. Katanskïj, Dogmatič. uč. o semi cerkovnyx tainst. Spb. 1877; T. S. Krasnorēckïj, Sakramentalinyj əlement v xr. bogosl. v pervye tri vēka. Kaz. 1915 (e Pr. Sob. 1913-4); V Mixajlovskïj, O sv. tainstvax 1867; P. P. Ponomarev, Uč. sv. Io. Zlat. ob evxar. in Pr. Sob. 1904 I 510-28; 654-73; Teod. Safonovič, Vyklad o cerkvi i eja tajnax. K. 1666; ep. Siljvestr, Opyt pr. dog. bog. IV 1886 et V 1891. — Jos. Bach, D. Siebenzahl d. Sacr. 1864; J Behm, D. Handauflegung im Urchristent. L. 1911; Berning, D. Einsetzung d. h. Euch. 1901; L. Billot, De ecclesiae sacramentis R. 1901; E. P. Bourceau, La messe 1912; J. Brinktrine, D. transformatio Corp. et S. Chr. in d. alten abendl. Liturgien Th Glb 1916,4,311-8; F. H. Chase, Confirmation in the apost. age. L. 1909; Different *Conceptions* of priesthood a. sacrif. 1900 (Puller, Moberly, Gore, Scott Holland, C. G. Lang, Wilson, Ryle, E. R. Bernard, Sanday, A C. Headlam, Fairbairn, Salmond, Davison, Arn. Thomas, Forsyth); F. C. Conybeare, Rituale Armenor. 1905; *Dictionn.* de th. t. V 900-1452, Eucharistie (G. Bareille, de Ghellinck etc.); N. Dimock, The Doctr. of the Sacr.[2] 1908; E. Dorsch, D. Opfercharakter d. Euch. einst u. j. 1909; L. Duchesne, Origines du culte chrét.[3] P. 1903; W. B. Frankland, The Early Eucharist. L. 1902; B. Franzelin, Tract. de sacram. in gen.[5] 1911; N. Gihr, D. h. Sacr. d. kath. K.

1903; K. G. Goetz, D. Abendmahlsfr. in ihrer gesch. Entw. L. 1904; Wil. Goode, The Doctr. of the Ch. of Engl. as to the effects of Bapt. in the case of Inf.[2] 1850; Ch. Gore, The Body of Christ L. 1901; M. Goguel, L'Euch. des origines à Justin M P. 1910; G. L. Hahn, D. Lehre v. d. Sacr. in ihrer gesch. Entw. Br 1864; Hahn-Gottwald, Doctrinae rom. de num. sacr. septen. rationes hist. Vr. 1859; J. C. Hedley, La S Euchar. P. 1908; W. Heitmüller, Taufe u. Abendm. b. Paulus G. 1903 et T. u. A. im Urchr. T. 1911; Jo. Hoffmann, D. Abendm. im Urchr. B. 1903; W Koch, D. Taufe im N. T. M. 1910; M. Lepin, L'idée du sacrif. dans la rel. chr. P.-L. 1897; J. B. Lightfoot, The Christian Min. 1903; J. B. Mozley, A Rev. of the Bapt. Controv.[2] L. 1883; Oswald, D. dogm. Lehre v. d. Sacram. d. kath. K[5] 1894; W Palmer, Dissertations on subjects relating to the « Orth. » or « East.-Cath. » Commun. L. 1853,204-26 (de transs.); Philalethes, Baptismon Didache or scr. st.. L. 1907; G. Pierse, The Mass in the Inf. Church D. 1909; F. Probst, Sacramente u. Sacramental. in d. 3 erst. chr. Jhd. 1872; P. de Puniet in Dict. Arch. II 251-346; III 2515-44; F. M. Rendtorff, D. Taufe im Urchr. L. 1905; J. Réville, Les orig. de l'Euch. P. 1908; A. Rinkel, D. Hauptst. « De sacr. in gen. » IKZ 1916; J. Sasse, De sacr. ecclesiae Fr. 1897; P. Schanz, D. Lehre v. d. h. Sacram. d. kath. K. 1893; Scheftelowitz, D. Sündentilg. d. Wasser in AR 1914, 353-412; J. Stiglmayr, D. Lehre v. d. Sacram. d. Kirche nach Ps.-Dion. in ZkTh 1898 (22); D. Stone, A Hist. of the Doctr. of the H. Evcharist L. 1909; J. Strake, D. Sacramentsl. d. Wilh. v. Auxerre. P. 1917; Ad. Struckmann, D. Gegenw. Chr. in d. h. Euch. nach d. schriftl. Quel. d. vornic. Z. W. 1905; F. E. Warren, Liturgy a. ritual of the Ante-Nic. Ch.[2] 1912.

Ex antiquioribus nominemus scriptores catholicos: P. Arcudius, De conc... 1619; C. Ansaldi 1792; Arnaldus (Perpétuité) 1669; B. de Avila 1651; L. Babenstuber 1710; Nic. Bagonensis 1624; Bellarminus 1600; Io. Bosco 1667; M. Bonacina 1621; P. de Cabrera 1611; M. Canus 1577; W. Cantzler 1729; A. Castelli 1734; F. Castro-Palao 1648; D. Chamerota 1612; Ch. Chardon 1745; Aeg. de Coning 1624; Ch. Delgadillo 1654; Io. Dicastillo 1646; R. Drouin 1737; M. de Esparsa 1668; A. Gervasio 1765; F. de Heredia 1675; C. Hurtado 1633; Dan. a S. Ios. 1627; A. Kerbeckius 1600; M. Linek 1766; F. de Lugo 1644; E. Martene 1700; E. Mascarenhas 1612; M. Oberascher 1676; A. Pappiano 1771; Io. Pelecius 1588; Seb. Perez 1588; B. Petschacher 1572; J Prileszky 1753, G. Roman 1769; J. A. Rotermund 1835; Leand. a S. Sacr. 1653; Th. Sanchez 1614; Gr. Sayrus 1599; F. Suarez 1860; V Surianus 1646; F. Swoboda 1754; Th. Tamburinus 1660; H. Tournely 1728; M. Trivellato 1755; J. Trombelli 1769; Gr. de Val. 1587; G. Vasquez 1612; L. Zechius 1596; A. Ziegler 1721. — Ex anglicanis, calvinistis, lutheranis commemoremus: Eus. Altkircher, De myst. et incr. eccl. sacrif. 1584; G. Calixtus, De pontificio sacrif. missae 1614. 1638; M. Chemnitius, Doctr. sacramentalis N. T. 1678; J. Th. Chorley, The Seven Sacra-

ments of. t. Ch. of R. L. 1821; God. Cundisius, Mataeologiae Dureanae diatr. seu dispp. symbolicae de s. symbolis et signis sacramental. 1647; Io. C. Dannhauer, Mysteriosophia 1646; Io. Hesselbeinius, Dissert. sacramentalis 1610; B. Meissnerus, Collegii de sacram. dispp. 20,² W 1625; B. Mentzer, Disp. de sacramentarior. errorib. c. doctr. de sacr. in gen. 1608; N. Selnecker, Theses de doctr. sacramentor. N T. L. 1578; Th. Thummius, De sacrif. papali missatico 1612; G. Vossius, 20 dispp de bapt. et una de sacramentor. nat. et efficacia 1648; G. Whitaker, Praell. de sacr. in gen. et in sp. de ss. bapt. et euch. 1624.

V. Sokolov.

## III

## DE VI SACRAMENTI PAENITENTIAE

Error e divisione et e confusione oritur, nam contra, veritas in unitate et simplicitate posita est. Inde enim in errorem labimur quod res inter se contrarias vel quocumque modo oppositas componimus, quas a naturali coniunctione separavimus. Quisquis igitur veritati studet, debet in rebus investigandis non solum unitatem rerum et id quod stabile remanet dum formae mutantur considerare, sed etiam differentias ratione quadam immutabili componere, prout re e compositione naturali suo quaeque tempore locoque exsistunt. Quam immutabilitatis varietate non tollendae rationem apparet pro iis institutis stare quae cum ratione non pugnantia perpetuo in temporum mutatione manent. Si mutatio occurrit, ratio eius est afferenda nec quicquam admittendum est quod instituto vel rei a maioribus traditae sit plane contrarium. Haec ut ubique vera sunt, sic maxime de religione, quippe quae immutabilitatem singulari ratione sibi assumat, dici debent.

Haec meminisse voluimus dum ad opinionem quandam recentiorum ecclesiae orthodoxae theologorum diudicandam aggredimur (1). In qua exponenda Sokolovium nostrum ducem sequimur. Itaque distinguitur ab iis 1) proprium Christi corpus *mysticum* ab ecclesia *adspectabili*: qui non receperunt nisi desiderii baptismum (quales sunt plerique catechumeni antequam ad baptismi ritum admittuntur), qui iniuste excommunicati sunt, qui paenitentiae publicae lege a fidelium convictu separati sunt (non tamen videtur idem statui de aliis quos peccato-

(1) K. Beth, D. oriental. Christenheit der Mittelmeerländer 1902, 312 Der Priester ist es nicht, der die Sünden vergibt; seine Person wie sein Stand tritt ganz zurück; reilich muss ein Priester da sein, der die Beichte entgegennimmt, er allein hat als Nachfolger der Apostel das Amt, die λύσις zu vollziehen, d. 1. die Vergebung zu verkünden. Aber eben über dieses Amt der Verkündigung geht seine Function nicht hinaus.

rum commissorum paenitet antequam ad sacerdotem accedant), ad corpus Christi mysticum pertinent; non autem ad ecclesiam exteriorem. Haec opinio probari potest ea ratione quod peccata aliter tolli non possint nisi homine generis humani novo capiti adiungendo. Itaque si de commissis dolet, sive innocens est, cum capite coniunctus est nec tamen necessario palam ad Christum pertinet, i.e. in ecclesia adspectabili versatur. Sequitur eos qui graviter peccarunt, non pertinere ad corpus Christi mysticum sed solum ad ecclesiam exteriorem.

2) Absolutio a peccatis ut sunt peccata in *foro externo* iudicanda, publice commissa a cive ecclesiae seu ut sunt peccata ecclesiastica, distinguitur ab absolutione in *foro Dei* seu a peccatis ut sunt offensiones Dei quibus gratia vinculumque quo membra capiti iunguntur, destruitur. In exteriore absolutione sacerdos munere fungitur ministri ecclesiae et potestatem habet non solum declarandi veniam dari sed ipsam veniam dandi, non tamen aliter nisi quatenus sunt peccata ecclesiastica seu fori externi. Haec potestas ecclesiae data est a Deo ideoque dici potest a Deo sacerdotis iudicium confirmari. In altera absolutione sacerdos fungitur a) munere *ministri sacramentorum* i.e. magistratus personam ecclesiae gerentis qui symbolum perpetrat interioris eventus mystici, veniae dico datae a Deo homini cum eum suae pravitatis in occulto paeniteret. Qui eventus latens, maximi tamen momenti, ab ecclesia modo symbolico celebratur, sacerdote partibus Dei fungente delictisque ignoscente; res tamen solum symbolica est; b) munere *confessarii* i.e. consiliarii, hortatoris, medici.

Contra 1. caput huius opinionis dicimus Res nova est nec potest haberi id ad quod cursu naturali evaserit principium obscurius aut vulgi opinionibus (cf. Herm., Simil. IX 6, 3 s.; 14,5; Vis. III 3,5) demersum. Plane enim contraria est iis quae a Christo et apostolis accepimus ecclesia non solum potestate quae opere Christi redimentis contineatur et a Christo instituta sit donata est, sed potestatem quandam divinam propriam habet.

Quae est ecclesiae species quam adumbrant synoptici, scrutatur Ioannes, Paulus theologice explicat? Apud synopticos si institutio collegii apostolici, si iura ei promissa et delata, si discrimen inter caput quod praeest ut pastor et fideles qui oboediunt et sequuntur ut oves, si sententia Christi de regno caeli sermonum, si denique tota eius agendi ratio consideratur, notio vera et integra ecclesiae quae inde eruitur est coetus a Christo ipso constituti in quo altera pars a Christo selecta et singulari vi e sacramento ordinis supernaturaliter manante instructa potestatem habet gubernandi, alterius autem partis oboedire est ita, ut aliter salutem consequi non possit; illi non solum munus veri praedicandi commissum est, sed conficiendorum quoque sacramentorum ad coniunctionem cum Christo per se ipsa, sua ipsorum veritate aliquam vim habentium, ad salutem consequendam ex

praecepto necessariorum, quorum primum est baptisma quo signati homines membra corporis Christi vere et palam efficiuntur. Fatemur apud synopticos verba non fieri nisi strictim de quadam parte veluti segregata a ceteris fidelibus et qui electi vocantur; ne verbum quidem inveniri de iis qui vinculo fidei et caritatis extra ecclesiam possint cum Christo copulari et salutem consequi.

Apud Ioannem iam sub hoc aspectu sublimiore tota oeconomia redemptionis adumbratur. Quin dixerim hanc praecipuam esse eius cogitationem, si prologus cum sermone ultimae cenae confertur. Ceterum quaecumque narrat, hac reconditiore et subtiliore de ecclesia sententia nituntur. Verum si integra eius institutio consideratur, ne in hac quidem subtiliore electorum a fidelibus distinctione illa corporis Christi mystici ab ecclesia adspectabili separatio quam orthodoxi statuunt continetur. Ecclesiae Ioanneae radix intima et arcana est Verbum, eiusdem animus, mens, robur est Spiritus S., qui se interponit inter Verbum et Patrem et dicitur etiam Spiritus Christi; nec solum eos qui occulte cum Christo coniuncti sunt, attingit in ecclesiam adspectabilem cogendos, sed ipsius ecclesiae adspectabilis sacramentis vim supernaturalem infundit. Nam Christus ut caput ecclesiae adspectabilis est vitis, fideles sunt palmites; si qui sacramentis deficientibus arescunt, secantur ad nihil apti nisi ut comburantur. Ioannes regnum Dei in reconditissima origine contemplatur in aeternitate ideae divinae quae e Verbo delapsa velut semen nascitur et crescit in terra et fructum iam fert aeternae electorum in vita caelesti perfectionis.

Pauli erat cogitationem subtilissimi evangelistae evolvere et iam integram ecclesiae constitutionem exponere. Ioannes quasi intuitu divino Verbum in ecclesia contemplatur. Paulus omnia divina et humana, praeterita et praesentia et futura in Christo conectit ut in aeterno quodam universorum modo. Et ecclesiam quidem corpus Christi capitis dicit; quam comparationem ita peragit ut eum societatem animi corporisque explanare dicas societate quae est inter Christum et ecclesiam. Nihil dubitari potest de Pauli sententia nihil intellegimus, si mysticum Christi corpus ab ecclesia separamus. Etiam protestantes recentiores id agnoscunt (1). Nec de verbis certatur acsi orthodoxis crimini demus quod corpus Christi mysticum aliam rem appellent quam Paulus: coetum eorum qui interiore cum Christo vinculo sunt coniuncti. Mystici corporis notio totam Pauli theologiam pervadit: inde dogmata, inde vitae praecepta conficit. Ut appareat nos Pauli sententiam recte interpretari, pauca ex eius epistulis afferemus.

I. Rom 6,4 (cf. Col 2,13-4; 3,1) dicimur consepulti cum Christo *per* baptismum Atqui si baptismus non esset nisi symbolum renovationis

(1) Ex anglicanis cf H. B. SWETE, The Holy Cath. Church: The Com. of Saints. L. 1916 p. 12.66.

interioris, non dixisset Paulus per baptismum; nam per particula aperte indicatur instrumentum quo fit ut homo moriatur peccatis et vivat in Christo; baptismi autem voce manifesto ipsa baptizandi actio significatur non id quod ea depingitur; nec Paulum dicere potes ob psychologicam baptismi vim (1) baptismi nomine omnia complecti velle quibus animus ad Deum conversus est. Eodem modo loquitur Eph 5,26 (διὰ λουτροῦ, τῷ λουτρῷ).

II. 1 Cor 12,12-3 dicit nos in uno Spiritu omnes in unum corpus esse baptizatos. Quomodo hanc vim baptismo — et intellegit sane ipsum ritum qui sub oculos cadit — tribuere potuit, si hic ritus non esset nisi symbolum? An effigiei tribuuntur quae rei sunt?

III. Cum de corpore Christi mystico perdiserte loquitur, fideles sine ullo delectu membra eius corporis esse significat, non quod ecclesiam adspectabilem nominet, cogitet autem occultam cum Christo coniunctionem, sed quod omnes baptizatos ad eam de qua loquitur ecclesiam pertinere sumit.

IV. Ecclesiam adspectabilem ut talem habere vim supernaturalem aperte nos docet in 1 Tim 3, ubi de forma eius locutus ecclesiam appellat columnam et fundamentum veritatis. Num hoc dicere potuit, si ecclesia adspectabilis totam auctoritatem habet a coetu fidelium, si non est nisi simulacrum quoddam verae ecclesiae latentis? An ideo quod pars eius vere cum Christo mystice coniuncta est?

V. Posita intima illa unitate qua ecclesia cum Christo suo capite in unum corpus consociatur, Spiritus S animi munere fungitur, nulla manet ratio qua aliquis dici possit membrum ecclesiae seu corporis mystici Christi nisi baptismate ad eam societatem admissus est.

Omittimus patrum vocem. Solum verba theologi anglicani — W. Lock in Lux mundi IX p. 376 — de ea exscribimus: The idea of an invisible Church to express the body of true believers, who alone are the Church, to whatever community they belong, so that the visible Church becomes an unimportant thing, is an idea entirely at variance with Scripture and all pre-reformation tea hing.

Unam addamus rationem: Si vera esset orthodoxorum sententia, nullum esset discrimen inter vim peccatorum contra fidem commissorum et ceterorum. Peccatum enim quo fides non tollatur, nedum auferat baptismi effectum qui exstingui non potest, nulla ratione nec fidei nec societatis unitatem dissolvit.

(1) W. Heitmüller, Taufe und Abendmal im Urchristentum 1911, 37: In dem Augenblick der Taufhandlung drängte und fasste sich noch einmal zusammen was an religiösen Eindrücken, Erschütterungen, an Willensentschlüssen und Gelöbnissen seit der beginnenden Bekehrung über den Gläubigen gekommen war: es wurde von neuem erlebt und vertiert; *unwillkürlich* verknüpfte man die Wirkungen mit der eindrucksvollen Handlung der Taufe.

Concludendum igitur est unam esse ecclesiam Christi eamque divina sacramentorum potestate instructam. Quodsi apud patres vel etiam in evangelio sunt quaedam verba quibus indicari videtur regnum Christi esse invisum, ad quod iusti tantum pertineant vel praeter ecclesiam adspectabilem aliam esse, in qua iusti tantum cum Christo coniuncti sint ad corpus Christi mysticum efficiendum, boni interpretis erit ea cum sententia certa prorsus et firma conciliare quam effecisse nobis videmur.

Iam contra alterum caput opinionis nos convertamus.

A patribus traditum est verba Christi apud Io 20,23 ad sacramentum paenitentiae pertinere, quod sit fori intestini. Quod primis ecclesiae temporibus disciplina ecclesiae ferebat, ut peccatorum saltem graviorum venia cum publica satisfactione coniungeretur, inde colligendum non est sacramentum et publica piacula idem fuisse. Itaque in sacramento paenitentiae per se non est locus veniae dandae peccatis ecclesiasticis, sed pertinet ad forum divinum. Atqui si hoc tenetur, remittendi verbo significari non potest solum declarari peccata remissa; nam a) dicitur 20,22 accipite Spiritum S... Ergo si hic de suo et apostolorum mandato Christus verba facit, si Spiritum S. ad eos defert, hoc mandatum, hanc delationem profecto intellegere debemus ita ut in evangeliis commemoratur et ut intellegendam esse oeconomia regni messianici declarat. Cur enim hic alia sententia verbis subiceretur atque in sermone ultimae cenae vel in sermone cum Nicodemo, cum Samaritana, vel cum Eucharistia promitteretur? Reiciendum omnino esset Ioannis evangelium, respuenda omnis ratio interpretandi philologiae propria, quin tota ratio supernaturalis agendi quam ceteri quoque evangelistae Christo tribuunt, esset repellenda. Eadem igitur ratione interpretandum est illud Accipite Spiritum S., qua Spiritus S. defertur hominibus in Act, in Pauli epistulis, et Spiritus illic delatus idem est, de quo Maria Christum concepit, qui columbae specie apparuit, cuius nomine et baptizare et regnum Dei praedicare debent apostoli. Qui considerat quo spectarit Christi munus, in his verbis interpretandis haerere non potest.

b) Remittere non est declarare remissum esse. Cum lex datur, clare loquendum est. Ergo potestas apostolis delata alia non est nisi ea qua is qui peccaverat, postquam a ministro clavium absolutus est, absolutus habetur etiam in caelo. Nulla alia potest esse verborum sententia. Res est maximi momenti; inde enim genus ministerii pendet quod in opere Christi summum occupat locum; error maximo esset detrimento christianae rei publicae et innumerabiles animae periissent si quid in hoc esset erratum. Debuit ergo Christus, si minus proprie locutus est, sententiam explicare, debuit evangelista eam interpretationem memoriae prodere, ne ita verba acciperentur ac per saecula in docendo et in agendo ab ecclesia accepta sunt. Nihil iuvat dicere sequi solos iesuitas

attritionem defendentes inter christianos verum assecuturos fuisse, si haec vera essent. Fuerint soli, erraverint omnes theologi orthodoxi et plurimi catholici — res mutari non potest.

Adde quod opinio adversariorum obscuritate videtur laborare. Dicitur clave, non iudicio ministri clavium clave errante de hominibus recipiendis vel repudiandis decerni. Verum est antiquos scholasticos nonnullos ita locutos esse; sed hoc ad nos hic non pertinet. Quaero si sacerdos hominem excommunicatum, qui lege ecclesiae absolvendus non erat, absolvit, quid factum est? Si illud tenes clavem, non ministrum de ea re decernere, non est absolutus; atqui extrinsecus est absolutus, res autem interiores ad ecclesiam adspectabilem pertinere negas. Fortasse dices legem ecclesiae esse adspectabilem; quapropter magistratum civilem qui potestatem non habens vel contra legem decernens (non humano modo in iudicio errans) reum civitate privet, nihil efficere. At etiam lex Dei, inculcata ab ecclesia, adspectabilis est; num colliges peccato commisso hominem desinere esse in ecclesia adspectabili? Non videtur hoc sumere velle theologus orthodoxus, sed dicere rem esse interiorem, non pertinere ad forum ecclesiae.

Sed AUGUSTINUS videri potest nobis adversari Ep 93 n. 15; Serm. 351 n. 10. At etsi iudex ecclesiasticus errare potest, non tamen, si innoxium condemnat, minus valet eius sententia; qui enim ob falsum crimen ab ecclesia separatur, iuribus et bonis ecclesiae propriis vere privatur (cf. BILLOT, De eccl. q. VII § 2 n. 1). Fatendum tamen est non omnes theologos catholicos in hac re consentire.

Quibus rebus expositis iam apparet quid de illa orthodoxorum sententia iudicandum sit. Ecclesia quae nulla potestate proprie divina instructa sit, sed ea tantum quae divina appellari non possit nisi quod opere redemptionis contineatur et a Christo, Deo-homine manarit, cuilibet sodalitati hominum, in qua potestas angustis virium humanarum finibus continetur, aequiparanda videri potest. Nam etsi Christus eam instituit, si tamen voluit ea exprimi tantum quodam exteriore modo vitam supernaturalem, quam etsi adiuvet, non tamen generet, nulla sane re eam superiorem effecit quavis civitate. Quare minus bene intellegitur cur tot ritus imponantur. Etsi enim cuiusvis sodalitatis est aliquo signo exteriore propositum suum et rationem exhibere ac ritibus sollemnibus rerum memorabilium memoriam renovare, sicut corporis est vitam animi referre, effingere, alere, tamen, cum plurimi et magno oneri sint, non explicantur opinione quam impugnamus. Sequitur praeterea constare sibi adversarios, cum nihil tribuant hierarchiae ecclesiasticae sed totam potestatem penes populum esse christianum teneant (1). Quem errorem theologi catholici de ecclesiae forma exponentes firmissimis argumentis solent refutare.

E. F. CORDIGNANO.

(1) Cf. A. GRATIEUX in Bess. 1910 p. 362.

## IV

## DE ORTHODOXA SACRAMENTORUM NOTIONE

a) *De voce mustērion.* Nostris sacramentis quendam inesse symbolismum iam inde a nascente ecclesia innuebatur (1). Qui symbolismus in iis partem videtur habuisse praecipuam, ut brevi ecclesiae sacri ritus mysteria appellarentur. Qua voce iam Paulus de matrimonio scribens non ad ipsum quidem ritum seu consensum mutuum, sed ad secretum propositum divinum designandum usus est (2). Cum vero apud optimos scriptores graecos mustērion *rem abditam, secretam* significaret, factum est, ut etiam apud paganos ea vox transferretur ad doctrinas *esotericas* quas vocant, certarum sodalitatum religiosarum proprias et de quibus « *initiati* » silentium absolutum acturos se esse pollicebantur; ipsi denique ritus « *initiantes* » mustēria vocabantur. Quo factum est, ut nascente ecclesia, adiecto ut dixi momento symbolismi paulini atque ipsius vocis mustērion, qua usus esset de matrimonio scribens, tres ritus praecipui dicerentur etiam *mysteria*, ritus dico initiantibus paganorum quodammodo similes quique magis in diem propter institutionem catechumenorum et disciplinam arcani initiationum christianarum vim induebant (baptisma, confirmatio, eucharistia) (3). Sunt autem sacramenta, dicit etiam s. VII. Isid. hisp., baptismus et chrisma, corpus et sanguis. Quae ob id sacramenta dicuntur quia sub tegumento corporalium rerum virtus divina secretius salutem eorundem sacramentorum operatur, unde et a *secretis* virtutibus vel a *sacris* sacramenta dicuntur» (4). Iam a s. IV. sacramenta mysteria fere appellabantur, quae vox graeca in occidente maxime a conscripto ab Ambrosio tractatu De myst. propagari coepit.

b) *De natura mysterii.* Opiniones vero sacramentales s. III. Alexandriae a Clemente et maxime ab Origene proponi coeptae sunt, qua

(1) Rom 6, 3-11; 1 Cor 10,17; 11, 29; Eph. 5, 23 sqq. S Ignat. Antioch. Smyrn. 7, 1; Philad 3,2 4 coll. cum Eph 20, 2; — Didaché 9; P. Batiffol Etudes d'histoire et de théologie positive; L'Eucharistie (1905) p. 13 sqq 122 sqq; Tixeront, La théologie anténicéenne (1905) p. 143; Pourrat P., La théol. sacr. [2] 1907 3 sq — De mysterio Sacramento cf Prat F, La théol de St. P. II. pp. 393-396.

(2) Ephes 5, 31 sq.

(3) Justin. 1 Apol 29; Origenes Contra Cels. 3, M. 11, 999. Cf quinque catech. mystagog. Cyril. hieros., de Mysteriis S Ambros et de Sacramentis, ubi tota doctrina de baptismo de confirmatione et de Eucharistia ad usum neophytorum summatim exponitur. — Cf. August. epist. 54,1; sermo 228, 3; de bapt. contra Donat. 5, 28; cf Franzelin de Sacram. in genere th.18; Tanquerey Synopsis theol. dogm. 1903 t. 2 p. 161; Chr. Pesch Prael. dog. t. 6 nis 87 et 90.

(4) Etymol. lib. 6, cap. 19 n° 39 sq.

in re philosophia neoplatonica, quae mirum in modum symbolismo indulgebat, alicuius momenti erat (1). Saeculo IV., cum vox mustērion de ritibus sacris vulgo usurpabatur, Graeci primi ad concipiendum mustērion ut *symbolum* vere *efficax* pervenerunt (2). Quam perfectissime res expressa est a Io. CHRYS. (3).

c) De *voce sacramenti* et *mysterii* apud Latinos. Primus in occidente Tertullianus voce sacramenti (4) baptismum et eucharistiam appellavit (5). Quae vox in ecclesia latina ad designandos ritus sacros retinebatur, cum voci mysterii prima fere vis restitueretur ; siquidem Latini rem menti humanae non perviam mysterium esse dicunt.

d) *De numeratione sacramentorum in utraque ecclesia.* Quamquam ab ipsis ecclesiae incunabulis omnia sacramenta septem in usu fuisse constat, non tamen ante s. V. omnes hi ritus sacramenta vel mysteria appellabantur. Aliquot saecula praeterierunt, antequam ad definitionem sacramenti theologicam veniretur. De efficientia sacramenti, de eius effectu, quae sit gratia sacramentalis, item de charactere sacramentali quaestiones paulatim movebantur quae ne nunc quidem omnes eadem certitudine solvi queunt. Quo factum est, ut medio aevo, maxime ante medium s. XII. cum in oriente tum in occidente plures ritus quam nunc in sacramentorum numero ducerentur. Velut induere habitum (skēma) monachi mustērion seu sacramentum utrimque habebatur (6),

(1) ZELLER, Philosophie der Griechen t $3^b$ p. 251; cf. ORIGENES in epist, ad Rom. 4, 2; 5, 8 M. 14, 968 et 1037; in Ioan 6, 17; 13,60 (ibid 257 et 521); in Matth 11.14 M 13 949 952; in Matth ser 85, 13, 1734 sq; cf. TIXERONT o. c. 275.301.

(2) Cf ORIGENES ll. cc. in nota 1; CLEM Paed, 1.6; CYRIL. HIEROS Cat. myst. 2, 4, 6, 7; 3, 1, 2, 3; 4, 39; 5, 7; Cat 3, 3 sq; Euchologion Serapionis ap. WOBERMIN G, Altchristliche liturgische Stücke (1699) p. 8 vel FUNK Didascalia et Constit. Apostol. 1905 t. 2 p. 180.182 BASIL, de Spir. S. 35 M. 32, 128 sq; Const. apost. 7, 22, 2; GREGOR NAZ, Oratio 40, 8 M. 36, 368; cf. IOAN DAMASC. De fide orthodoxa 4,13 (M. 94, 1141-1144).

(3) in Matth. hom 82, 4.

(4) Ritum quo quis membrum fit alicuius societatis significat ea TERTULLIANUS, de baptismo 1; adv. Marcion. 4, 34; ipsam doctrinam itiantem » quae dicitur Apol. 1.

(5) A. REVILLE, Du sens du mot « sacramentum » dans Tertullien (Bibliothèque de l'école des Hautes Etudes, Sciences religieuses vol. 1, pp. 194-204) cf d'ALÈS A., La théologie de Tertullien (1904) pp. 321 sqq.; TURMEL J, Tertullien (1905) p. 247 ss.

(6) ANSELM. HAVELB., Lib de ord can. c. 12. et cf c. 8. M. 188, 1104 et 1097; S. PETR DAM. op 13, de perfect monachi c. 6 M. 145, 300: serm 69 in dedic. eccl. 1 M. 144, 898 sqq; HUGO ROTOM. Contra haeret lib 3 c. 2, M. 192, 1284; ALLATIUS L. De consensione eccl. l. 3 c. 16 — cf ISID. HISP., de off. eccl. lib 2 c. 4, et Monumenta Germaniae historica. Legum sectio 3, Concilia t 2 pars 1 (recensuit WERMINGHOFF A.) p. 307 sqq.

cuius effectus scriptores ecclesiastici nonnulli omnimodo baptismo aequiparabant (1).

S. XII. et XIII. maximi fuerunt progressus theologiae sacramentariae in occidente Ut orientales ad veram symboli efficacis notionem iam s. IV. pervenerant, ita vicissim in occidente s. XII ad enumerationem perfectam 7 rituum qui deinde omnes et soli nuncupabantur sacramenta ventum est (2). Postea etiam orièntales ecclesiae separatae septem eadem esse sacramenta apud se atque in ecclesia romana consenserunt, quandoquidem hoc cum fide et theologia apud ipsos recepta et propriis libris liturgicis congruere nemo eorum theologus non videbat (3). Deinde in occidente complura saecula in definitione vere theologica sacramenti effingenda et expolienda consumpta sunt. Quod nemo

(1) THEOD. STUD. Epist. lib 1 10 M. 99, 941; lib. 2 165 ibid 1524; 164, ibid 1521; BALSAMON, ap ALLATIUS, De Consensione eccl lib. 3, c 16 (ed. Coloniensis 1648 p. 1295 sq); Acta Sanctorum O. B saec. IV praef. n° 191-194; S. BERNARD. De praecept et disp. c. 17 n° 53; Sermo de duplici baptismo (de diversis, sermo 11) n° 3; sermo 37 n. 3, epist ad Thom. Beverl. (ep 411) n° 2. — (cf S. HIERON epist 39 M. 22, 468 — Missale Gothicum ap MURATORI A. L. Liturgia romana vetus (1748) 2 vol. 595) — PETR DAM op 16. c. 8 Contra episc. monach. ad saec. revoc. M. 145, 377. HUGO ROTOM Dial. l. 6 c 22 M. 192, 1217 cf. ibid 1-4 epist. ad Matth. M. 192, 1141; ODO CLUNIAC. Collat. lib. 7 c 2 M. 133, 554; HIERON. epist. ad Paul. M. 22. 468 ad Demetr. ibid 1107 sq cf M. 73, 182. — Cf. ALLATIUS L o c l. 3 c 16; FABRICIUS Biblioth. graeca (1721) t. 6 p. 693, t. 8 p 773, t. 10 p 501; IOAN. ANTIOCH. orat de discipl. monast. M. 132, 1124; GRAFFIN ET NAU Patrol or. t. 2, 218 (Vita Severi), EVETTS B. Le rite copte de la prise d'habit (Revue de l'Orient chrétien 1906).

(2) Sententiae divinitatis (1142); Summa Sententiarum (ante 1150); ROLANDUS BANDINELLUS († 1180), Sententiae (1150); PETRUS LOMBARDUS († 1164) Sent. 4 Dist 2, 1 (scripsit circiter 1148); Vita S. Ottonis († 1139, scripta tempore P. Lombardi); Lib. de caerem. et sacram.

(3) Non contendimus numerum septenarium sacramentorum non inveniri apud ullum scriptorem ecclesiasticum ante saec 12; sed quae prius enumerantur 7 sacramenta ritus quosdam sacros significant, quorum aliis notione theologica perpolita et Concilio Tridentino stabilita vera natura sacramenti tributa, aliis negata est. Huic delectui praeludebat ABAELARDI schola distinguens inter sacramenta ea quae « spiritualia » dicuntur, « illa maiora quae scilicet ad salutem valent (Epitome theol. christ 28). HUGO DE S. VICTORE sacramenta agnovit « maiora » et « minora » (De Sacramentis 1, 9, 7; 2, 9 11) ALBERTUS LEODIENSIS (Algerus Schol. leod ) sacramenta necessitatis et sacramenta dignitatis (de misericordia et iustitia p 3 c 55 M. 180, 956).

Orientales autem ad eandem venisse conclusionem ac Latinos e documentis his apparet Professio fidei Michaelis Palaeol 1274 Cf. HEFELE Hist des Conciles t. 9 p. 4 et 22; ABBÉ DE BROGLIE Les Sacrements Conférences sur la vie surnaturelle t. 3, 1889, p 307; Decretum pro Armenis EUGENII IV Cf MORIN, De sacris ecclesiae ordinationibus p. 3, exercit. 1, c. 3, n 8; Perpétuité de la foi sur les sacrements t. 5, 1, cc. 3, 4, 5, 6; Acta Synod. Constantinop. 1638 et Jassy 1642 ap MICHALCESCU JON. Tes. t. ortodoxias 1904.

sane theologiae vitio vertet, cum plurimae notiones prius declarandae fuerint quam ad definitionem accuratam perveniretur (1).

e) *De efficacia sacramentorum.* Latini contendunt sacramentis conferri gratiam *ex opere operato,* Graeci dicunt mysteria esse ὄργανα δραστικὰ τῆς χάριτος ἀνάγκης, quod saltem idem, si non plus, significare patet. Etenim, si Graecis sacramenta non viderentur gratiam ex *opere operato* conferre, ergo ex *opere operantis* nec secus ac preces et pia opera quaevis, quae tamen *a*) nemo eorum dicit nec dicere potest ὄργανα... ἐξ ἀνάγκης, cum efficacia talium operum pendeat e dispositione subiectiva orantis vel operantis; *b*) neque haec nec ritus alii qui antiquitus in utraque ecclesia inter sacramenta recensebantur (primis notionibus theologiae sacramentariae nondum plene constitutis) unquam exclusi essent a Graecis e numero mysteriorum, nisi absurdum illud et invidiosum placet eos hac exclusione id solum spectasse, ut caeco modo imitarentur Latinos; *c*) cum Latini dicunt sacramentis gratiam conferri *ex opere operato,* nihil aliud dicere volunt quam ex institutione Christi gratiam ritibus sacris ita coniungi ut eos *per se* gratia certo consequatur seu quod est idem, inter sacramentum et effectum ex parte creaturae nihil intercedat. Iam vero quid hoc est nisi esse ὄργανα δραστικὰ τῆς χ.

(1) Haec sunt autem definitionis praecipua momenta

1° Auctoribus CLEM. ALEX. et imprimis ORIGENE Graeci, saeculo IV°, conceperunt sacramentum ut symbolum efficax ; quae notio a Io. CHRYSOST. perfecte exprimitur (in Matt hom 82, 4). 2° AUGUST. contendit sacramenta pertinere ad genus signorum (De civitate Dei 10, 5) Varias definitiones sacramentorum habet. Doctrina eius breviter videtur contrahi verbis in epistola eiusdem ad Ian. (Epist. 55, 2) Sacramentum est autem in aliqua celebratione, cum rei gestae commemoratio ita fit, ut aliquid etiam significari intellegatur, quod sancte accipiendum est. 3° Saec. XII°, HUGO DE S. VICT. amplectens ideas AUGUSTINI, opinionem reiciens ISIDORI HISPAL de Sacramentis, definitionem proposuit saepe laudatam sacramentum est corporale vel materiale elementum foris sensibiliter propositum ex similitudine repraesentans, et ex institutione significans et ex sanctificatione continens aliquam invisibilem et spiritualem gratiam (De Sacram lib 1. p 9 c. 2; M. 176, 317). 4° PETR. LOMBARD induxit notionem illam philosophicam sacramenta N. T. (i. e. propria N. T cf. 4, 22, 2) esse causas gratiae « quod ita signum est gratiae Dei et invisibilis gratiae forma, ut ipsius imaginem gerat et causa existat (4 Sent. 1, 2). 5° THOMAS A. addit eas esse instrumentales causas (Summa theol. 3 p. qu. 62 a. 1, 4; ubi docet sacramenta pertingere ad suum effectum quae est gratia instrumentaliter effective; antea vero docuerat « ad ultimum autem effectum qui est gratia non pertingunt etiam instrumentaliter, nisi dispositive, in quantum hoc, ad quod instrumentaliter effective pertingunt est dispositio quae est necessitas, quantum in se est, ad gratiae susceptionem » In 4 Sent. d. 1 q. 1. a. 4) Definitio THOMAE hodie recepta est philosophice accurata et quae sub se etiam continet sacramenta Veteris Legis « Signum rei sacrae in quantum { res sacra { est sanctificans homines ». 6° Quo sensu autem sacramenta causae dicantur, imprimis utrum causae physicae an causae morales habendae sint hucusque disputatur.

ἐξ ὀ.? Sequitur ut eo tantum sensu nobiscum discrepent orientales, quod sua definitione forsitan plus dicant quam nos verbis ex opere operato dicimus. Si hoc ita est, rationibus quibus ipsi innituntur attente examinatis et ducti solis rationibus doctrinae propriis, non ob rationes e fide seu dogmate depromptas, ab ipsis, si eorum sententia non placet, dissentire poterimus. Si quis enim consideret concilium tridentinum solas opiniones protestantium in hac re tollere voluisse et post concilium catholicos scriptores haud omnes consentire de genere efficientiae quam sacramentis tribuunt, materia sat ampla disputationibus theologorum patet (1). *d*) Si nobis licet declarare quae sententia in hac re magis probetur, fatebimur nos libentius amplecti causalitatem moralem uti a card. FRANZELIN describitur (2). Quam sententiam AUG. contineri iure contendit (3), nobis autem ea satis cohaerere cum paulina de corpore Christi mystico idea videtur (4).

4.6.14. LUC. DELPORTE.

*
* *

Cum disputationes praeparatoriae ad reliquas controversias nobis promissae propter impedimenta belli nobis nondum traditae sint, eas separatim edere malumus et hic, ut interim commentationis Jugieanae aestimatio, cuius occasione has disputationes emisimus, finiatur, pauca de methodo a Jugie inita vel proposita adiungere.

## De ratione controversias tractandi.

De munere apologetae catholici M. Jugie, vir doctissimus, exponit in DAp[4] II 381-9.

Plurimi (etiam theologi) orthodoxi bona fide sunt (cf. VL. SOLOVJEV, La Russie et l'Egl. univ. 1889,15 ; J. URBAN, Katolicyzm a prawosławie. Kr. 1912,172). Quaestiones controversae non eo modo hucusque illustratae sunt, ut nihil laboris supersit. A scientiae theologicae progressu aeque ac Ios. DE MAISTRE et GLUBOKOVSKÏJ exitium schismatis sperat esse profecturum.

(1) SUAREZ. Quaest 62 a. 4 disp. 9 cf disp 8 sect 3 ; MELCHIOR CANO, in 3 part q. 62, D 132 c. 5 n. 74 ; Relectio de sacramentis pars 4 (1764) t. 2 425-434 ; pars 6 pag. 431 ; VASQUEZ disp 132 c. 4 n. 41-44 ; disp. 133 c 1 et 2 ; c. 5 n. 80 83 ; LUGO, de Sacramentis disp 4 sect 4 ; TOURNELY de Sacram in gen. q. 3 a 2 ; BILLUART de Sacram in comm diss. 3 a. 2 ; — FRANZELIN de Sacram in gen th. 10 ; ŠPALDÁK A De remis et retent. pecc. (e SlLTh) th. 15.

(2) De Sacram in gen th. 10.

(3) Cf de Baptismo l. 5, 4, 16.

(4) Contra FRANZELIN obicit ŠPALDÁK l. c.

His rebus indicatis methodum suam proponit: 1) de discriminibus *liturgicis* posse esse graecum vel slavum in liturgia qui sit catholicus romanus. Non commemorat hic scriptor quae contra hoc ab orthodoxis afferri possunt; plerosque Latinos nondum exuisse opinionem de pulchritudine eiusdem rationis etc. (cf. MAX, Vorles. 1907 122). — Ostendendum est iis rationem qua nitantur in abhorrendo a ritibus ecclesiae latinae atque in servandis priscis consuetudinibus ab ipsis deseri; nam saepe eos sequi consilium mutandi quae incommoda videantur: s. X° recepta est consuetudo miscendi hostiam consecratam cum vino consecrato eamque cochleari praebendi fidelibus; cessarunt igitur bibere e calice quod praeceptum erat a Domino. Etiam baptismus per infusionem apud orthodoxos occurrit (in partibus Russiae occidentalis olim a Polonis occupatis, in casibus particularibus, ut Rev. Aug. XIV 1909, 16-7; cf. Vel. Věst. 1909). Sed hos esse abusus respondere possunt. — Etiam in missa quaedam mutata sunt, velut epiclesis in exordio missae Io. Chrys. omissa est; proskomidē a ritu antiquo discrepat, mos frusta in honorem sanctorum desecandi s. XII inductus est (cf. EO III 1900, 65 s.); tres genuflexiones post epiclesin a. 1895 praescriptae sunt in ecclesia cp. (cf. CHARON, Le quinzième centenaire 1909,228-34; Auner in Krusostomika II 1908,766-7); primatus s. Petri eorumque qui ei successerunt monumenta exstinguebantur, velut canon in hon. s. Greg. M. (NILLES, Kalend.[2] 1896 I 121), item loci de s. Petri et Pauli commoratione romana (Men. Ven. 1895). — Veteroritualistis unius fidei (edinověrcy) ecclesia russica suis ritibus uti permisit.

Dolendum est, quod Jugie in controversiis liturgicis suspicatur (378.382 mensonge, fourberie) graecos theologos non serio procedere. Bona fide eos esse sumendum esset etiamsi signa malae fidei adessent. Potius oculi claudendi sunt, si non mavis a quaestione tractanda desistere (cf. W. PALMER, Dissertations on subjects relat. to the « Orth. ».. Commun. L. 1853,97). Historiam rebaptizationis Latinorum vocat historiam d'une comédie grotesque autant qu'impie. Verba duriora videntur esse; ut erraverit auctor, non sunt carpendi qui eum secuti sunt. Quod appellat cynicam confessionem cum AP. KRISTODOULOS 1896 p. 407 scribit rebaptizari Latinos ob periculum proselytismi latini et ad separationem inter ecclesias magis exprimendam (i e. ad scandalum evitandum) non videt componi cum « œconomia » et se imitari exprobrationes orthodoxorum qui eiusmodi « cynicas » confessiones multas apud nos facile invenire possunt. ( )

Quod orthodoxi botulos comedere nos vetare voluerunt etiam 1838 (MANSI 40,272), non est argumento rem serio actam non esse. Profecto rem admiramur sed haec admiratio a differentia morum repetenda est et unum illud querendum, serium reconciliationis studium non apparere apud orthodoxos.

Cum Jugie comparationem instituit inter libellos polemicos contra nos scriptos et encyclicas, quibus Leo XIII orthodoxos ad unionem invitabat — non videt disparata inter se comparari; nam etiam catholici nonnunquam peccaverunt calumniis divulgatis et caritate neglecta. Si odium adest, explicandum est et opera danda ut cesset, non iure defendendo coram iudice, sed potius oblata maxilla ad percutiendum; accusatio sui relinquenda orthodoxis (velut A. Lebedev 1904 p. 567. 568).

2) De discriminibus *dogmaticis* : Methodus « augustiniana », quam Du Perron, Veron, Valenburghii contra protestantes proposuerunt, orthodoxis accommodatur Persuadendum est orthodoxis non posse ecclesiam catholicam ab iis haberi haereticam; etsi enim aliqui eorum theologi ecclesiam orthodoxam separatam a romana putant sufficere ad condenda dogmata, haec non est opinio omnium, itaque est opinio privata theologorum, non doctrina auctoritate ecclesiae confirmata. Jugie pro concesso habet non licere vocare haereticam opinionem quam haereticam esse ecclesia universa non declaraverit; ac malam fidem tribuere videtur ei, qui argumentationi suae non cedat (388 pris d'une colère de commande ; dire non, même quand leur esprit dit oui). Sed quod pro concesso habet, negatur a nonnullis (cf. Vēra i Raz. 1887 I 815) si opinio nova sit, doctrinae antiquae quam vera ecclesia semper secuta et professa sit, contraria, haereticam vocari posse. Annalium ecclesiae exempla huic opinioni videntur favere. Praeterea fides nostra non solis conciliorum decretis continetur, sed etiam rebus ratione cognitis, velut factis. Si quis igitur cognovisse sibi videtur doctrinam de primatu romano primis saeculis ignotam fuisse, potest, licet erret, ad falsam iudicandam reiciendamque doctrinam ecclesiae catholicae propriam, ea veritatis nota uti. Accedit quod sunt quaedam quae nullius auctoritate concilii definiri possunt, cum nisi crederentur, auctoritas nulla concilio esset. Huiusmodi est infallibilitas concilii oecumenici. Iam vero orthodoxi ob eandem vel similem rationem, ob quam credunt concilia esse infallibilia, credere possunt hanc infallibilitatem consensui romani episcopi nullo modo esse obnoxiam ac reicere ecclesiam, quae aliam infallibilitatis notionem habeat, etsi dogma a concilio definitum non reiciat.

Vl. Solovịev, qui hanc eandem rationis Jugieanae partem proposuerat, postquam orthodoxis persuasisset catholicos haereticos non esse, sibi eos interrogandos esse existimabat, a qua auctoritate legitima catholici se separassent, ut schismatici haberi possent. Schisma enim aliud non esse nisi separationem a legitima potestate (cf. Maccella, Otvēt p. 18). Jugie in hac parte Solovịevium non sequitur, sed primatum et infallibilitatem papae orthodoxis convertendis probari vult. Quid est igitur, cur priorem partem proposuerit? An animorum praeparandorum causa?

Verum est logice primatu et infallibilitate romani pontificis admissis effici veram esse doctrinam ecclesiae catholicae. At hanc viam iniri oportere non videtur. Res altius repetenda est. Jugie non videtur illud spectare, ut persuadeat theologis orthodoxis sed potius laicis, de ecclesiae catholicae veritate, vel, id quod etiam magis displicet, rudi plebi (parmi les masses populaires 383). Neglectus theologorum crimini ei vertendus esset; nec enim uti ignorantia rudium ad eos ad veritatem convertendos a modis honestis alienum non esse orthodoxis est persuasurus et ideo odium sibi et ecclesiae catholicae cumulaturus.

Si cum theologis agendum est, alius modus esse non videtur nisi quem secuti sumus, quantum potuimus. Nam haec videtur esse natura morbi curandi error de vera ecclesia ($z$) compluribus innititur erroribus ($m_1$ $m_2$ $m_3$), quos mens prudens amplectitur; qui errores inniti possunt opinionibus praeiudicatis ($n_1$ $n_2$ $n_3$) vel cuidam iudicandi consuetudini vel propensioni ($\acute{n}$), quarum conscia mens non sit. Ut error $z$ in mentem alicuius recipiatur, necessarium est suum quemque errorem committere ($l$), sive re perpensa sive inconsiderate (opinione praeiudicata, falsa praesumptione, credendi temeritate etc.). Idem error retinetur non solum ob errorem $l$ sed magis — licet hoc ab errante non animadvertatur — propterea quod mens hanc opinionem suam fecit ($k$), atque insuper propterea quod interiore evidentia (ob $m$ et $n$) et exteriore auctoritate consentientium ($i$) commendari videtur.

Omnis enim error receptus cum animo nostro quodammodo ita coalescit, ut sine sui ipsius abiectione ab eo separari non possit. Animum errore captum aequum iudicium deficit, non ad veritatem cognoscendam propensus est, sed ad id credendum quod credendum sibi unquam visum est; novas semper rationes reperit suae opinionis et in angustias adductus aliorum auctoritate se munit.

Itaque morbi curatio haec est non error singulorum proprius $l$, sed eorum ad errorem $z$ eiusque fundamenta $m$, $n$ propensio $k$ superanda est. Quae superari non potest nisi eorum opinio 1) omnibus illecebris e veritatis specie nascentibus privatur a) refutatis omnibus rationibus, quibus probari videbatur non iis solum quae menti erranti notae sunt, sed etiam iis quae excogitari possunt, nec solum quibus erroris propria forma ipsa nititur, qua mens detinetur, sed etiam quibus erroris formae propinquae animum capere possunt. Si error in negando positus est, refutatio eius in argumentis afferendis quibus nostra opinio efficiatur consistit. — b) refutatis etiam iis quae ab errante ita assumuntur, ut ab ipso numquam nobis opponantur, numquam enuntientur, cum in iis latere suae a nostra diversae opinionis radicem ignoret eaque a nobis quoque assumi putat. « Les hommes qui se trouvent dans des camps différents, d'ordinaire se comprennent peu, parce qu'ils ont d'autres habitudes d'esprit, d'autres pierres de touche de la vérité, d'autres idées sur la manière de diriger leurs recherches ». E. Bou-

TROUX (RDM 59,1910,8). Haec impedimenta, ut tolli possint, investiganda et exquirenda sunt.

— nisi 2) exuitur etiam ratione, ob quam errantis res agi videtur, opinio velut ipsius animi particula defenditur; quod non fit nisi neque honorem nec alia incommoda postulare docemus, ut opinio servetur.

Itaque ut id quod petimus assequamur 1) prorsus necesse est animum nostrum rationibus adversariorum obiectare, summa diligentia perquirere quidquid pro eorum opinione afferri possit. Non est alia ratio remedia inveniendi. Nihil iuvat se in proprio notionum genere continere et inde opinionem suam efficere; serio, diligenter, verecunde cognoscenda est opinio opposita, etsi nobis ingratissima est. Cf. A. TH. P. DE BROGLIE, Le positiv. et la sc. 1880 p.4-5. — « Illud vero *iniustum* est quod multis est familiare, ut utramque partem non audiant simili studio, sed hanc audiant attente, illius vero vocem non ferant ». Io. DURAEUS, Irenicor. tractatuum prodromus. A. 1662,360. — 2) Origo erroris exploranda est; nam hominis docti non est a mala voluntate aut imbecillitate errorem adversarii repetere.

Iam res accurate cognitae prudenter exponendae sunt. Omnia concedenda quae concedi possunt; argumenta ita eligenda, prout habitui mentis errantis respondent; quam paucissima assumenda, etiam iis, quae conceduntur, parce utendum; velut argumentis a patrum testimoniis petitis, si alia praesto sunt. Error benigne explicandus, non comitatis tantum causa, ita nihil efficitur, sed propter veritatem (1).

Haec non semper servari constat. Multi potius modo patroni causae se gerunt quam medici. Cf. T. A. LACEY, The Use a. Abuse of Isolated Facts in Controversy 1902, 9. De qua methodo en quae E. VACHEROT scripsit in RDM 39 II,1/III 1869,151 : Sans vouloir l'assimiler en tout à la méthode de l'avocat qui plaide une cause, nous pouvons dire qu'elle en garde beaucoup de procédés dans sa façon de soutenir ses thèses. Comme celle-ci, ne cherche-t-elle pas avant tout à triompher de ses adversaires, avec cette différence capitale sans doute que le polémiste politique ou religieux veut vaincre pour sa foi, tandis que l'avocat ne songe qu'à l'intérêt ou au salut de son client? Ne la voit-on pas chercher surtout chez l'adversaire le défaut de la cuirasse, épier les distractions, profiter des équivoques, s'emparer des exagérations,

(1) Simili ratione ductus W. SANDAY, The primitive Church and Reunion (e Contemp. Rev.) Oxf. 1913, 109 suadet ne dogma abstracte proponatur : Translate it back nto the forms of history; present it to your minds, not as a proposition, but as a picture — a picture embodied in all the richness and fullness of detail that naturally belongs to it, with all the lights and shades of nature, and with all the subtle interweaving of parts and whole... They would not be repelled by the necessity of saying Aye or No; but room would be given for those unconscious and semi-conscious process of adjustement and approximation of which the mind is capable when it is left to find its way *without hindrance and without dictation.*

alors même qu'elles sont dans les termes plutôt que dans les idées, s'occuper plus des mots que de la vraie pensée de l'auteur auquel elle s'attaque, prendre enfin tous ses avantages, partout et toujours? C'est à tel point qu'on peut se demander si, comme l'éloquence, qui lui prête si souvent son prestige, la polémique n'appartient pas plutôt à l'art qu'à la science.

Ratione ad vincendos adversariorum animos parum idonea plus mali quam boni afferri quis non videat! Animi irritantur, exasperantur; in errore confirmatur qui suas opiniones parum intellegi vel detorqueri videt. Cf. L. de Grandmaison in Etudes 74,39s.

Sequitur non imperitissimum quemque aut sollertiae diligentiaeque expertem naturam ad disputandum cum adversariis aptam et accommodatam habere. In universum dici videtur posse, quicumque difficultatem ipse non senserit, qua adversarius a nostra opinione comprobanda arcetur, imparem esse controversiis tractandis Cf. A. S. Peake, The Bible, its origin, its significance... 1913,20.

Aug. Bruson.

# CONSPECTUS LITTERARUM AD ACADEMIAE STUDIA PERTINENTIUM

*Jan Urban*, **Katolicyzm a prawosławie**. Kraków 1912. Typis Koziánski. 129 p. (207 p.).

In praefatione p. VI. scriptor sacerdotes catholicos in Russia degentes officii monet Russorum quibuscum utantur animos ecclesiae catholicae conciliandi; nec solum eos qui iam sua sponte propensi sunt ad eam recte aestimandam quos repellere non liceat et quibus tractandis parati esse debeant, sed etiam alios quibuscum iis agendum sit. Hoc modo illos movere studet, ut rebus orientis cognoscendis dent operam.

I (p. 1-22). Stanowisko cerkwi i teologii rosyjskiej względem zachodu (seorsim e *Świat Słow*, 1906). Quamvis inclinata sit plebs russica ad Deum colendum, pauca habet quae vere christiana sunt: quae credit et quae precatur magis polytheismum sapiunt. Repetit autem cultum superstitiosum (velut s. Blasium dicit propter nominis cum deo antiquo Vlas, Volos similitudinem factum esse patronum domus et ovium) et ignorantiam dogmatum (a qua raskolnicos eximit p. 4) a byzantinismi proprietate. Adumbrat theologiae in Russia historiam, parum investigatis variarum doctrinarum fontibus. P. 20 exponit quae in Russorum theologicis disputationibus reprehendenda invenit: fluctuare notiones, gradum sisti in media via, denique consectaria neglegi id quod cum catholicismi protestantismique metu tum censura ecclesiastica explicat.

II (p. 23-37). Kwestya zjednoczenia kościołów na zjezdzie welehradzkim (e *Przegl. Powsz.* t. 95 p. 293 = « Aby wszyscy byli jedno ». Krak. 1907).

III (p. 38-57). Zadania katolicyzmu w Rosyi (e *Św. Słow.* 1907 = « Aby wsz. b. jedno ». Krak. 1907).

IV (p. 58-73). Włodzimierz Sołowiew i biskup Strossmayer (e *Prz. Powsz.* 1909 t. 101 p. 159). Epistulis Solovievii quos F. Rački et Strossmayero ep. misit editis scriptor utitur ad eius cum Strossmayero commercium enarrandum. Adiungit quae ad unitatis ecclesiae restituendae studia a Soloviëvio producta eiusque in primatu episcopi romani profitendo constantiam pertinent. Inter alios fontes colloquia cum Soloviëvii discipulis appellat quos non nominat.

V (74-92). « Welehradzkie utopie » (e. *Św. Słow.* 1909). A privata commentariorum qui Velegradskij Věstnik inscribuntur et Pragae eduntur, natura profectus (quorum vim quae modestos sumptus sequi-

tur minoris aestimat quam aestimanda videtur; illud minime intellegimus, cur ut res quae aliter non cognoscerentur exponantur, necessarium putet sententias novis verbis indui), conventus velehradenses a quodam viro nationis polonae amore caecato defendit, qui scribens in Św. Sł. non solum a gentis Slavorum amore abhorret sed etiam opinione irritatur existimantium Russiam posse catholicam fieri ritu orientali non mutato. Haec agens *U.* describit aliquas difficultates, in quas studia velehradensia etiam apud catholicos incurrunt. Scriptor optime meruisset de re et disputationis suae momentum stabile reddidisset, si in radices fastidii quod quibusdam afferunt inquisivisset easque accurate exposuisset; velut quomodo factum sit, ut aliqui conicerent, ritum orientalem conservandum a s. sede callido consilio solum praetexi ad tempus, ad extremum autem eum sublatum iri; item ut nonnullis videretur, id quod *U.* non reprehendit, etsi manifestum sit eum errorem ab adversario eius committi, videretur, inquam, licere neglecta non solum caritate sed etiam prudentia orthodoxorum bonam fidem turbare, vel ut eodem loco haberetur conversio orthodoxorum quo paganorum vel protestantium, in quibus convertendis propter statutam ab iis subiectivam conscientiae religiosae naturam querelae locus non est, quod insciis pastoribus ex ovium ignorantia quaestus exerceatur. Etiam magis meruisset, si simul remedia indicasset, quibus radices illae tollerentur. Nam Deo eam curam relinquere non magis convenit quam consilium ecclesiarum reconciliandarum ipsum neglegere. — Ad illud potissimum ab *U.* respondetur, quod obicitur de cultus vitae europaei in Russia propagatione byzantinis moribus impedita et de errore politico a Polonis commisso in ritu orientali conservando. *U.* ad extremum neglegentiam cleri poloni conqueritur qui ecclesiarum reconciliationem relinquit. Scriptorem prosperos exitus consecutum non esse dolendum est. Nec enim impedivit, ne commoda, quae Russis ad coalescendum cum Polonis coactis sibi praeberi viderentur et aliae considerationes similes quae ei impugnandae visae sunt, Polonorum animos, insperata 200 milium Russorum qui ritus orientalis fuerant ad ritum latinum nationemque polonam accessione (a. 1905) non satiatos magis moverent quam Christi praecepta. Strictim id notandum mihi videtur, quod *U.*, etsi persuasum habet omnem studiorum nostrorum exitum a Deo pendere (p. 83), tamen pro re explorata habet multum temporis esse praeteriturum antequam res eae evadant, aby można było pomyśleć o jakiejś poważnej akcyi w tym kierunku.

VI (93-129). Nowy plan unii kościołow z powodu artykułu ks. Maksymiliana Saskiego (e *Prz. Powsz.* 1911; cf. *Etudes* 1911 t. 127 p. 153-77). Examinatur maxime illa pars consiliorum a MAXIMILIANO principe propositorum (cf. *AAV* VII 208.254), quae ad condiciones unitatis ecclesiae restituendae refertur. Falli eum dicit *U.*, cum putet fore ut bona venia orthodoxorum credere possimus quae sine iis defi-

nivimus; ea enim magnam partem haeretica iis videri. At scriptorem (sicut etiam orthodoxum illum qui scripsit *Russian Observations upon the American Prayer Book* p. 7 in *Alcuin Club Tracts* XII) concedere puto orthodoxos rem, cuius contrarium ab universa ecclesia non teneatur, pro haeresi habendi ius nullum habere; in ecclesia latina opiniones florere quarum studiosi suam quisque pro revelata habeant, etsi vetentur alteri alteros haereticos appellare. Itaque quod negat negandum esse aliter efficere non potest nisi probando orthodoxos numquam esse agnituros se ius non habere haereticum habendi quod in antiqua ecclesia haereticum habitum non est. Quae deinde dicit de exitu talis reconciliationis quae controversias non compositas relinqueret, eadem fere dicenda videntur de diversarum partium theologorum in ecclesia catholica inter se rivalitate alteri alteros semper despicient ut « une race inférieure » *Et.* p. 160). Consilia Maximiliani catholicae theologiae ratione aestimata prorsus nova ei videntur, quod miramur. Nec enim ignoratur in similibus consiliis (quale fuit consilium Chr. Rojas de Spinola suspendendi Tridentini, non improbatum ab Innoc. XI.) ipsius ecclesiae exemplum allatum esse quae ad Graecos, quos Florentino interesse et de rebus iam pridem definitis libere loqui passa est, reconciliandos lugdunensis concilii anathematismos sustulerit; quo argumento non probari nisi ad tempus id fieri posse, concedendum est. Cf. Bossuet, Œuvres vol. 18 (1872) 82. *U.* non inquirit, quid sibi velit illud : anathema sit; inde tamen vis eius argumenti pendet. Maximiliano in opinionem venisse orthodoxos sine mora infallibilitatem papae agnituros esse, id quod *U.* ei tribuit, non crediderim. Dixerim eos omnia iura quae ante schisma usurpabat, sive divinitus collata erant sive ecclesiae assensui debebantur, in confuso agnituros esse non explicantes quibus iuribus usus sit; quae opinio Maximiliani videtur fuisse. Alia est quaestio, num id sufficiat. Quamquam perfectam illam de obiecto formali fidei concordiam quam *U.* poscit, qua agnita ab utrisque una auctoritas multum superatur, necessariam esse nec ipse nec alius quod sciam demonstravit (1).

(1) Si quaeritur non quid optimum, sed quid satis sit, quaestio minus simplex videtur esse quam fingi solet. Maxime illud haereticos bonae fidei nisi plenam regulam fidei agnoscant esse extra ecclesiam theologi non ignobiles velut St. Härent negant esse demonstratum Eo enim quod dicitur : regula fidei est principium effectivum et conservativum illius unitatis fidei qualem Deus voluit, unitatis sc. cum sufficienti integritate revelationis per saecula, non efficitur a singulis qui in ecclesia sunt, cognosci debere infallibilitatem omnibus saeculis adhiberi oportere eumque qui regulam fidei eo modo negat quo orthodoxi, esse extra ecclesiam. Cum in impugnanda thesi principis Max. iusto levius quaedam soleant sumi, primum responsa, quibus occurri possit argumentis propositis nulla re manifesta negata, proponemus et deinde duo argumenta adiungemus, quae firmiora videntur, quae tamen ipsa quoque contradictioni patere dissimulare nolumus. Haec eo consilio suscepimus, ut quae de ea re iam

De Maximiliani opinione, iurisdictionem papae esse circumscribendam censentis (orientales esse solvendos), papa videtur, si potest pro-

eruta videantur, viris doctis de ea denuo scripturis facilius innotescerent Itaque contra thesin : *ecclesia poterit recipere definitive orthodoxos, etsi non profitentur dogmata post schisma definita* obici solet : *1*. Si ecclesia orthodoxos reciperet non revocatis erroribus, non fieret vera unio. — *Responderi* videtur posse : non fieret unio, qua membra possent pertinere ad unum corpus externum a Christo institutum sicut ante schisma *n.* ; non fieret unio talis, qua membra omnia eadem debita haberent, etiam ea quae poscuntur a conciliis recentioribus oecumenicis *sbd.*, non haberent ea acsi ne materialiter quidem peccarent ab iis recedendo *n.* (cf DOM. GRAVINA, Catholicar. Praescriptionum t. 4 p. 1 Neap 1635, 120-1) ; non haberent quatenus formaliter contra ea non peccarent *c.* — *Inst.* Unio non potest esse sine unitate in fide totali. *Resp.* : Sine unitate in fide totali externa seu in professione fidei, si intellegitur ipsa regula fidei *sbd* : in ea comprehensive concepta *n* , concepta quantum ad usum sufficit, *it. sbd.* : professa explicite *n.* implicite *c.* ; si intelleguntur ea omnia quae regula fidei agnoscenda poscit, *sbd.* quae poscit ita, ut negans peccet formaliter *c.* ; quae poscit ita, ut peccet materialiter tantum *sbd.* per se *n.* per accidens, quatenus ecclesia potest etiam tales excludere *tr.* — *Inst.* : Haereticus publicus materialis eo ipso est extra ecclesiam. *Resp.* Haereticus materialis, qui negat regulam fidei, sine qua unitas fidei non est *c.* ; qui negat vera definita *sbd.* quamdiu praesumitur ab ecclesia ea negare negando implicite regulam fidei, *tr.* ; secus *n.* Et haec videtur ratio esse, cur haereticus formalis anathemate feriatur : quia non audit ecclesiam, habendus est ut ethnicus et publicanus, non quia negat doctrinam revelatam. — *Inst.* Si id admittitur, orthodoxi iam nunc non essent extra ecclesiam. *Resp* Non essent extra ecclesiam, i. e. extra corpus Christi mysticum *c.*, non extra regnum visibile Christi *sbd.* non essent extra ecclesiam ratione haeresis *c.*, non ratione schismatis *n.* Et haec sit forsitan ratio, cur haeretici non vocentur. — *Inst.* : Orthodoxi negant regulam fidei. Ergo sunt extra ecclesiam ut haeretici materiales. — *Resp.* Negant triplex esse in ecclesia charisma infallibilitatis *c.* negant ullum remedium moraliter permanens contra novas haereses *sbd.* omnes *n.* aliqui *sbd.* loquentes sine sufficienti reflexione *c.*, quaestione clare proposita *tr.* Ergo sunt extra ecclesiam : si non negant infallibilitatem permanentem *n.*, si negant. *sbd.* ob defectum reflexionis *n.*, cum clara conscientia sbd. et tum probari potest eos esse extra ecclesiam *n.*, sunt *tr.*

*2*. Ecclesia recipiens orthodoxos qui errores non revocassent, approbaret eorum dubitationem. *Resp.* approbaret eorum dubitationem de rebus credendis *sbd.* ita, ut eos immunes diceret a peccato materiali *n.* a formali *c.* ; eorum dubitationem de oecumenicitate conciliorum recentiorum *sbd.* e. agnosceret eos posse rationes seu difficultates subiectivas habere, quibus a peccato excusarentur dubitantes de ea re *c.* eos validis rationibus duci, cum dubitarent *n.* — *Inst.* Atqui non potest eos dicere immunes a peccato formali, quia id semper negaverat. *Resp.* Negaverat de iis, qui bona fide essent *n.* de aliis *sbd.* immunes a peccato formali contra unionem *c.* contra fidem *sbd.* fidem divinam, velut quatenus aliqui dixerunt ecclesiam catholicam errare *tr.*, fidem catholicam *sbd.* quatenus et quamdiu ecclesia praesumebat concilia oecumenica, in quibus haec definita sunt, agnosci tamquam oecumenica *c.* secus *n.* — *Inst.* Turbarentur fideles, si in eadem ecclesia viverent cum orthodoxis quaedam dogmata negantibus. Praestat autem schisma quam talis turbatio. (Cf. ХОМІАКОВ in Pr. Ob. 1875 I 27 трудно вообразить себѣ что либо болѣе нелѣпое ) *Resp.* : Fideles rudes,

mittere ritum orientalem servatum iri, posse etiam se obstringere — nullo iure abiecto — ad ecclesiae orientalis administrationem ita relin-

si dogmata negata essent alicuius momenti ad vitam *c.* doctiores *sbd.* si ecclesia iis rem non explicaret (non esse omnibus subiective evidens concilia nostra fuisse oecumenica ideoque eos esse posse bona fide) *tr.* si explicaret *sbd.* laici n. theologi *sbd.* iure *n.* ob opiniones praeiudicatas *tr.* — *Inst.* Saltem deesset ecclesia suo muneri revelatas res docendi et explicandi (cf. A. Palmieri in DThC V 2340). *Resp.* : Si receptio orthodoxorum esset ita definitiva, ut ecclesia in posterum excluderet possibilitatem definiendi vera revelata, vel si quid positivi faceret quo ea obscurarentur *c.*, si passive vel negative se habet e rationibus prudentiae sive in dogmate non definiendo auctoritate infallibili (de imm. conc., de molinismo, de modernismo) sive (a fortiori) in professione dogmatis definiti non postulanda sua auctoritate seu non urgenda (divina enim postulatur saltem interior fides), sive in dogmate definito modis aptis a subiectiva dubitatione eximendo (novo concilio oecumenico) *n.*

*3.* Ecclesia debet ab orthodoxis postulare id quod semper ab iis postulabat. Atqui semper eorum fidem in primatum et Filioque postulabat. *Resp.* : *dist. mai.* ; debet postulare ita, ut semper retineat fidem suam et negationem habeat pro errore et negantem pro peccatore saltem materiali *c.* ; debet postulare ita, ut non permittat esse membra iisdem, quos membra esse non permittebat antea, nisi revocarent, *sbd.* si ratio id postulandi fuit, ut praetextus schismatis tolleretur et unio restitueretur, et nunc unio possibilis fiat sine hoc remedio *n.*, secus *sbd.* iisdem sub omni respectu i. e. haereticis formalibus, vel qui formales praesumebantur *c.*, iisdem i. e. haereticis tunc formalibus, nunc materialibus *n.* *Dist. min.* Semper fidem in primatum poscebat sensu Vaticani *n.* de Filioque etc. *sbd.* semper defendit ut credibile *c.* ut credendum ab iis *sbd.* consequenter ad definitionem concilii oecumenici pro vero agniti — explicite vel implicite — *c.* antecedenter *n.* Explicandae rei causa afferre libet quae S. Mac Bee, An Eirenic Itinerary L.1911,153 dicentem inducit Pium X. : It would depend upon the attitude of those seeking unity. If the attitude was one of controversy, of conflict, of war, then every defense, every out-post intended to protect dogma must be regarded as essential, but if the attitude was one friendliness, if the spirit of unity prevailed, then the fundamental mysteries of the Faith would to be simple and few. *Inst.* Ecclesia semper illud secuta est, ut posceret verae fidei externam professionem ante aggregationem, sive haec fit post baptismum sive aliter. Et ubi agebatur de baptizatis redeuntibus ex quavis haeresi, postulata ab iis fidei professio complectebatur non solum recitationem brevioris illius symboli quod apostolorum dicitur, sed etiam specialis haeresis publicam retractationem sive abiurationem, uno vel alio modo faciendam. *Resp.* : semper ante aggregationem haereticorum formalium *c.* materialium *sbd.* in foro interno, sive extra ecclesiam esse putabantur (ut omnes haeretici materiales secundum quosdam theologos), sive erant (Vl. Soloviev !) *n.* in foro externo seu in aggregatione sollemni *sbd.* ubi id poscebat ratio prudentiae *c.* ex alia ratione *n.* *Inst.* : Ecclesia tum hoc modo tractare posset etiam nestorianos et monophysitas. *Resp.* Si haec possibilitas manaret ex aliquo principio communi omnium sectarum *c.* si e speciali *sbd.* quatenus iudicare posset dogmata ab iis bona fide negata non esse tanti momenti, ut ignorari ab iis intra ecclesiam non possent *tr.* quatenus iudicare posset hoc prudentiae fore n.

Restant duo argumenta quae maioris momenti videntur 4. ex obligatione prudentiae Si ecclesia reciperet hodie orthodoxos non instruendo eos se solam fuisse

quendam episcopis ut ipse eorum rebus se non ingerat, nisi ad summum ecclesiae iudicium provocetur vel nisi pravus abusus tollendus

veram ecclesiam et eos fuisse schismaticos, si eos relinqueret in opinione schisma esse ortum ex vitio ecclesiae romanae vel ex erroribus utriusque ecclesiae et ecclesiam orthodoxam fuisse veram vel saltêm non certo falsam, cras poterunt invenire rationes denuo se separandi ab ea. Itaque non satis provideret ecclesia perseverantiae unionis, i e. deesset prudentiae. Nam unio ita infirma et perseverantiae adeo dubiae maius malum est quam perseverantia schismatis. Ergo praestat sinere orthodoxos extra ecclesiam quam eos recipere cum tali condicione. Cf. GENNADIUS Cp., Or. 2 ad Syn. M. 160, 441. Et probo primum antecedens Nam non aliud motivum haberent manendi in unione quam legem Christi schismata vetantis et rationem commodorum ex unione ecclesiarum manantium. Sed non obstante hoc motivo poterunt sibi videri in certis quibusdam circumstantiis dispensari a lege Christi et a conservandis commodis ex unione ecclesiarum provenientibus. Cum enim orientur summae difficultates, quarum causam in illa parte ecclesiae, quae olim falsa fuerit, esse existimabunt, vel quae commoda ex unione fluentia aequiparabunt, poterunt putare schisma novum culpa vacare. Si enim ecclesia catholica non deterrita lege Christi de unione et spretis commodis unionis potuit se separare ab orthodoxis et separata manere nec peccare sibi visa est, quin voluntati Christi morem gerere, cur orthodoxi in bona fide versantes idem facere non possent? Supra posse enim nemo tenetur. — At haud scio an concilio infallibili ecclesiae unitae omnes componi possint controversiae et hoc remedium adhibendum esse cognosci debeat. — Confirmari potest argumentum hoc modo Ecclesia credit Deum sibi providisse ut semper adsit copia definiendae rei revelatae, semper, dico, sensu morali, 40 anni poterunt interponi, sed non 400 anni; aliis verbis est perpetuum magisterium extraordinarium. Iam vero si hoc credit ecclesia, debet hoc habere pro dogmate maximi momenti, quo instrui debeant ii qui id ignorant. Nam non solum ea dogmata debet docere, quae ad salutem necessaria sunt, sed etiam res alias, quae revelatae sunt.

5 ex notione receptionis in ecclesiam. Ecclesia est societas externa; cum recipit membra, non potest ignorare quem recipiat, quem non recipiat debet membra sua cognoscere. Si schismatici nullo modo haeretici essent, sufficeret sane, ut renuntiarent schismati et tum sciret etiam quem reciperet; quin restricte id sufficeret tum quoque cum praesumi possunt esse haeretici solum materiales. Sed si ecclesia scit inter schismaticos esse haereticos formales, iam non potest eos recipere, nisi professionem faciunt; quia dum reciperet indiscriminatim omnes haereticos, putaret se eos recipere quotquot sunt et reciperet eos tantum qui sunt bona fide, ignorans qui bona qui mala essent fide. Atqui scit inter eos esse aliquos malae fidei. Nam dici nequit Deum non providisse notas quibus ecclesia sua facile cognosceretur saltem a doctis viris aut eum auxilium se quaerentibus negare; nam si ipsa ecclesia catholica cognosci potest ut vera, etiam dogmata eius eo ipso ut vera cognosci possunt; nam si ecclesia romana fuit vera, eius magisterium ordinarium erat infallibile; atqui hoc magisterium agnovit concilia ecclesiae romanae quae illa dogmata definierunt. Debet autem ecclesia posse discerni non solum quantum est distincta ab haeresibus, sed etiam ut est distincta a schismatis; nam, quidquid est de sensu illius *tamquam* DENZ. Ench.[11] n 1793 (sensus videtur esse quia est custos, debet habere notas, quibus cognoscatur; non autem potest cognosci quatenus est custos, i.e. eam ut est distincta a schismate habere infallibilitatem), etiam a tali statu periculoso Deus homines arcere voluit et patres (AUG.

sit. Si *U.* hoc concedit — quod manifestum non est — restat, ut haec ei obiciam : Quaerit (p. 115 = Ét. 166) Dlaczego mieli byśmy brać obecny status quo za normę przyszłości...? Quam quaestionem non intellego. Quid Maximilianus responsurus sit, perspicuum est. Si iudicatur de opportunitate, verum est hierarchiam magnam partem obnoxiam esse potestati civili. At num delata ad unum papam omnis potestas hierarchiam liberaret nisi res ipsae mutarentur? Quid enim Roma catholicis obtinuit imperante Catharina? Nonne Roma ipsa ad breve tempus libidini byzantinorum imperatorum obnoxia fuit? Verius sanatio, nisi externae Dei providentiae committitur, aucta ecclesiae orientalis vita efficienda videtur esse. Universalis sententia illa p. 118 (Ét. 168), Kościoł narodowy, nie związany z centrum chrześcijaństwa dyscyplinarnie, będzie otrzymywał pasterzy tylko takich, jakich mu rząd danego kraju narzuci, non videtur vera esse nisi de ecclesiis quae etiam minus vitae habeant quam sectae protestanticae. Ius provocandi ad summum ecclesiae caput quatenus in usu erat in antiqua ecclesia, non autem ob iurisdictionis a papa concessae immodicum abusum vel ob monachorum rixas (patrum latinorum contra talem appellationem obiecta in memoriam velim revocentur) Maximiliano tollendum visum esse non puto; si tamen id statuit, *U.* in hac re assentiendum est (p. 118, Ét. 169). Quod *U.* rursus opportunitatis ratione obicit, ecclesias separatas e tali reconciliatione illa

contra donatianos) ad schismaticos refellendos notas ecclesiae appellarunt. Nec enim putandum est cognoscibilitatem ecclesiae datam esse, ut homines salvari possent ; nam possunt salvi fieri etiam extra ecclesiam ; sed ideo voluit eam Deus cognosci, quia eam caput pietatis, vitae, veritatis esse voluit.

Nec potest opponi contra hoc argumentum « ecclesiam ignorare quis ad se pertineat etiam de iis qui in schismate non fuerunt nec debere eam curare de haeresi in recipiendis schismaticis sicut de ea non semper curet in servandis membris a se baptizatis ». Nam utrum aliqua membra sint haeretici sive bona sive mala fide, necne, ecclesia non potest scire scientia fori externi, nisi accusentur. Ubi non est accusator, ecclesia non habet scientiam fori externi nec potest agere secundum hanc scientiam ; ubi autem adest accusator, debet hoc modo agere. Contra orthodoxos autem plurimi sunt accusatores qui eos accusant de haeresi, non quidem formali, sed certe materiali ; sed simulac novit scientia fori externi adesse haereticos materiales, scientia conclusionis scit esse inter eos haereticos formales nec potest iam tractare omnes indiscriminatim ut puros schismaticos vel ut haereticos tantum materiales ; non posset sane punire omnes ut haereticos formales, sed professionem poscere potest et debet etiam haereticos materiales.

Dubitari tamen haud scio an possit sitne illa professio postulata optima ratio discernendi eos qui bonae fidei sint a reliquis ; hoc remedium bonum esse non videtur nisi sumitur haeresin si sit publica etiam eos qui bona fide sint excludere ab ecclesia. Hac sententia argumentum dixerim contineri. Vera discernendi ratio videtur potius esse professio postulata de bona eorum fide in reiciendis dogmatis. Sed haec aliorum disputationibus relinquemus. Ceterum cf. Ét 159,691.

emolumenta capere non posse quae iis polliciti simus, recte auguratur non omnia statim praesto futura esse; at statim eos ea capturos esse quomodo sperari potest? Praeter auctoritatis effectum alii sunt qui, propter mutuam caritatem, sanguine totum corpus pervadente sua sponte nascuntur, etsi omittimus quaerere num tanti scandali amotio animos minus motura sit quam aliquorum moleste sedulorum, naturae orthodoxiae ignarorum, apostolatus obtrusus.

Quaestionis caput vix tangitur a scriptore: num summa potestas eo modo ad unum delata quo in ecclesia romana exstat, per se ecclesiae conducat, nec solum tamdiu et eatenus, quamdiu et quatenus episcoporum potestas legibus sapienter latis circumscripta non est vel quamdiu et quatenus bonis episcopis creandis certa ratione provisum non est. Hoc exspectabamus. Nam quod ecclesiae romanae utile est, id eadem de causa orientalibus ecclesiis proderit, si non statim ab initio, saltem tempore procedente. — Quaestione proposita num ritus orientalis latino expoliri possit, qua unitorum ritum caerimoniis a Latinis ascitis corruptum defendere conatur, omnino neglegitur in aestimanda moraliter actione rationem scandali semper habendam esse. Si coniuncta cum ecclesia catholica ecclesia orthodoxa universa ultro quaedam assumet, nihil improbandum erit. Ratio quam conventus velehradenses in hac re proposuerunt diligentius enuntiata est quam ut plus inde sumi possit. — Cum quaeritur quo iure permissum sit vivere unitis non intellego quo pacto ei videri potuerit p. 126 (*Ét.* 175) statuendum contra Maximilianum quod statuit. Res quam nunquam fieri oportuit (num autem res, quae agitur, numquam fieri debuerit, *U.* hic non quaerit) ut conservetur postulari potest: filius fornicationis necandus non est; quapropter non intellego quomodo quaerere possit Dlaczegoż nie radzi książe papieżowi poświęcić tych unitów etc. Si Maximiliani desiderium unquam implebitur, incommodum facile sanabitur (1).

Severius fortasse videbor de scriptore iudicasse. Fateor me quamvis voluntatis inclinatione in eum eiusque sententias propenderem, tamen propensioni meae morem non gessisse, ut quaestionibus quarum nostra interest claritatis aliquid adderetur. Consiliorum Maximiliani aestimatio catholica quae ea diligentia facta sit quae rei utilitati respondeat, adhuc exspectatur.

VII (p. 130-207). ,Cerkiew wschodnia w apologetyce katolickiej. Hoc capite in privatum usum edito uberius tractantur quae in I° conventu velehradensi a scriptore exposita vel adumbrata erant; cum publici iuris non sint, aestimari publice vix possunt.

I. Cehelskyj.

(1) Vera Maximiliani sententia est haec (R e l'Or I 19): Il serait désirable de les voir unis d'une manière plus parfaite et qui correspond mieux à la dignité de l'Eglise orientale i.e. ita ut non magis obnoxii sint congregationibus romanis quam Byzantini antiqui. *R.*

*Stewart A. Mc Dowall* M. A., **Evolution and the Need of Atonement.** Cambridge, University Press 1912. xvi+155 p.

Huius libri institutum est dogma de satisfactione Christi et de peccato originali cum doctrina evolutionis conciliare. Scriptor totam Darwinii eiusque sectae comprobat de origine vitae in mundo opinionem, negans sive materialismum purum sive pantheismum eam consequi. Ad extremum enim perveniendum esse ad Deum personalem, causam primam et materiae et ipsius legis evolutionis. Constat hominem esse et liberum et spiritualem, sui conscium et conscium peccati. Quare sine dubio, cum veritas cum veritate minime pugnet, adest convenientia quaedam inter ea quae docent physiologi et vitae spiritualis experientiam quam ipse aeque evolutione nasci existimat. Ad hanc experientiam illud pertinet quod homo se scit sontem et nescit quomodo culpa possit liberari aut denuo in amicitiam cum Deo venire, cuius consilium peccato suo violavit et quantum penes eum erat, irritum fecit idque ita, ut ipse prorsus impar sit damno resarciendo. Convenientiam hanc — expositis breviter opinionibus theologorum ab Irenaeo et Origene usque ad Wilberforce, Dale, Mac Leod Campbell, Bethune-Baker, Hudson, Moberly, Lofthouse, Askwith, Hitchcock — invenire, adumbrare est ratio opusculi.

Propositum sane optimum, conatus laudandus! Sed quo successu rem exsecutus est? Parvo vel nullo, ut mihi quidem videtur. Quin ipse scriptor nonnullis locis conscius videtur esse sententiam suam laborare difficultatibus vix superandis et satis habet se e longinquo vias ostendisse quas alii feliciores sequentes rem melius enodare possent. Dii dent! sed haud scio an daturi non sint.

Principio autem oportet fateri scriptorem adeo erudite seu potius obscure interdum scripsisse, ut vix ac ne vix quidem intellegerem verba sonantia quid sibi vellent. Sed post Kantium claritas iam nocet gloriae eruditi. Sin recte intellexi scriptoris sententias, sat multa in opusculo mihi displicent. Ea quae dicit de libero arbitrio seu indeterminismo, ut eius verbo utar, prorsus videntur implicare. En ipsa eius verba. Primum Bergsonii verbis utitur (Evol. Cr. 132 s.). The rôle of life is to insert some indetermination into matter. Indeterminate, i. e. unforseeable, are the forms it creates in the course of its evolution. More and more indeterminate also, more and more free, is the activity to which these forms serve as a vehicle. A nervous system, with neurones placed end to end in such wise that, at the extremity of each manifold ways open, in which manifold questions present themselves, is a veritable reservoir of indetermination. « Inde addit ipse : Why do we arrive at this conclusion? Often the fresh environment created by the evolving organism is the necessary consequence of its own evolution, and is therefore a function of the preexisting environment, which

could be prophesied by a kind of process of extrapolation, as mathematiciens term the continuing of a curve from what has gone before. But as soon as the active designing of tools comes into play, as soon, that is, as there is choice of method for the completer adaptation to conditions; or, to speak more exactly, as soon as there is possibility of choice of particular conditions of the total environment that shall receive the next response; there is unquestionably indetermination, not perhaps as to the *direction* of the next move, at any rate in the lower stages, but as to the exact method that will be adopted to compass some end... The creature, then, comes into a world, where it is at once constrained on almost every side by blind forces with which it cannot cope, which compel it to follow an assigned path whose direction is indicated by the past; and each step it takes along the destined way adds many more constraining forces. Yet the path has no reality till it has been traversed. Behind it lies clear, hedged in with conditions that make it appear inevitable that it should have been exactly what it is. But in front the possible paths spread fanwise till the next step causes the waiting environmental forces to close in, like bushes in a dream-hedge, marking clearly the traversed road and making what seemed a moment before indeterminate, clear and inevitable, as if it had been a road laid out from eternity.

Nevertheless, the *direction* is indicated by the trend of the traversed way : there will be no sudden doubling back, no sharp turn; but yet the future is still in a measure indeterminate... The evolutionary path of the organism is roughly predetermined by the past, but at each moment it is indeterminate in many details; yet each step reduces this indetermination, *unless* the organism has chosen the true direction of progress, the line towards completer anabolism, the road to emancipation of the consciousness, to self-determination... *For the organism itself there is some measure of selfdetermination, for the race, apparently, none.*

Si legens percipit, quomodo his salvetur libertas, ei gratulor. Neque intellegere possum quomodo scriptor sibi fingat originem et augmentum indeterminismi. Concedit per totum corporum sese evolventium decursum indeterminismum nescio quem incohatum vel ut ita dicam latentem inveniri eo quod corpus vivens etiam infimum variis modis respondere possit rebus et viribus quibus attingatur. Quem indeterminismum esse proprietatem generis seu speciei in corporibus inferioribus et evolutione evadere proprietatem individui in homine sui conscio, penes quem sit vera optio; optionem tamen aliquo modo etiam brutis quibusdam tribuendam esse, gradu sc. differentem. Nam omne discrimen essentiale inter bruta et hominem scriptor videtur negare; quin etiam inter plantas et bruta et, si vult sibi constare, etiam inter plantas et materiam brutam, licet hoc consequens alto premat silentio,

Quid igitur est peccatum (originale et individuale) in eius systemate ? In eo consistit, ut homo sui conscius libere adversetur progressui cosmico quem Deus vult. Est enim in natura certamen universale inter vires catabolicas, quae eo tendunt, ut energia mundi dissipetur seu ad mortis aequilibrium redigatur, et vires anabolicas quae huic dissipationi resistunt. Viventia minus evoluta consistunt per *species* et sine sui conscientia in alterutra parte et aut progrediuntur ad ampliorem vitam, si cum viribus anabolicis stant, aut intereunt, si cum catabolicis viribus foedus feriunt. Homo autem ut *individuum* suam partem eligit et sciens, volens aut labitur secors in deterius aut fortis ascendit ad altiora. Saepe labitur, et hoc est peccatum ; cuius natura est : libere sequi naturae vires catabolicas. Peccando homo fit Dei inimicus nec solum omni iure se cum Deo coniungendi privatur, sed prorsus ineptus ad id evadit. Quare indiget Dei interventu, si unquam responsurus est eius consilio. Sed ipsum scriptorem hac de re audiamus : p. 126 : Individual sin, then, being individual opposition to what seems to be the end for which man has come to be, is voluntary individual antagonism to the will of God. And by this antagonism man must forfeit all union with the Personal God — not only all *claim* to union, but all *possibility* of union. Most certainly there *is* need of atonement — or rather since the word has become « polarised » to use Wendell Holmes' expression, and set along a definite meridian in our mind, let us at present use the {127} equivalent word re-union — between God and man, unless the world is to be a fruitless unsuccessful effort of the Creator... {131} The individual, not the race becomes now of prime importance. For the race there are still mainly consequences, but for the individual, punishments. For just in so far as he recognises an ideal of any kind, so far he concedes that life is moving towards a goal : just in so far as he spurns that ideal, so far he is voluntarily opposing the progress of life, so far he is opposing the will of Him who gave that life, so far he is liable to the inevitable punishment of separation from God — a separation that must be absolute and complete, however small the sin, since between the perfect and that which *never can become* perfect an impassable gulf is fixed. Man is ever tainted with imperfection. He can never enter into perfect union with God. Physical death must be the end, or if not, the personality must wander for ever incomplete, eternally banished from God by its incompleteness {132} What possibility is there of reunion?... A new creation is needed. There must be a fresh creation to replace that which was marred. The flawed human will must be replaced by a whole human will. God cannot do this ; if he did, man's freedom would be infringed even by that constraining act of Love, and so the perfectness would not be restored, for perfect love must spring from perfect freedom. Man cannot do it unaided, for the whole race is affected... The race being affected, the act of any man,

or, as we shall see, even of *all* men, could not establish it. Perfection has by man's own act passed eternally out of his reach. If then any reunion is possible, God must do what man cannot do; man must do what God cannot do — cannot, because God cannot contradict Himself: He cannot give man freedom and then withdraw it.

Itaque scriptor similiter atque ANSELMUS C. redemptionem non esse nisi in Christi morte tenet. Condonatione ordo laesus non restitueretur et Deus quasi quodam modo confiteretur consilium suum in cassum rediisse. Subtilius non quaerit, num homo purus gratia donatus satisfacere potuerit. Redemptionem autem dicit debere relinquere hominem liberum, eum reddere iterum aptum ad progrediendum ad altiora et simul praebere exemplum quo voluntas libera moveatur ad altiora petenda. Cum autem in corpore et propter corpus homo peccasset, desideriis carnis obsequens, Christum oportebat in carne sua sancta expiare peccata in carne lapsorum. Inde verbis satis disertis monstrat divinam sapientiam admirabili consilio crucis intervenientem, qua dolor et labor et inopia suique abnegatio sacrificantur et solamen offertur dolentibus.

Quibus rebus cognitis sic possumus summatim dicere de hoc libello. Multa habet et vera et pulchra nec nisi laudem meretur scriptor qui totis viribus incumbit ad concordiam inter fidem et ea quae docent viri rerum naturae periti constituendam. Sed reconciliato quae logicae repugnat nec theologo nec evolutionistae arridebit. Vereor ne nullo modo dogma redemptionis ex opinione darwinistarum erui possit. Est sane opinio evolutionis quae minime discrepat cum doctrina christiana, sed prorsus differt ab ea quam exponit et comprobat scriptor. Praemissae igitur totius eius systematis vitio laborant, unde etiam conclusio falsa sit oportet, aut, si vera, vera per errorem.

PATR. GANNON.

**Zeitschrift für katholische Theologie** 31-6. 1907-1912.

C. A. KNELLER, *Zur Berufung der Concilien*, 1906, 1-37; 408-29; 1907, 51-76. Quaestionem de primatu tractans, quatenus romano episcopo ius tribuitur concilia oecumenica convocandi, *K.* docet imperatores byzantinos episcopis romanis imperare ausos non esse, ut concilio interessent, hosque a tali iure agnoscendo remotissimos fuisse. Hac re efficitur iura quae imperatores sibi vindicabant conciliari posse cum iuribus romani episcopi. Praeterea ostenditur ex eo quod imperatores concilia oecumenica indixerint papa non interrogato non posse concludi eos sibi proprium ius ea convocandi tribuisse; neque ex eo, quod Iustinianus contra Vigilii voluntatem concilium convocavit (p. 60). Ad concilium ephesinum convocandum inutile erat Romam adire, cum Cyrillus Alex. legatus esset omni potestate instructus (61); Marcianum scivisse Leonem mutasse consilium demonstrari non po-

test (64). Concilium VII. promissum esse antequam Hadrianus I interrogatus esset, quia notum fuisset eum ad rem comprobandam paratum esse; impedimentum non fuisse nisi ex parte Byzantii. Praeterea alio modo tum invitatum esse episcopum romanum, alio episcopos orientales; si vis concilii VII. penderet ex auctoritate Ioannis et Thomae legatorum trium patriarcharum orientalium, dubitari posse de ea.

NIK. PAULUS, *Die Ablasslehre der Frühscholastik* 1910, 433-72.

H. BRUDERS, *Mt 16, 19; 18, 18 und Io 20, 22.23 in frühchristlicher Auslegung. Tertullian.* 1910, 659-77; *Afrika bis 251.* 1911, 79-111; *Afrika bis 258.* 1911, 292-346; *Afrika bis 312.* 1911, 464-81; *Die Kirche der Donatisten.* 1911, 690-713.

FR. SCHMID, *Die Gewalt der Kirche bezüglich der Sacramente.* 1908, 43-54; 254-88. Contra BUCHWALD negat scriptor posse ecclesiam formam sacramenti Eucharistiae ad eam conficiendam necessariam instituere vel institutam mutare (281-2); censet (cum CHR. PESCH) praescripta aliqua forma ab ecclesia, aliam per se idem significantem omni vi privari posse (contra J. KERN) p. 46.277; negat in ecclesia latina impositionem manuum solam esse materiam sacramenti ordinis remque ait esse mutatam ab illo qui primus traditionem instrumentorum addiderit et (num idem?) tum si ea omissa esset repetendum esse sacramentum statuerit; non tamen explicat, cur ordinatio « sub condicione » tantum repeti iubeatur; acsi hoc non indicet non de ecclesiae iure sed de Christi voluntate quaestionem olim fuisse.

J. KERN, *L. Saltet — Les Réordinations 1907.* 1907, 507-15. In hac aestimatine operis SALTETI *K.* agit de reconfirmatione et de reordinatione.

C. A. KNELLER, *Prof. F. X. v. Funk letzter Aufsatz.* 1908, 75-99. Quaedam explicantur ad priorem commentationem pertinentia et quaedam adduntur.

N. PAULUS, *Mittelalterliche Absolutionen als angebliche Ablässe.* 1908, 433-70; 621-56. Multa documenta ecclesiae latinae medii aevi colliguntur, quibus absolutio aliqua a peccatis vel a poenis significatur. Quae fere explicantur de quadam benedictione qua Deus rogetur, ut peccata remittat; solum cum aperte enuntietur paenitentiam impositam remitti, de indulgentiis ea *P.* interpretatur. Ea quae affert certe non sufficiunt ad persuadendum ita explicandos esse locos quos commemorat, sicut ipse vult. Rationem habere debuit eorum quae ALCUINUS (p. 434) sentiebat de remissione peccatorum (De div. off. c. 41) et alii qui illis temporibus fuerunt; unde apparet non licere ex alicuius sententia universum usum colligere. Qui hanc rationem sequitur etiam absolutionem eorum qui peccata confitentur ad deprecandi formulam revocare potest. Ut exemplum indiligentiae scriptoris in auctoribus audiendis afferam, videamus quomodo p. 630 explicet M. 126, 172 s. HINCMARUM non putat iudicaturum fuisse particularem confessionem esse necessariam, si absolutioni datae per litteras vim sacramentalem tribuisset. Sed H. exhortatur ad particularem de tota vita praeterita confessionem; hoc a *P.* neglegitur; nec enim H. eam pro necessaria habere potuit. Recta ratio fuit singulos locos considerare,

quomodo explicari possent, quomodo non possent. Eo maxime peccavit, quod sententiam de peccatorum remissione quae solum tempore procedente obscuritate liberata est, iam eo tempore claram fuisse sumpsit. Sacramentum non defuit sed defuit vera efficientiae absolutionis notio, cum vis liberandi a peccatis modo in operibus paenitentiae poneretur, e quorum numero etiam confessio est, modo precibus ecclesiae tribueretur. De confessione et absolutione ante missam facienda res, liceat id hic commemorare, clarissima videtur esse : ne fingere quidem possum alium ritum aptum ad exprimendam symbolice-paraenetice purgationem necessariam ad sacrum faciendum vel participandum.

N. Paulus, *Die ältesten Ablässe für Almosen und Kirchenbesuch.* 1909, 1-40.

N. Paulus, *Die Anfänge des Ablasses*, 1909, 281-319. Loci ss. patrum qui sunt de indulgentiis colliguntur et expenduntur. Dubitationes de effectu talium indulgentiarum antiquarum, quales apud Cypr. Ep. 30 (Hartel II 556) inveniuntur, Stuflerum secutus ad poenas non ad peccata remittenda pertinere censet (p. 285). At iudicium apud patres numquam ad poenas purgatorii a poenis ecclesiasticis diversas referebatur, multoque minus ad poenas ab ecclesia impositas.

N. Paulus, *Die Ablasslehre der Frühscholastik.* 1910, 433-72.

C. A. Kneller, *Römisch-katholisch beim h. Cyprian.* 1911, 253-71.

C. A. Kneller, *Cyprian und die römische Kirche.* 1911, 674-89.

A. Bukowski, *Die Missdeutungen und Entstellungen der römischen Glaubenslehre in den russisch-orthodoxen Handbüchern der Theologie.* 1911, 482-513. Quid theologi russi minus perite statuant de rebus inter catholicos et orthodoxos controversis exponitur; maxime de sacris libris plebi interdictis, de pelagianismo perperam exprobrato, de primatus doctrina non satis intellecta sententiae eorum colliguntur, aliae quaestiones minus copiose tanguntur.

Bohumil Spáčil, *Ist die Lehre von den Kennzeichen der Kirche zu ändern?* 1912, 715-41. *S.* docet 1. e forma ecclesiae a Christo instituta, i. e. ex primatu effici posse, ecclesiam catholicam solam esse veram ecclesiam ; quam rationem existimat esse entsprechend und praktisch ; non tamen ad demonstrandam ecclesiam catholicam directe contra eos, qui christiani non sunt (722), sed solum contra alias sectas. Ceterum schisma occidentale argumento esse, non posse semper cum certitudine erui qui legitime apostolis succedant. — 2. Doctrinam de 4 notis ut notis non esse definitam nec per magisterium ordinarium ad credendum propositam; esse autem sententiam communem; non tamen consentiri habeantne vim positivam an negativam. — Deinde a priori docet alias notas esse oportere praeter illam primam : Num cogitari potest, veram Christi sponsam... nullis extrinsecus apparentibus virtutibus manifestam fieri nec aliter posse cognosci quam si ostendatur formam quam Christus voluit in ea exstare? (p. 723). Contra notas quae fere proponuntur negat obici posse 1. notionem 4 notarum non posse erui ; nam notionem 4 proprietatum quas dogma ecclesiae tribuat sine dubio debere posse erui. Id de 4 notionibus ostenditur *a.* unitas, saltem in credendo, tenenda in eo consistit,

ut norma credendi non sit opinio privata singulorum sed magisterium authenticum, cui se summittere debeant; sed addenda etiam unitas in regendo, qua fiat ut non sint duae potestates inter se liberae in eccle sia. Num facile sit demonstratu hanc proprietatem esse ecclesiae necessariam, *S.* non exponit ; J. Urban, *Katolicyzm a prawosławie.* Kr. 1912 hac de re dicit p. 147 Wschód tę jedność widzi w *federacyi* wielu niezależnych kościółow miejscowych, rządzonych tylko według tychże zasadniczych norm, określonych na soborach powszechnych... Grecy przypominają, że Kościoł jest społeczeństwem sui generis, jako ciało mistyczne Chrystusa, że zatem w Nim, w Chrystusie, kościoły partykularne stanowią jedność, która na zewnątrz dostatecznie się wyraża w jedności wiary, w jedności sakramentów, we wzajemnem obcowaniu za pośrednictwem listów kanonicznych, a w wyjątkowych razach w soborach powszechnych. Unitatem religionis ecclesiae romanae propriam orthodoxis non videri miraculum, eam niti externo paparum vinculo, cum unitas ecclesiae orientalis ex interiore nascatur gratia, quae a Christo capite et Spiritu S. anima ecclesiae manet. — *b.* Catholicitas nota est, quatenus in mirabili expansionis vi consistit, quae maxime in perpetua et celerrima propagatione apparet (fecunditate missionum, singularibus et frequentibus conversionibus. Sed hic quoque ostendendum erat facile cognosci posse ecclesiam has proprietates necessario habere. Saltem orthodoxi contenti non erunt voce *constat* in maiore (p. 726) usurpata et hanc esse essentiam notionis catholicitatis in minore posito. Cf. Urban l.c p. 153 (1.) *c.* Tertia nota est sanctitas personalis, sive ad positiva mandata mensurata (cum agitur de persuadendo iis, qui revelationem admittunt) sive ad legem naturalem tantum. Satis autem est observari mandata nota et exerceri virtutes, de quibus dubitari non possit, modo id fiat tanta constantia et perfectione, ut sine proprio auxilio divino res fieri nequeat. Cuius sit decernere, qui gradus in quo ingenio vires superet, *Sp.* non dicit. Neque oportebat eum satis habere a priori notas illas proposuisse, iudicio subiciendae erant notae, quas orthodoxi (velut A. Lebedev, O glav. papy[2] Spb. 1903, 323-52; Ostroumov in RIThV 1897, 117-8; Xomiakov, Poln. sobr. soč.[3] II 362-4; cf. etiam Sidonskïj in Sl.l.th. III 219; Straub, De eccl. etc.) sibi sumunt; si id fecisset, quaedam animadvertisset, sine quibus eius commentatio minus probatur. Sed *S.* Urbani opinionem (in Actis I. C. Velehr. primum propositam) et socii eius Rostworowskii (AAV VII 39-42) aggredi et ea impugnanda contentus videtur esse.

(1) Pisarze wschodni wykładają katolickość, o której mówi symbol wiary, w znaczeniu *czynnego powszechnego udziału* wiernych w strzeżeniu nauki chrześcijańskiej. Wychodząc z takiego pojmowania katolickości, czynią zarzut Rzymskiemu Kościołowi, że na miejsce « katolickiego » udziału wszystkich w strzeżeniu depozytu wiary postawił powagę jednego człowieka — papieża (E. Akvilonov, Novozavětnoe uč. o cerkvi 1904, 155 s). — Cf. de catholicitate Židek in Sl.l.th.IV; Kattenbusch, D. apostol. Symbol 1900 II 917-27; A. Světlakov, Izlož uč.pr.c.o Cerkvi... Nižn. Novg. 1878,13-5; Anon., Diatribe apologet.p.t.esk Paska t.Kuriou 1845 annot. 1.

Itaque concedendum existimat nonnullos theologos 4 illas notas minus dextre tractavisse (cf. St. Sokołowski, Opera 1591, 191-330; Th. Rutka, Herby aby znaki kościoła prawzdziwego. Lubl. 1696; P. Rozaven, L'Égl. Russe et l'É. cath. P. 1876, 37-50 etc.); operam dabant, ut omnes 4 notas positivas esse ostenderent; propterea proprietas quam notam positivam esse volebant, sumebatur, ut in concreto in ecclesia exstabat et in alto gradu perfectionis, ita ut eius notio nonnumquam iam aliam notam includeret. Quapropter nonnulli non a fontium revelationis auctoritate sed a statu ecclesiae qui tum erat profecti sunt. *S.* 4 illas notas saltem negativarum vim habere tenet; insuper autem numquam omnes simul ita obscurari posse, ut eas in vera ecclesia inesse cum certitudine animadverti non possit. Neque ulla secta omnes 4 notas habere potest; si enim eas haberet, omnem verae ecclesiae essentiam haberet; nec unquam fieri potest, ut omnes 4 notas secta ulla ita imitetur, ut a vera ecclesia dignosci non possit; tum enim ecclesia visibilis non esset. Concedit tamen *S.* nullam esse notam, quae obscurari non possit nec ullam quae in aliqua secta sive re sive specie tenus inveniri non possit (Itaque *S.* plura videtur concedere quam Pichler et Murray qui solam sanctitatem heroicam miraculis confirmatam positivam notam ducunt).

Ecclesiam orthodoxam *S.* negat habere ullam e 4 notis: singulae ecclesiae simul sumptae carent *unitate regiminis*; nec *unitatem doctrinae* habent (separatim sumptae), cum ne illi quidem libri qui symbolici vocantur et auctoritate illarum ecclesiarum editi sunt, eandem omnes doctrinam tradant (cf. Anon., La question religieuse en Or. 1854, 1-12). *S.* allegat A. Palmieri; sed ratio habenda erat etiam eorum quae Jugie notavit et discriminis inter ea quae data opera et ea quae strictim enuntiantur. Urban l. c. 146 ad rem dicit: Teologowie wschodni w zasadzie uznają również potrzebę takiego organu (tribunal quo de fidei quaestionibus decidatur), nie zgadzają się zaś z nami w tem, że widzą taki organ jedynie w soborze powszechnym. I tu dopiero apologeta katolicki musi wytoczyć cały arsenał argumentacyi, żeby udowodnić niedostateczność soborów powszechnych, lub też niemożliwość zwołania takiego soboru i uzyskania powszechnej powagi przez taki sobór, któryby się odbył bez udziału Koscioła zachodniego. Według nas, tutaj dopiero przyciskamy wschodnich teologów do muru, lecz chyba trudno zaprzeczyć, że tedy wychodzimy już poza właściwą metodę szukania prawzdziwego Kościoła za promocą znamion, łatwo przez wszystkich dostrzegalnych. Dissensiones autem quales sunt inter ecclesias orthodoxas etiam inveniri in ecclesia romana Kolemin monet (Rimskïj duxovnyj cezarizm PG 1913, 22). Praeterea deesse dicit *S. catholicitatem*. Sed etsi omittimus vitium quod supra commemoravimus, probandum erat, catholicitatem ecclesiae orthodoxae deesse modo qui facile cognosci possit. Urban hoc negat p. 157 nie może zaimponować przeciwnikowi. Deesse item *apostolicitatem* pergit docere *S.*, sive consideretur num legitime succedatur apostolis sive forma ipsa auctoritatis (quam rationem apostolicitatis

patet a nota illa quae a primatu petitur non differre); sed quomodo priorem rationem ab ecclesia orthodoxa abesse velit non est perspicuum (1). Certe non eo modo quo s. AUG. contra donatistas successionem apostolicam appellabat. (URBAN p. 161). De *sanctitate* negat *S.* satis esse quae apud orthodoxos sparsim inveniantur (2). In vera ecclesia certe tot viros sanctos inveniri et hos cum eius doctrina, auctoritate, instrumentis sanctificationis ita conecti debere, ut clare appareat vis intestina qua societas ad quam pertinent pollet ad animos sanctificandos (3). Praeterea facta sanctitatis et miraculorum (4) oportere cum certitudine ostendi posse. Haec de ecclesia orthodoxa dici non posse. Id quod sine studiis historicis et hagiographicis erui non posse negandum non est; sed ut thesaurus absconditus inveniatur sine

(1) Veri simile est eum nihil aliud dicere velle nisi caput eorum non esse papam legitimum, id quod iis obici posset, si formam apostolicam haberent, sicut olim schisma occidentale. Sed tum dicendum ei erat loco: von der Apostolicität ist es oben bewiesen worden nicht bloss was die Rechtmässigkeit der Nachfolge betrifft, sondern auch in Bezug auf die Autorität selbst (p. 736) ist es bewiesen worden, dass die Form der Autorität nicht apostolisch ist, und daher von der Rechtmässigkeit der Nachfolge des Papstes bei ihnen nicht einmal die Frage sein kann. Praeterea adnotandum est de forma, si res eo generali modo enuntietur, distinguendum esse id quod est essentiale et id quod est accessorium et huius discriminis facti rationem esse reddendam, quare minus commendari videtur haec nota quam illa quae a primatu ipso petitur. Si enim discrimen illud non fit, obici potest episcopos iam non eligi a populo, nos non habere prophetas etc. sicut in prima ecclesia fuerunt etc.

(2) URBAN p. 166 BILLOT reprehendit (De eccl. I 206) quod scripsit ne unum quidem a tempore separationis » addi potuisse sanctum ; additos esse aliquotiens centenos. Et de examine sanctitatis dicit : « Żywoty owych świętych, zwłaszcza świętych, z ostatnich paru stuleci, jak również historya ich kanonizacyi, powołują się na stwierdzone przez osobne komisye cnoty heroiczne tychże świętych, oraz przytaczają zdziałane przez nich za życia i po śmierci cuda, wskazują na zachowanie się ich ciał bez zepsucia i.t.p Indignatus autem contra apologetas qui res non exploratas affirmant (CH. PESCH, Prael.[4]. I p.289) URBAN 167-8 invehitur Dalej, czy nasi apologeci zadali sobie trud zbadania dokładnie życia i obyczajów owych, tysiące mieszkańców liczących, monasterów i laur, jak góra Atos, jak wyspa Balaam, jak Sołowki i czy nie znaleźli w nich nic więcej oprócz ignorancyi, zepsucia i pijaństwa ? etc.

(3) Si *Sp.* propter hoc additum sanctitatem habet pro nota qua catholica et orthodoxa ecclesiae inter se distinguantur, facile est dicere sanctos ecclesiae orthodoxae non posse esse sanctos, cum primatum, Filioque, alia negaverint. Sed videtur difficile esse demonstrare esse sanctos in ecclesia catholica qui propterea ad virtutis fastigiu pervenerint, quod primatum, Filioque agnovissent. Apparet si ita haec nota intellegatur, aptam eam esse contra sectas quae careant sacramentis, non tamen contra ecclesiam orthodoxam.

(4) Cf. AFANASÏJ KALNOFOJSKÏJ, Teraturgima, qui affert miracula sui temporis iuramentis firmata ; ILARÏON DENISOVIČ, Opisanïe čudes Kupiatickoj ikony 1638 etc. ; W. PALMER, Notes of a Visit..., 1882, 393 etc.

labore fieri non posse. Verum hoc modo nota quae hominibus doctis sufficiat statuitur, non ea quae aliis. PESCH (Prael.[4] I 271), DE SÁN (De eccl. 1906,74), alii tales notas non admittunt.

Sicut *S.* concedit fieri posse ut singulae notae omnes obscurentur (cf. J. v. DÖLLINGER, Ueb. d. Wiedervereinigung d. christl. Kirchen 1888, 130) et ut singulae per aliquod tempus vim non habeant nisi negativam, ita etiam posse singulas notas per aliquod tempus vel si adhibentur contra aliquam sectam, privari claritate, qua facile cognosci possint. Ecclesiam *facile* cognosci posse hoc nihil aliud sibi velle nisi: ecclesiam ab iis qui eam quaerant posse cognosci et inveniri relativ leicht (740). Homines, quibus ne cogitatio quidem veniat se esse in falsa religione, non esse considerandos. Posse Deum etiam alia via ducere atque hac; hanc tamen esse communem. Verum URBAN 179-83 neminem putat hanc viam sequi.

Quodsi non antea, saltem hic omnino necessarium erat disputari cum URBAN de re, quae nullo modo attingitur. *S.* a notione sua definita proficiscitur; ecclesiam intellegit societatem visibilem, de cuius vinculis, quibus membra efficiantur, theologi scholastici disputent, quod sane non impedit ne una e sententiis eorum vera sit; ad hanc notionem notae applicantur. Unde eo pervenit, ut concludat notas non patere omnibus sed solum eruditis; ac vel ad eruditis persuadendum eas idoneas esse vix apparet. Verum est notas esse oportere, quibus verum instrumentum inveniatur quod necessarium sit necessitate medii ad salutem; at quaeritur sitne dicendum idem de re non necessaria nisi necessitate praecepti. URBANI sententia his verbis comprehendi videtur posse: ad salutem necessarium est pertinere ad corpus Christi; membrum eius homo fit gratia sanctificante; e Christi voluntate autem omnia membra corporis sui debent societatis visibilis membra esse, cuius membra non fiunt nisi baptismo re recepto nec manent nisi condiciones impleant quae necessariae sunt, ut aliquis ad societatem pertineat. Illud URBAN vocat pertinere ad animam ecclesiae, hoc ad corpus (cf. W. J. S. SIMPSON, The cath. conc. of the Church 1914,36). Quo posito dicit p. 198-9: Jeżeli się bierze Kościoł, jako mistyczny organizm, przeznaczony do życia nadprzyrodzonego, to głową tego organizmu, formalnie pod tym względem o ile on jest organizmem mistycznym, jest Chrystus i tylko Chrystus, a tą łącznią, która rozprószone jednostki ludzkie, ni by komórki, jednoczy w jedno ciało pod głową-Chrystusem, są charaktery sakramentalne i tylko one. Jeżeli zaś weźmie się Kościoł ze społecznej jego strony, to głową jego, pod tym formalnym względem o ile jest on organizmem społecznym, jest papież, a łącznią, jednoczącą wiernych w ten organizm społeczny, jest ich aktualna hierarchiczna zależność od papieża.

Restat ut unum notemus: neglectis A. PALMIERI aliorumque monitis scriptor orthodoxos appellat schismaticos (716.732), a quibus nos catholici numquam schismatici vocamur, etsi schismatici habemur. Ut aliae rationes spernantur, num comitate inferiorem esse ad cognoscendam veram ecclesiam iuvare existimatur?

Nikolaus Paulus, *Die Anfänge des sogenannten Ablasses von Schuld und Strafe*. 1912, 67-96. Indulgentiâ quae vocatur *a culpa et poena* nihil aliud medio aevo exeunte significari *P*. docet nisi remissionem poenae; quaerenti autem unde orta sit illa appellatio p. 74 respondet: ortam esse in plebe : Während die Kreuzzugsprediger unter dem Ablass von Schuld und Strafe den gesamten Erlass verstanden, der von der Kirche den Kreuzfahrern angeboten wurde, hat vornehmlich das Volk jenen Ausdruck auf einen Teil des Erlasses angewandt und den blossen Straferlass als einen Ablass von Schuld und Strafe bezeichnet. Cur autem militibus crucis indulgentia a culpa et poena oblata sit, *P*. non explicat modo satis iusto; E. Goelleri, D. päpstl. Poenitentiarie I 1907, 213 ss., opinio probari ei non videtur, cum ea consuetudo saeculo XIII. non explicetur (p. 68). H. de Jongh, Les grandes lignes de l'hist. des ind. 1912 (e La vie diocés. de Malines VI 1912) hac formula primitus indulgentias significatas esse putat quas sacerdos delegatus paenitenti simul cum absolutione a peccatis dabat.

C. A. Kneller, *Cyprians Schrift von der Einheit der Kirche*. 1912, 280-303 : Cyprianum ad schismaticorum et haereticorum confutationem notam apostolicitatis (i. e. legitimae successionis) adhibere.

Notemus in fine in vocibus russicis litteris latinis scribendis nullam servari rationem (wjeroučenije, isloženii etc).

J. Prenitzer.

*Jos. Hörmann*, **Untersuchungen zur griechischen Laienbeicht**. Ein Beitrag zur allgemeinen Bussgeschichte. Donauwörth 1913. IV+300 p.

Quaerit hoc libro Dr. Hörmann, num in ecclesia graeca monachorum, etiam non sacerdotum seu laicorum, fuerit, confessiones sacramentales excipere. Respondet ita fuisse et statuit potestatem ligandi et solvendi ideo tributam esse monachis quod Spiritus S. singulari modo participes haberentur ob eorum monasticam consecrationem, ob statum perpetuae paenitentiae quem profitebantur, ob miram Dei atque animorum cognitionem qua magni potissimum monachi innotuissent, factum esse, ut ad peccata tollenda interventus eorum peteretur, qui imposita idonea paenitentia veniam a Deo impetrarent et impetratam testarentur. Ne plura, charismata quae initio ecclesiae fuerant perseverasse vel potius revixisse aliquo modo apud monachos et hanc esse causam, cur, ubi Spiritus apud episcopos et presbyteros magis magisque evanescere visus esset, monachi facti sint in ecclesia graeca veri ac ferè soli omnium patres spirituales.

Demonstratio tripartita est ita ut primum ostendatur eam fuisse apud monachos spiritus plenitudinem, ut et piorum et peccantium animi ad eos converterentur; deinde paenitentiam, cum publice fieri desiisset adeo fuisse in ecclesia graeca insolitam aut raram, ut nisi esset

a monachis apud populum divulgata, iam nullos fere fructus editura fuerit; tum monachos officio confessiones excipiendi ac paenitentias imponendi ita functos esse, ut etiam a pastoribus ecclesiae aliquatenus agnoscerentur ut proprii huius sacramenti ministri.

Prima pars igitur est de auctoritate e Spiritu seu enthusiasmo graecis monachis parta: tantis enim rebus efficiendis pares fiebant ut « enthusiastica » quoque oreretur monachorum apud populum existimatio. Altera pars est de paenitentia quae eius fuerit in prima ecclesia notio et administratio, quam rarus maxime apud Graecos fuerit privatae confessionis apud sacerdotem usus. Tertia parte facta afferuntur quibus apparet monachorum in fovenda huiusmodi paenitentia industria et auctoritas: magni monachi non discipulorum tantum sed etiam alienorum ad se confugientium audiebant confessiones. Postea vero devicta, monachorum imprimis merito, haeresi quae fuit de imaginum cultu, populus duces ac rectores conscientiae paene non habuit nisi eos qui suas sibi conservassent imagines. Tanta fuit consuetudinis vis, ut Simeon qui vocatur Novus Theologus, monachus laicus, potestatem ligandi et solvendi quam Christus apostolis concessisset, ab episcopis primum ad presbyteros, a presbyteris autem ad electum monachorum coetum devolutam esse tueretur. Nec adeo dissentiebat ecclesiastica hierarchia: nam patriarcha Nicephorus Confessor omnibus presbyteris ac monachis parem fecisse fertur potestatem administrandi paenitentiam; quin Io. Antiochenus s. XII. agnoscebat monachos Dei providentia solos iam esse constitutos sacramenti paenitentiae ministros. Rem ita fuisse ii ipsi testantur qui eum quem putant abusum tollere nituntur velut Th. Balsamon, Marc. Alex., Simeon aep. thessal., qui negare non dubitat posse quemquam nisi sit sacerdos et ab episcopo facultatem acceperit, sacramentum paenitentiae conficere.

Ad hanc tertiam partem sane duae aliae ut ad finem referuntur et iis quae continet quaestio proposita quam maxime illustratur. Eam nemo negleget qui ad rem denuo scrutandam aggredietur. Quaestionem autem absolvisse aut novum lumen ei attulisse *H.* ipse sibi non videtur; fatetur potius (p. 260) se multa ex opere K. Holl, Enthusiasmus u. Bussgewalt hausisse; quod nisi ad locos ab eo collectos refertur, nimia modestia dictum non esse omni legenti patebit. Huius enim vestigiis ita insistit ut eius sententiam simpliciter suscepisse videatur uberius confirmandam. Inde autem eius operis pretium auctum non est sed valde diminutum. Quod enim apud Holl primi principii instar sumitur, penes pneumaticos fuisse olim potestatem ligandi et solvendi, id argumentis efficiendum erat quae apud *H.* omnino desunt. Nam II. pars, ubi ea res exponitur, sicut omnia fere quae de antiqua paenitentiae ratione quaeri solent, non propria investigatione nititur, sed opinionibus, quae quibusdam auctoribus ante aliquot annos magis probabantur; quo fit, ut quae ibi exponit aut sumit de priscae disciplinae

severitate remissa ac de potestate peccatis ignoscendi charismaticis et iis qui his postea successerint, martyribus et confessoribus, tributa nunc post ea, quae Esser, Stufler, Poschman, d'Alès, alii disputarunt, non tantum videantur ratione factorum neglegenti esse inducta sed etiam obsoleta haberi possint. *H.* ea certe non videtur effecisse aut vere confirmasse. Quin ipsa colligendorum et interpretandorum monumentorum ratio quae ad huiusmodi ecclesiae antiqua instituta pertinent, haud scio an improbanda sit. Eos enim minime raros imitatus videtur esse qui, cum apud veteres nomina aut argumenta quibus nos utimur non inveniunt, rem et usum apud eos desiderari concludunt. Leguntur loci et afferuntur, sed sententiae vel consuetudinis quam contextus prodit ratio iusta non habetur; quo fit ut non raro, etsi verba afferantur, tamen id, unde potissimum vim habeant, non commemoretur. Exemplo sit modus quo *H.* p. 118 tractat Greg. Nyss. hom. III in Eccl M.44,651 B.C. Peccatorum confessionem et occultorum enuntiationem ibi indicari fatetur, quia Gregorius similiter atque Clemens Alx. et Orig. dicat ; quem verecundia novit, habet pro paedagogo ad vitam deinceps agendam. At sententia qualis hic affertur, etiamsi mendo manifesto correcto legitur : quem verecundia *m*ovit, intellegi vix potest. Greg. dicit eum, qui per occultorum enuntiationem se ipsum veluti prosaepserit, memoriam affectionis quam verecundia movit (τὴν μνήμην τοῦ κατ' αἰσχύνην πάθους) habere pro paedagogo ad vitam deinceps agendam. Inde sane apparet Gregorio confessionem occultorum notam esse; monet enim eius memoriam peccata confesso id esse quod cauterii cicatrix sit ei, cuius corpus propter contractam ex immoderata ingluvie inflammationem, sectione et cauterio curandum fuit. Verum ea Gregorius non commemorat tantum sed eo consilio dicit, ut demonstret quam efficax sit modus corrigendi peccata, quo ecclesia utatur. Eum enim disci maxime exemplo ecclesiastae peccata sua confitentis exponit. Hunc locum imprimis ad confessionem rerum contra rationem gestarum eos docendam qui in ecclesiam conveniunt aptum puto : ex enuntiatione eorum, quae sunt male facta, pudor animum occupat... Hoc proprie ecclesia discit corrigenda esse peccata confessione (ἴδιον μάθημα τῆς ἐκκλησίας ... τὸ διὰ τῆς ἐξαγορεύσεως τῶν πεπλημμελημένων κατόρθωμα). M.44,649 D et 652 B. Itaque ex hac explicatione apparet τὸ τῶν πεπλημμελημένων κατόρθωμα, quale in usu ecclesiae sit, confessionem etiam occultorum comprehendere. Nemo non videt quantum sit huius rei momentum. Non enim in singulari unius episcopi sententia momentum est, sed in usu ecclesiae. Quod *H.* ut qualecumque confessionis indicium commemoravit, testimonium manifestissimum habendum est. —Similiter momentum epistulae Nili Sin. ad Chariclem presb. neglegitur (Ep.l.3 n.243 M.79,495-500). Abbas presbyterum hortatur ne repellat eos qui detrectata magna ac longa paenitentia, ore tantum se dolere indicant; facta et dicta V. et N. T.

in memoriam revocat, quibus appareat Deum tales benigne semper excepisse; addit repudiantem eos qui cum opere deliquerint verbo tantum paenitentiam agant non longe a novatianorum acerbitate abesse. Quam epistulam *H.* affert in fine capitis ubi dissentire vix videtur ab A. HARNACK, qui antiquum ecclesiae rigorem quem catholici episcopi sapienter et utiliter abiecissent apud novatianos servatum esse tenet. Monet deinde ex eo quod Nilus novatianos respiciat colligi eos saltem in Aegypto coetus habuisse constitutos. Denique animadvertendum esse ait ab eo eos scripturae locos commemorari quibus paenitentia in genere significetur, omitti autem eos qui sint de potestate ligandi solvendique vel peccata retinendi et condonandi. Atqui hoc modo loci vis ita imminuitur ut paene dissimuletur. Nam quod animadversum est potestatis ligandi et solvendi mentionem ibi non fieri nihil refert, quippe quam se habere Charicles adeo non ignorarit, ut ea perperam abuteretur; quare non erat, cur Nilus de ea exponeret. Eandem exerceri per confessionem non tantum ex tota epistula intellegitur, sed etiam diserte in fine significatur Proinde sacerdos noli repellere sed suscipe cor contritum... non opera {paenitentiae} ascetica poscens, sed verba suscipiens compunctorum de proprio peccato et cum magna animi demissione sua tibi male facta confitentium. M.79,501 B. Apparet igitur iterum confessionem apud sacerdotem factam pertinere ad paenitentiam quam ecclesia administrat. Quod cum non parvi esset momenti, opportunius sane moneri potuit quam illud quod urgeri posse visum est.

His, quae exempli causa attulimus, sane docere noluimus omnium monumentorum vim apud *H.* extenuari aut perverti; id solum animadvertimus eum quorundam virorum doctorum rationi ac sententiis nimium tribuisse. Ubi enim, velut maxime in III. parte minus iis obnoxius est, melius videtur locos colligere et opportunius ad propositum suum adhibere. Quod igitur in eius opere vera ratio non indicatur, cur tantae olim fuerint apud Graecos monachorum in administranda paenitentia partes, id iudicio de iis quae affert auctoritate aliorum obscurato explicatur.

P. GALTIER.

*W J. Sparrow Simpson, D. D.*, **The Catholic Conception of the Church.** London (Robert Scott) 1914 VI + 244.

Hic liber non est opus rerum scriptoris sed theologi desiderantis efficere aliquam sententiam nec unquam immemoris propositi, quin etiam neglegentis quaestiones finitimas. Sententia probanda est: inter duas ecclesiae conceptiones « catholicas », notionem dicit episcopalem et monarchicam, hanc esse negandam et pugnare cum antiquitate. A. J. TAIT in JThSt 1914 oct. p. 116, notat in ipsa quaestione propo-

nenda a scriptore errorem commissum esse et quae omissa sunt indicat imprimis de theologis anglicanis; qua indiligentia eius iudicia et conclusiones in suspicionem vocantur. Iusta est haec aestimatio res anglicanas intuentis; idem autem reprehendendum est, si res catholicae spectantur, non solum ea, quae theologis Bellarmino posterioribus placuerunt, sed etiam patrum ecclesiae sententiae. De nomine ad notionem episcopalem significandam adhibito, quam catholicam appellari vidimus, certare nolumus, etsi non apparet quae eius ratio reddi possit. Statim iuste nos scriptorem reprehendisse doceamus. Ac primum quidem ratio desideratur, cur varia illa quae saeculis II et III. inveniuntur primatus indicia neglexerit et solum aliquot viros illustres respexerit Clementem, Ignatium, Irenaeum, Tertullianum, Cyprianum. Compendium eiusmodi fallaciae plenum est nec dignum rerum scriptore. At *S.* non videtur scribere velle historiam sed theologiam. Tamen etiam theologi interest ut illa indicia cognoscat. Ceterum etiam in selectorum illorum patrum sententiis exponendis res omissae sunt quas iure mireris omissas, si modo ei propositum erat, ut legenti copiam faceret iustae inter duas notiones optionis. De Ignatii cum Roma commercio nihil discet; in Irenaei doctrina de ecclesia locus quem Roma occupat, singulari modo contrahitur et celeberrimum illud Adv. haer. 3,3,1 aliquot sententiis perstrictum evanescit. De Cypriano etiam peius meruit. Sane de locis quos *S.* affert, ut Cypriani sententiae summam oculis subiciat, sine fine disputari potest, disputari potest etiam de modo quo se gessit et haec res enodatu difficillima est nec sine historia et psychologia solvenda. Sed scriptor rei difficultatem omnino celavit et locos aptos ad suam sententiam in dubium vocandam omnes omisit. Quod dicit: no one imagined that temporary suspension of intercommunion between Rome and Carthage put an end to the catholic character of the latter, mihi videtur omnino temere dici. Cyprianus numquam dilemma illud scriptoris comprobavit optionem faciendam inter veritatem et unitatem, sed omnibus viribus, etiam ea quae inter se pugnare videbantur sustentans, laborabat, ut et in unitate maneret et quae vera putabat servaret. Quippe neque ipse neque Firmilianus ecclesiam catholicam sine unitatis capite, cathedra Petri dico, intellegebant. De s. Aug. non minora desiderantur; nec minimi intererat rei investigandae dare operam.

Ne multa. Dubium non est quin is qui libro hoc usus inter duas notiones ecclesiae episcopalem et monarchicam decidere voluerit, iudicaturus sit causa non cognita.

*F. J. A. Hort D. D.*, **The Christian Ecclesia**. A course of lectures on the early history and early conceptions of the Ecclesia. London, Mac Millan, 1914.

*A. S. Maclean M. A.*, **Early Christian Ministry** (HASTINGS' Encycl. of Religion and Ethics VIII 659-74).

Prior liber continet, ut in titulo indicatur, lectiones quas a. 1888 et 1889 habuit vir clarissimus Hort, unus e praecipuis doctoribus scholae exegetarum anglicanorum, quae antequam scholae germanicae quae critica dicitur auctoritas etiam anglicae ecclesiae mentes perturbaret, florebat. Cuius scholae omnes virtutes exhibet *H.* magnam scientiam, iudicium sanum, perspicacitatem simul et sobrietatem. Sane historiam ecclesiae non tractat methodo quam vocant criticam, sed quod non distinguit in evangeliis et in act. apost. varia monumenta quae saepe pro suo quisque arbitrio excogitat, non sequitur eum artem criticam ignorare. Omnia fere quae in N. T. inveniuntur de institutionibus ecclesiasticis perstrinxit paucis sed dilucide. Postquam enim de vocis ecclesiae in evangeliis usu exposuit, quem cursum ecclesia Hierosolymis, Antiochiae, Ephesi secundum Act tenuerit, inquirit; deinde eodem modo paulinis studet epistulis; primum in usum vocis inquirit, postea omnes deinceps epistulas, etiam quae pastorales dicuntur, percurrens, non omissis locis quibus χάρις et χάρισμα commemorantur, Pauli de ecclesiae gubernatione notionem adumbrare conatur; denique breviter de epistulis catholicis loquitur. Certe eius interpretationibus semper assentiri non possumus; ut cetera, ne multi simus, omittamus, nemo catholicus vel orthodoxus apostolos credat disertae Christi voluntati aliud munus non debuisse quam ut testes essent resurrectionis (p. 39.47), eorum auctoritatem non fuisse nisi moralem (84) et quidquid potuerint hoc delegatione ecclesiae sponte facta iis tributum esse. Similiter *H.* potestatem ordinis reicit (p. 30. 185) et verba ἐπίσκοπος, πρεσβύτερος affirmat in N. T. vim vulgarem habere, non muneris definiti propriam etc. Nihilo minus hoc opus valde utile est nec quisquam eo lecto mirabitur, quod usque ad hoc tempus in Anglia maximi fiat et paene in perpetuorum monumentorum numero habeatur.

Ab hoc opere multum differt, non doctrinae copia aut aliis virtutibus quas supra laudavimus, sed instituto commentatio a Mac Lean conscripta. Quid petierit ipse initio clare enuntiat: facta quae essent maioris momenti ad ministerii sacri historiam saeculo septimo superiorem exponere: de factis fere consentire ait viros eruditos, in interpretandis autem factis dissentire; quas opiniones referre, non tamen de iis disputare sibi in animo esse. Quod propositum scriptor diligenter exsequitur. De apostolicis enim temporibus, considerato et ministerio migrantium (apostolorum, prophetarum, evangelistarum, quorum imprimis erat docere) et ministerio residentium (episcoporum, presbyterorum, diaconorum, quorum erat administrare et pascere), nec omisso s. Iacobi fratris Domini casu, cum recte monuisset verbis iisdem diversa

esse significata primis saeculis, diligenter varias vocum sententias commemorat, deinde de charismatis sapientissime disserit. Quibus rebus expositis officia ecclesiastica a saec. II usque ad VI. persequitur; paucis, sed sinceris verbis de tradendo ministerio factis ad extremum opiniones, quas de origine ministerii Gore, Hatch et Hort, Lightfoot proposuerunt, diligenter refert. Mirandum sane est quod ne verbo quidem commemorat opinionem evolutionistarum, velut A. Harnack etc. nec nisi quod legenti Morinum vel Duchesne (Orig.) commendat, theologiae catholicae de ordinibus sacris decreta affert. Quaecumque rei ratio est, haec commentatio propter doctrinam, iudicii sanitatem, scribendi claritatem omnibus maximae utilitati est.

*E. E. Genner M. A.*, **The Church in the New Testament.** London, Kelly. 1914.

Hunc librum potius ad propagandam suam fidem, quam ut opus praeberet disciplinae praeceptis vere accommodatum, conscripsisse videtur scriptor, olim in remotis regionibus Westley sectae missionarius, in quo sincera pietas et verus animi ardor cum scripturae scientia non mediocri coniunguntur. Etsi suae sectae opinionibus imbutus reicit notionem societatis, penes quam sit veri nominis iurisdictio et in docendo auctoritas (quam notionem mechanicam vocat), imprimis vero miris de catholicismo erroribus quibus ignorantia eius patefit, laborat, nihilo minus multas biblicas de ecclesia eiusque vita spirituali sententias non male exponit. Sed de hoc libello qui parum ad institutum nostrum confert, satis dictum est.

E. Hocedez.

## VARIA

In Vēra i Razum 1914 in commentatione prof. Vl. Kerenskïj mentio inicitur disputationis protoier. A. Malįcev editae in Actis II. Conv. Velehradensis latine et in Trudy II sъēzda russice. *K.* scribit ibi Pročitannyj koim na odnom iz Velegradskiχ Kongressov referat byl izvraščen pri pečatanïi predstaviteljami rimskoj cerkvi. — Ne veritas obscuretur, liceat nobis hic manifestum facere, ipsum prot. *M.* commentationem suam legisse neque quicquam immutatum esse in ea edenda. Monumenta rei in archivo Academiae praesto sunt.

# ESSAI D'UNE ORTHOGRAPHE UNIVERSELLE

Le savant P. S. SCHMIDT S V D a proposé avec une grande érudition et beaucoup de sens pratique un système graphique permettant de fixer à l'aide d'un ensemble de caractères et de signes convenus la variété des sons qu'offrent les divers parlers humains. La valeur de son entreprise est assez grande pour mériter un nom spécial, et ce nom ne lui ayant point été donné encore, que nous sachions, nous nous permettrons de l'appeler ici « l'Alphabet Universel ».

Ce système semble bien répondre à toutes les difficultés que présente une telle entreprise et ne plus laisser grand'chose à désirer (1). Exceptons cependant un point que l'auteur n'a pas défini : nous voulons parler de la détermination exacte de la succession à donner dans cet alphabet à l'ensemble des lettres et des signes employés. Évidemment, il importe peu que le *ŝ* précède ou suive le *ś*; cependant cet ordre doit être strictement défini, si l'on veut que cet instrument international devienne un instrument réellement pratique. D'accord avec l'auteur, nous proposerons donc à la fin de ce présent article un ordre qui pourrait, nous semble-t-il, répondre à ce besoin.

Mais nous voulons tout d'abord, et c'est le but premier de notre travail, établir à l'aide de ce système graphique une orthographe universelle, c'est-à-dire exposer la manière que l'on devrait suivre pour écrire les différentes langues en ne se servant pas de l'orthographe propre à chaque langue. Ainsi nous mettrons les propositions du R. P Schmidt, qui ne visait que les fins de l'Anthropos, au service encore de la romanisation des alphabets non latins, et poserons des règles pour l'adoption desquelles, nous pensons pouvoir compter sur un assentiment général.

Depuis longtemps le besoin s'en fait sentir. En géographie cette idée a inspiré à M. CHRISTIAN GARNIER son considérable travail Méthode de transcription rationnelle (Paris 1899). Mais ce besoin s'étend bien au-delà des matières géographiques. Il y a nécessité, dans les ouvrages savants, de citer des textes en diverses langues ou du moins des noms propres étrangers. Cette convention éviterait aux typo-

(1) Le fait qu'on peut ajouter encore certains signes, p. ex pour les langues caucasiennes (comme l'a remarqué F. BORK, *Orientalistische Litteraturzeitung* 1908 p. 468-9) ne constitue pas un défaut pour l'alphabet universel.

graphes et aux lecteurs bien des difficultés inutiles (1). Tous ces mots auraient leur place bien déterminée dans une seule table alphabétique où chacun les trouverait aussitôt sans avoir à consulter successivement une table spéciale pour chaque langue (2). Ne simplifierait-on point également ainsi l'étude de la prononciation des langues étrangères et leurs dialectes, pour ne pas parler d'un idéal plus lointain : l'internationalisation des caractères graphiques pour toutes les langues ? Tous ces avantages imposent donc la recherche de cette orthographe universelle (3).

Essayons de poser les principes sur lesquels un tel système nous semble devoir reposer.

Le procédé, peut-on croire, le plus simple, serait de représenter les sons de chaque langue phonétiquement; on réaliserait ainsi parfaitement l'internationalisation des lettres. En théorie, il est possible, en effet, de déterminer, dans chaque dialecte qui sert de langage littéraire ou officiel, une prononciation officielle et de représenter ce langage avec cette prononciation, phonétiquement. Néanmoins étant donné les conditions concrètes, surtout l'impuissance où nous sommes d'imposer notre méthode à des nations qui se servent de leur orthographe propre, nous ne trouvons dans un tel système aucun avantage mais plutôt bien des inconvénients. Pour les langues qui n'ont pas un alphabet latin officiel, il serait moins difficile de prendre comme base de la transposition des caractères étrangers en caractères de l'alphabet universel, la prononciation usuelle dans un dialecte actuellement parlé de la langue en question. Mais là encore des raisons bien graves s'opposent à cette mesure, d'où nous établissons le principe suivant dans ce cas il faut prendre pour base l'état le plus ancien de la langue, exprimé par l'alphabet actuel, et là seulement amener les sons et les caractères à une équation. Voilà notre premier principe. Je dis : l'état le plus ancien de la langue, exprimé par l'alphabet actuel. Prenons, p. ex. le grec. L'alphabet grec reçu remonte à une époque très ancienne et

(1) Cf. A. Heisenberg dans le *Byzantinische Zeitschrift* 1911 (X) p. 305 Es ist hohe Zeit die Lösung der Frage energisch in Angriff zu nehmen.

(2) Ainsi par exemple : un Russe qui s'appelle Шмитъ. Les Allemands l'écrivent Schmit ou même Schmidt, les Français, à moins de faire un emprunt aux Allemands, Chmit(e), les Polonais Szmit, les Hongrois Smit, etc. Par conséquent dans l'Index des noms à la fin de l'année, une revue internationale devra les transcrire de toutes ces manières, si aucune n'est internationale. — D'aucuns écriront le nom d'un Grec Dyobouniotes, d'autres Dyobuniotes, d'autres (même R. M. Dawkins) Dyovuniotis, d'autres encore Duobouniotes etc.

(3) Inutile de faire remarquer que parmi les nombreux essais fait pour proposer un alphabet international, le travail de Schmidt est seul assez pratique. On peut tirer cette conclusion de nos propositions mêmes.

depuis son adoption la langue a subi encore nombre de changements phonétiques. De cette manière certains signes qui au début signifiaient un son donné, p. ex. l'*ou* français (*v*), ont été prononcés plus tard autrement, et ont changé de valeur. Le principe formulé propose que, pour transcrire la lettre sans changement à travers les âges, l'alphabet universel choisisse la valeur que le signe avait eu au commencement. Mais, l'époque d'origine d'un alphabet est-elle assez déterminée ? L'alphabet grec est issu de l'alphabet sémitique ; faut-il le transcrire par les sons correspondants aux lettres sémitiques ? Nous n'entendons pas ainsi notre principe. Un alphabet se distingue spécifiquement d'un autre, lorsqu'il a été construit d'après des principes phonétiques, c'est-à-dire, lorsqu'on a introduit, pour exprimer les sons de sa langue différents d'une autre, des caractères (et non seulement des signes diacritiques) nouveaux, étrangers à l'alphabet dont la plupart des lettres ont été acceptées, ou lorsqu'on a arbitrairement, c'est-à-dire seulement par convention et non par suite d'un développement naturel, changé la valeur de certaines lettres. Pratiquement on peut dire qu'on a spécifiquement le même alphabet, lorsqu'on peut transcrire sans difficulté, c'est-à-dire sans qu'il soit besoin de recourir à des éclaircissements, l'alphabet moderne par l'alphabet ancien ; autrement on a un alphabet spécifiquement différent. P. ex., l'alphabet arabe par l'alphabet hébreu, l'alphabet russe par l'alphabet paléoslave, l'alphabet irlandais par l'alphabet latin ; mais non le paléoslave par l'alphabet grec, bien qu'on puisse peut-être le ramener aux caractères byzantins, dont on aurait cependant changé arbitrairement la valeur (1).

Les avantages de ce premier principe sont évidents. A cette condition seule le savant pourra représenter de la même manière p. ex. les mots écrits avec les mêmes lettres, du grec ancien et moderne, et il permettra au lecteur (non spécialiste) de les remettre à son gré, automatiquement, dans leurs formes nationales. C'est là le seul moyen de transcrire un nom grec, p. ex. Basileios, sans entreprendre de longues recherches pour savoir à quelle époque il a été porté par la personne en question et comment alors on le prononçait. C'est seulement ainsi que l'on peut encore conserver l'expression des liens naturels entre des langues issues d'une langue commune, dont l'état primitif est réfléchi dans les anciens monuments ; ainsi encore on se rendra compte du développement que ces langues ont suivi, ce qui facilitera beaucoup l'intelligence

(1) A l'origine de chaque alphabet il faut supposer des tâtonnements. Si on rencontre ces tâtonnements dans un texte à transcrire on ne pourra pas leur appliquer la transcription de l'alphabet spécifiquement différent qui en est né ; p. ex. aux inscriptions grecques dans lesquelles H signifie autre chose que *ē* ; si on veut les transcrire, on leur appliquera les principes généraux comme à chaque alphabet spécifiquement différent.

des langues différenciées. N'est-ce pas le même principe qui est observé — non sans raison — par la plupart des alphabets modernes, où l'on n'écrit pas comme on prononce actuellement, mais où on exprime un état plus ancien de la langue. Et comment faire autrement? Le principe opposé ne serait raisonnable que s'il s'agissait de créer un nouvel alphabet ; mais lorsqu'il s'agit de transposer des caractères qui expriment des différences anciennes (ῃ, ει, ι) qui ont disparu dans la langue moderne, il ne peut pas avoir d'application. Mais, si on voulait créer un alphabet nouveau, qui déterminera à quelle époque et en quelle contrée sera prise la prononciation qui doit nous servir de base?

Il est évident que là où l'alphabet primitif s'est accru à mesure que la langue évoluait, p. ex. dans le dialecte ruthène, il faudra, pour exprimer ces lettres nouvelles, des signes de l'alphabet universel qui ne correspondent pas à l'état que la langue avait à l'origine de son alphabet, mais à un état postérieur (*g*, *h*).

Il en sera de même pour les langues qui ayant reçu d'un autre un alphabet insuffisant l'ont enrichi elles-mêmes de signes nouveaux, ainsi le copte (*š*, *ǰ*, *f*, *x̯* etc.).

Dernière exception apparente de notre règle il reste encore les langues, dans lesquelles un alphabet officiel n'existe pas, comme le chinois et les langues de peuples sauvages. Là, l'orthographe universelle sera purement phonétique; elle prendra le dialecte le plus différencié en sons ou le plus répandu et exprimera ses sons par les caractères correspondants dans l'alphabet universel.

Nous croyons devoir insister sur une exécution rigoureuse du principe posé et ne permettre nullement que le typographe se montre avare en omettant p. e. un signe diacritique non nécessaire dans la langue même, mais utile pour l'étranger (p. ex. en chinois *l̥*); cette économie déplacée serait une entrave bien inutile à l'exécution parfaite d'un principe. Un principe ne doit pas admettre des exceptions fondées sur de telles considérations.

Quant aux langues qui ont adopté l'alphabet latin avec les signes diacritiques contenus dans l'alphabet universel, il n'y a qu'une seule chose à changer : l'ordre des lettres dans l'alphabet, lequel doit être internationalisé. Voilà notre second principe.

Ce principe — et non pas les règles établies pour la transcription des alphabets non latins —, doit être imposé même aux langues dont une branche, seulement, a adopté les lettres latines; p. ex. pour le russe qui a à côté de lui la romanisation officielle de la langue serbo-croate. Car ce qui est uni ne doit pas être inutilement séparé. Ce principe d'ailleurs a été maintenu par M. Garnier.

Ajoutons à ces deux principes généraux quelques détails nécessaires. Il faut rendre chaque lettre de l'alphabet étranger par un caractère de l'alphabet universel (et un seul, même si primitivement elle a été

prononcée de façons diverses; p. ex. ζ); le caractère correspondra naturellement au son primitivement exprimé par la lettre étrangère. Cette règle prescrivant de remplacer lettre par lettre, s'applique même quand cette lettre exprime deux sons (ψ = *ps*) ou quand elle a été différenciée pour unique raison d'orthographe (le paléoslave i и, le grec σ ς). Exceptons cependant les lettres qui ne sont que des ligatures (donc proprement deux lettres), comme le paléoslave ѥ , ю. Par conséquent nous suivrons M. Garnier en rendant le grec (et le copte) φ par *p* avec un signe diacritique (*ṗ*), le géorgien ვ par *k̇*; mais nous ne le suivrons pas pour ψ = *p͡s* ou pour μπ (du grec moderne) = *b*. Car p. ex. un typographe qui devrait faire automatiquement une transposition de l'alphabet romanisé dans l'alphabet grec, doit n'être même pas exposé à se tromper en mettant deux lettres (πσ) au lieu d'une seule (ψ). Ici donc le principe de rendre les lettres par leurs sons primitifs doit subir une modification, causée par l'imperfection de l'orthographe étrangère. On n'écrira ni *ph* ni *ps*. On remplacera de tels signes irrationnels (φ, ψ) ou bien par des signes diacritiques spéciaux sur l'un des éléments du son représenté par eux, signes qui ne rentrent pas, pour la lettre en question, dans l'alphabet universel, p ex. φ par *ṗ*, ce qui n'exprime aucun son dans cet alphabet; ou bien par une modification conventionnelle du signe phonétique, p. ex. ψ par *p̆*, ce qui signifierait *p͡f*, si l'emploi de ce signe était normal, ζ par *ẓ* (ce qui n'est pas *zd*), ξ par *x*; ou enfin par le renversement de la lettre ordinaire (russ. э, ruth. є = *ə*). — Pour les ligatures on peut employer deux lettres, mais il faut encore avertir par une modification quelconque qu'un signe spécial leur correspond, de sorte que même quand on les transpose mécaniquement, elles ne puissent être confondues avec les deux lettres élémentaires de la ligature. C'est pourquoi nous écrivons en russe *ş̌c*, *ịa*, *ịu* (1).

(1) Nous pourrions ajouter encore deux règles d'importance secondaire Qu'on emploie les lettres majuscules seulement au commencement d'une phrase et pour les noms propres s'ils sont substantifs ou substantivés ; des titres, composés de plusieurs mots qui pris à part ne sont pas noms propres (p. ex. British Museum) ne devront pas être considérés comme nom propre ; ni les termes employés antonomastiquement : dominus. — S'il y a plusieurs consonnes, qu'on divise les mots toujours de manière à n'en rattacher qu'une seule à la syllabe précédente; ainsi lat. Ale-xander, russ. Alek-sandr. — Il faudrait en outre différencier les crochets. Qu'on emploie : ( ) pour simple addition, faite par l'auteur de l'ouvrage ou l'auteur d'un passage cité ; « » pour un passage cité ; ' pour une citation renfermée dans une autre citation ; { } pour ce qu'on ajoute, sans l'imputer à l'auteur, à un passage cité ou à un texte publié ; ⟨ ⟩ pour des additions conjecturales à un texte mal conservé ou pour le nom, non certifié par la tradition, mais conjecturé, de l'auteur d'un ouvrage; [ ] pour le remplissage des lacunes certaines d'un texte ⟦ ⟧ pour les athetèses ou, dans un passage cité

Quelques exemples d'application compléteront notre étude.

1. Romanisation de l'alphabet arabe

', ε, *h*, *ḥ*; *y*, *x*, *k*, *ḳ*, *g* (prononcé *j*); *ś* (prononcé *š*, hébr. *ś*), (pron. *s*), *ṣ*, *ẓ*; *ṣ* (ض), *t*, *ẓ* (ظ), *d*, *ṭ*, *ṭ* (pron. *ẓ*), *ḍ* (pron *ḍ*) (1); *p* (pron. *f*.), *b*; *m*, *n*, *l*, *r*; *w*, *y* (la lettre pointée; privée de points: *y*). — On signifiera le *tśdyd* par ¯ de même le *mda*; le *tnwyn* par ° le redoublement de la voyelle (p. ex. *uu*) le *škwn* par ₒ après la consonne, le *hmtẓ* par

L'Ave Maria en arabe

*ᑐlšl'm εlyki Y'mrym y'mmtlyt nεmt 'lrb̄ mεki mb'rkt 'nti py 'lnš, wmb'rkhw ṣmrt bṭnk šydn' Yšwε 'lmšyḥ. Y'ḳdyšl Mrym y'w'ldt 'l'h ṣly lεgln' nḥn 'lxṭ›t 'l' n wny š'εt mwtn' ᑐmyn.*

(Pour l'hébreu on écrira ָ par *o*, par *a̧*, par *a̧*, par *e*, par *ȩ*, par *e̥*, par *e̥*, ֳ par *o̥*, par *o*, par *i*, par *u*, ו par *w̄*, וֹ par *wo* etc.)

2. Romanisation de l'alphabet grec

῾= *h* (ῥ = *hr*); ε = *e*; ζ = *ẓ*; η = *e̱*; θ = *ṫ*; ξ = *x*; ο = *o*; ς = *s*; υ = *u*; φ = *ṗ*; χ = *ḱ*; ψ = *p̄*, ω = *o̱*; ου = *ou* etc.; ᾳ = *ai̧*. Acc. grave`, aigu ´ circonflexe ῀ L'esprit doux ' ne corrrespond pas à l'explosive arabe que nous rendons par ' tenant lieu d'une lettre, mais est un signe inutile puisque ce qu'il indique, est assez exprimé par l'intervalle laissé devant la lettre.

L'Ave Maria en grec

*Ḱaìre, Marìa, keḱaritoméne̱, ho kǘrios metà soũ, euloge̱méne̱ sù en gunaixì kaì euloge̱ménos ho karpòs tẽ̱s koilìas sou, Ie̱soũs; hagìa Marìa, mẽ̱te̱r toũ ṫeoũ, proseúḱou hupèr he̱mõn tõn hamartolõn, nũn kaì en tẽ̱i hõrai toũ ṫanatou he̱mõn. Áme̱n*

pour les mots superflus ou qui ne s'expliqueraient que par un contexte dont ils se trouvent séparés (p ex. quand la phrase citée pour son fond, commence dans le contexte par un « car ») ou enfin pour le nom de l'auteur auquel l'ouvrage est faussement attribué; ⊦ ⊣ pour une parenthèse insérée dans une autre parenthèse.

(1) L'opinion de C. BROCKELMANN (*Grundriss der vergleichenden Grammatik der semitischen Sprachen* I 1908 p. 43) qui considère le son primitif des lettres, prononcées actuellement en arabe *ẓ* et *ḍ* comme un *ṣ* et *ẓ* emphatiques, n'est pas probable, non seulement vu les difficultés phonétiques (cf. SCHMIDT § 314 : Anthropos II p. 852), mais encore vu le résultat auquel leur développement dans les langues sémitiques est arrivé.

3. Romanisation de l'alphabet russe

и $=$ *i*; і (ї) $=$ *ï*; ѣ $=$ *ē*; ы (le *ï* de l'alph. univ.) $=$ *y*; э $=$ *ə*; ъ $=$ *u̥*; ь $=$ *i̥*; ль (notre *l'*) $=$ *l̥i*; я $=$ *ıa*; ю $=$ *ıu*; й (notre *y*) $=$ *j*; х $=$ *x̧* (1); ѳ $=$ *ṫ*; щ $=$ *şč*; ц (notre *ṫ*) $=$ *c*.

L'Ave Maria :

*Bogorodica, dēva, radujsıa, blagodatnaıa Marïıa, gospodi su̥ toboıu, blagoslovenna ty vu̥ ženaxu̥ i blagoslovenu̥ plodu̥ čreva tvoego Ïisusu̥; svıataıa Marïıa, mati̥ božïıa, prosi̥ dlıa nasu̥ grēšnikovu̥, teperi̥ v času̥ smerti našej. Aminu̥.*

4. Romanisation de l'alphabet arménien

ց (notre *ṫh*) $=$ *ṫ*; չ $=$ *č̇*; ղ $=$ *ł*; բ $=$ *b*; գ $=$ *g*; դ $=$ *d*; կ $=$ *k*; պ $=$ *p*; տ $=$ *t*; ը $=$ *ə*.

Donc *a b g d e z̧ ē ə t ż i l x ṫ k h d̈ ł č m y n š o č̇ p ǰ ṙ s v t r ṫ u ṗ k̇ ō f*

L'Ave Maria

*Ołǰoyn k̇ez̧ Mariam li šnorhōk̇, tēr ənd k̇ez̧, ōrhneal es dou i kanays eu ōrhneal ē ptouł orovaynı k̇oy Yisous; srbouhi Mariam ṁayr astouṫo ałōtea vasn mer mełauroaṫs ayz̧m eu i z̧amou mahouan meroy. Amen.*

Nous pensons satisfaire des lecteurs intéressés, en donnant encore quelques exemples de langues auxquelles il faut adapter simplement l'alphabet phonétique universel

5. L'Ave Maria en chinois

*Yà û Mă lî yạ̀ mặ̆ pệ̂i̥ no' ła' ṫî yà dẹ' tọ̆u̥ yï ẹ̥̆ł x̧ịê yặ́ nyï tọu̥ón ẹ̥̆ł wẹ́ ṫậ mẹ̆ ẹ̥̆ł tx̧ẹ̀ ṫz̧ẹ̆ Yé sù̥ pịệ́n wẹ̀ ṫậ mẹ̆. Tx̧ịể tọ̆u̥ šận mủ Mă lî yà wẹ́ nŏ tặn ṫội̥ žén k̇in kx̧ĭ tx̧ịề tọ̆u̥ k̇î nŏ tăn sẹ̆ x̧ôu̥. Yà mận.*

(1) Le serbo croate a adopté *h*, ce qui ne suffit pas pour tous les alphabets slaves il suffirait pour l'alphabet russe ; mais si le motif de respecter la romanisation croate est de garder l'unité de ce qui est uni, il ne faut pas séparer le russe des autres langues slaves, même quand l'alphabet croate a commis cette faute. Le peu de publications russes en lettres latines, employant *h* pour *x* (notamment le Velegradsk j Věstnik et des livres imprimés en Russie, p. ex. V.V. Tihomirov, *K voprosu o razvitii..* M. 1914) ne peut guère prétendre obliger les savants à renoncer à ce principe; sans cela on aurait de semblables obligations même vis-à-vis des systèmes de romanisation employés par tel ou tel savant ou groupe de savants, et il serait impossible de maintenir le principe de l'orthographe universelle.

6. En japonais

*Medetaši, seįčō mičimitelu Malia, šu nanji to tomoni mašimasu, nanji wa onna no uči nite šukuselalu, mata gotai no onko Yezusu wa šukuselalu tamō. Ten šu no onhaha sei Malia tumitibo nalu walela no tameni imamo linjiū no tokimo inoli tamaye. Amen.*

7. En ečwabo

*Muéñi Maria uoddála némi, muiña mulúgu óna ñúo uosibiua di ñúo vári va aidána, uosibiua vina mulima ua muerúgulu muéñu Žezu. Sánta Maria máje mulugu múnikumbirele ío alúba odaua ovano na mudidi óñkua ío. Amen.*

Pour donner enfin des exemples de langues employant déjà l'alphabet latin, choisissons l'irlandais, l'albanien et le lithuanien

8. L'irlandais

*c* = *k* ; *ċ* = *x̣* ; *s* = *s* ou *š* ; *ḋ* ; *ġ* ; *ṁ* ; *ṗ*.

L'Ave Maria

*Sé do ḃeáta, a Ṁuire, atá lán do ġrásaiḃ, atá aṅ tígearna leát, is beannúiġte tú tar na mnáiḃ águs is beannúiġte tóraḋ do ḃrónn, Íosa. A naoṁ-Ṁúire a ṁatair dé, gúiḋ oraínne na peacáiḋe anóis águs ar úair ar m-báis. Ámen.*

9. L'albanais

*sh* = *š* ; *th* = *ṣ* ; *y* = *ü* ; *ë* = *ẹ* ; *é* = *ē* etc.

L'Ave Maria

*Fàlemi Mrii hiir plòte,. zotỳn me tyy bekue jee mbi gjith graa e bekue fryti barkut t' yt, Iesus. Shëitia Mrii nana e Tenzòt, lulu per nee mkatnòrët, tash e n' fiill t' mordës s' onë. Ashtû kjoftë.*

10. Le lithuanien

*e* = *ẹ* ; *y* = *i* ; *ų* (notre *ũ*) = *u* ; *iu* = *ịu* ; *l* = *l'* ou *ł* ; *j* = *y*.

L'Ave Maria

*Sveika Marija, mylistos pilna, viešpats su tavimi, pagirta tu tarp moteru ir pagirtas vaisius žyvato tavo, Jezus. Šventa Marija, motyna dievo, melskis uz mus kaltus dabar ir valandoje mirties musų. Amen.*

*
* *

Établissons maintenant, comme nous l'avons promis au début, l'ordre que nous donnerons à cet alphabet universel.

Cet ordre doit être relativement facile à retenir et n'exiger pas de réflexion. Nous suivrons les principes que voici

Notre ordre fondamental sera la succession normale des lettres latines. Après chacune de ces lettres, en premier lieu, viendront les lettres portant des signes diacritiques à la partie supérieure ; elles se rangeront de la manière suivante

Ensuite, les lettres ayant leurs signes au-dessous d'elles

_ ‗ ‗ ~ · ··

Quand une lettre est surmontée de deux signes, elle est rangée d'après le signe inférieur et les signes supérieurs suivent à cet endroit leur ordre susdit. Quand une lettre a deux signes, l'un en bas et l'autre en haut, elle est rangée d'après le signe d'en bas ; le signe supérieur alors est considéré comme accessoire de la même façon que le signe supérieur des deux signes au-dessus d'une lettre. Les signes diacritiques qui affectent la lettre elle-même placent cette lettre après toutes les autres ; et dans cet ordre la ligne droite vient en premier lieu. La lettre renversée termine la série. Nous aurons de la sorte la table suivante

*a ă ā á ȧ ǎ ǎ̇ â ȃ ä̆ ā̈* (*ă̆ ā̄ á̇ ǎ̆* etc.) *ä ȧ å a̲* (*ă̲ ā̲ á̲ ȧ̲ ǎ̲ ǎ̲̇ â̲* etc.) *a̳ a̳̦ ạ a̤ ą̣ ą ḁ b b̄ b' b̈ ḫ ƀ ƀ̌ c ć ċ č̇ ç̇ ć ç ɔ d d' d̈ d̰ ḍ d̯ đ đ'*
*e ĕ é ė* etc. *e̲ ę ȩ ę̥ ə f f' ff ff̈ g ğ ġ g̰ ĝ g̯ g̑ ǥ h ḥ i ĭ* etc *i̲ į*
*i̥ ı j j́ ǰ k k' k̈ ḱ ḳ k̯ ķ ƙ ɋ l l̄ l' ḷ l̰ l̥ ƚ ƚ m ṁ m̈ m̥ ɯ n ń ṇ n̯*
*n̥ ɲ ṅ o ŏ* etc. *o̲* (*ö̲*) *ọ* (*ọ̈*) *ǫ ǫ̰ o̥ ɵ p ṕ p̌ ṗ p̂ p̰ p̯ q r r' ř ṙ ṛ r̰ r̥ r*
*ŕ ṛ r̯ r̥ ɼ ɽ ɾ ɹ s s' š ṧ ṡ ṣ ş ş̰ ş̯ t t' ẗ t' ṯ ṭ ţ ţ̯ ṯ ŧ ŧ̇ ɟ u ŭ* etc.
*u̲* (*ü̲*) *ụ ṵ u̥ v v́ w ẇ ẉ x ẋ x̣ x̰ x̯ y ẏ ỵ y̰ y̯ z ż ž̇*
( )ʒ ,ʕ ˳ .

A Spaldak.